Leipziger Studien zur classischen Philologie

Herausgegeben von
Georg Curtius, Ludwig Lange, Otto Ribbeck,
Hermann Lipsius

V/VI

Zwanzig Bände in zehn Bänden

1972

Georg Olms Verlag
Hildesheim · New York

Dem Nachdruck liegt das Exemplar der
Universitätsbibliothek Erlangen zugrunde.
Signatur: Phl. II, 2^{e}
Das Format wurde gegenüber dem der Originalvorlage
verkleinert.

Reprografischer Nachdruck der Ausgabe Leipzig 1882-1883
Printed in Germany
Herstellung: fotokop wilhelm weihert, Darmstadt
ISBN 3 487 04338 6

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

FÜNFTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1882.

Digitized by the Internet Archive
in 2024

https://archive.org/details/leipziger-studien-zur-classischen-philologie_1882_5

INHALT.

Seite

PAULLUS MIRSCH, De M. Terenti Varronis Antiquitatum rerum humanarum libris XXV 1

FRANZ VIOLET, Der Gebrauch der Zahlwörter in Zeitbestimmungen bei Tacitus 145

THEODORUS FREYER, Quaestiones de scholiorum Aeschineorum fontibus 237

DERSELBE, De Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum formulis *οἱ παλαιοί, παρὰ τοῖς παλαιοῖς, κατὰ τοὺς παλαιούς* 339

LUDOVICI LANGII de pristina libelli de republica Atheniensium forma restituenda commentatio. Pars posterior 393

DE M. TERENTI VARRONIS

ANTIQUITATUM RERUM HUMANARUM LIBRIS XXV

SCRIPSIT

PAULLUS MIRSCH.

PRAEFATIO.

M. Terentius Varro quis inter ueteres doctos uiros fuisset quidue studendo aut scribendo in omnis generis litteris artibusque profecisset, ante triginta quinque annos ne coniectura quidem satis quisquam assequi potuit, nunc omnes sciunt, postquam Ritschelius Hieronymi indicem librorum a M. Varrone compositorum primus et uulgauit et enarrauit clarissima illa commentatione 'die schriftstellerei des M. Terentius Varro' in Mus. Rhen. tom. VI p. 481—560 [1]), ad quam omnibus, qui in his studiis operam ponerent, redeundum esse nuper monuit Ribbeckius in Ritscheli uitae altero libro p. 131.

Comparauerat enim Hieronymus inter se Varronis et Origenis opera indicemque librorum utriusque composuerat, ut hic quantum scribendo superasset illum demonstraret.[2]) Et Origenianus quidem index integer exhibitus est, Varronianum medium interrupit Hieronymus, ne 'legentibus esset fastidium'.

Publici igitur iuris Ritschelius hoc fragmentum fecit et, qua erat acie mentis atque ingenii sagacitate, ita illustrauit, ut id, quod altera indicis parte ab Hieronymo omissa fecimus detrimentum, minus graue iam uideatur. Nam, ut indicis auctoritatem augeret, Hieronymum eum apud Varronem ipsum in-

1) Repetita deinde separatim Bonnae 1847 et in Ritscheli opusculorum tomo III p. 419 sqq.

2) Urlichsius hunc indicem e codice bibliothecae S. Vedasti Atrebatensis ab Anglo litterato paucis exemplis exscriptum inuenit et cum Ritschelio communicauit.

uenisse demonstrauit, enarrauit argumenta librorum, quorum memoria ad nostra tempora permansit, reliquorum numerum iusta computatione definiuit, ut iam intellegere possimus, quanti sit laboris Varronis fragmenta colligere et disponere librorumque integrorum consilia atque argumenta quaenam fuerint eruere. Cui labori ferendo uix unius hominis uires pares uidentur esse. Sed uti a singulis singulae magni oneris particulae commode ferri possunt, quamuis totum onus unius hominis uires superet, ita studiorum illorum partem tamquam prouinciam meam elegi hanc, ut de M. Varrone antiquitatum Romanarum publicarum auctore quam possem accuratissime inquirerem. Et hoc quidem prooemio, quid nostrates homines adhuc in nostra prouincia indagauerint, paucis percensebo, in ipsa dissertatione pro uirili parte quantum possum ad haec studia conferam.

Triplici modo in his studiis elaborauerunt uiri docti: aut uniuersam Varronis memoriam resuscitare uoluerunt, aut in singula Varronis opera inquisiuerunt, aut quaenam apud scriptores inferioris aetatis exstarent Varronianae doctrinae uestigia, indagarunt.

Illis primo loco recensendis annumerandi sunt, qui in reliquiis Varronis colligendis et emendandis multum operae collocauerunt, quod fecerunt R. et H. Stephanus, Riccobonus, Popma, Turnebus, Barthius, P. Victorius, Muretus, Salmasius, prae omnibus Lipsius et Scaliger. Fragmentorum editionem polliciti sunt, non praestiterunt Lipsius, Dousa, Hauerkampius. Quam in manibus habemus nouissimam, Bipontinam dico, est Dortracena anni 1619 repetita, pro illis temporibus opus sane magnificum et industria praeclara istorum hominum dignum, sed quod studiis horum temporum longius prouectis nullo modo iam sufficere possit.

De uita M. Terenti Varronis librorumque eius temporibus diligentissime uetera testimonia collegit et doctissime interpretatus est Schneiderus, scriptorum rei rusticae Latin. tom. I 1 p. 217 sqq., cuius uestigia secuti fere nihil noui, quod mentione dignum esset, eruerunt Roth ‘über das leben des M. Te-

rentius Varro' Basileae 1857, et Boissier 'étude sur la vie et les ouvrages de M. T. Varron' Parisiis 1861.[1])

Venio ad Ritschelium, qui primus post longum temporis interuallum uniuersa Varronis studia eiusdem quaestionis uinculis comprehendit et uiam in reliquiis disponendis primis lineis adumbrauit. Et imago, quam effinxit *πολυγραφωτάτου* illius et 'undecunque doctissimi Romanorum uiri', sane digna est Varrone illo, qui, ut Augustini uerbis utar, 'tam multa legit, ut aliquid ei scribere uacasse miremur, tam multa scripsit, quam multa uix quemquam legere potuisse credamus'.

De antiquitatibus Romanorum publicis, quas quidem tractaturi sumus, haec enumerat Ritschelius Varronis opera: uniuersam doctrinam amplexus est Varro 'Antiquitatum rerum humanarum libris XXV', singulares praeterea libros de rebus ad antiquitates pertinentibus composuit hosce: 'libros de familiis Troianis', 'libros quattuor de gente populi Romani', 'tribuum librum', 'rerum urbanarum libros tres', 'annalium libros tres', 'de uita populi Romani libros quattuor', 'Aetia'.[2])

Ad Ritscheli de singulis illis operibus quaestiones postea redeundum est; hoc loco alterius uiri, qui in uniuersum de studiis Varronianis optime meritus est, Mercklini labores percensere oportet. Disseruit ille in quaestionibus Varronianis, quas Dorpati 1852 edidit, de optima uia ac ratione, qua 'plena et quoad fieri posset accurata uitae Varronis litterariae memoria' redintegraretur. Et tria potissimum censet reliquiarum Varronis editori agenda: primum totum antiquarum litterarum orbem Varrone inferiorem perlustrandum esse eo consilio, ut quid ad Varronem quacumque de causa referri possit eruatur, deinde diligentius et uitae Varronis et librorum eius

---

1) Viri docti quae inde ab initio huius saeculi usque ad annum 68 de M. Varrone omnino elaborauissent, Mercklinus et Rieseus retulerunt in Philologi tom. XIII et XXVII. Nonnulla, quae suo loco addam, omiserunt, noui fere nihil protulerunt.

2) Quibus addo 'librum de saeculis' et epistolam ad Oppianum, quae exstabat in Epistolicarum quaestionum libro quarto et erat 'de officio senatus habendi'.

tempora exploranda esse, unde et librorum reliquiarumque mutua inter se ratio perspiciatur, et ad quaestiones ancipites diiudicandas fundamenta stabilia ponantur, tertio denique loco medii quoque aeui recessus non esse neglegendos, cum constet libros Varronis nunc deperditos illis temporibus in manibus hominum doctorum fuisse.[1]) Hoc modo quae in uniuersum praecepit, singulis deinde illustrauit exemplis, de quibus postea agam.

Transeunti mihi ad ea doctorum hominum studia, quae in singulis Varronis libris antiquariis restituendis posita sunt, in ipsa transitione laudandus est Krahnerus, qui commentationis de M. Terenti Varronis Antiquitatum rerum humanarum et diuinarum libris XLI Halis 1834 specimine edito primus omnium, quem ad finem Varro libros suos composuisset, demonstrauit, primus librorum Varronis deperditorum argumenta restituere conatus est.

De Antiquitatibus rerum humanarum exponit uir doctus, quomodo Varro quadrifariam dispertierit libros illos XXV[2]), quid in eis scripserit, quaenam illis ratio intercesserit cum 'Gallo Fundanio de admirandis', cum 'ephemeride nauali' et 'libris quattuor de gente populi Romani', quam denique fortunam sint perpessi; quibus de rebus omnibus in sequentibus prolegomenis disputandi locus erit aptissimus.

De Antiquitatum apud posteriores scriptores fortuna et

---

1) Cetera Mercklino assentior, quod autem tertio loco addidit, nescio an uani sit laboris, cum locum, quem Mercklinus ex Ioannis Sarisberiensis Enthetico attulit, quo uno loco Varronis libros nunc deperditos medii aeui temporibus lectitatos esse probari possit, probabilius ita interpretemur, ut Ioannem, quippe qui inter Graecos Musaeum, Varronem inter Romanos pro doctissimo haberet legum latore, utriusque comparationem aut de suo ipsum addidisse aut apud alium inuenisse scriptorem dicamus; qui quidem, quis fuerit, nescimus.

2) Cf. Aug. c. D. VI 3: 'in sex primis (sc. libris Antiquitatum hum. Varro) de hominibus scripsit, in secundis sex de locis, sex tertios de temporibus, sex quartos eosdemque postremos de rebus absoluit . . . . Sed unum singularem, qui communiter prius de omnibus loqueretur, in capite posuit'.

condicione quod Krahnerus aliis reliquum fecerat, id maxima ex parte praestitit Gruppeus, de quo postea agam. Quod uero promisit Krahnerus se fragmenta ex his libris seruata editurum esse, id neque ipse neque alius uir doctus usque ad hunc diem praestitit; neque quisquam adhuc in ea re elaborauit, ut singuli uniuscuiusque Antiquitatum humanarum libri argumentum et summam erueret; nam Krahnerus in partibus quattuor illis ab Augustino de ciu. D. VI 3 traditis acquieuit.

In solis sex de temporibus libris cum alii studia posuerunt, tum Kettnerus 'kritische bemerkungen zu Varro und lateinischen glossatoren' Halis 1868 p. 14 sqq. et Gruppeus 'über die bücher XIV—XIX der Antiquitates humanae' Hermes X (1875) p. 51 sqq., quorum sententiis cur accedere non possim, in prolegomenis demonstrabo.

Reliquos illos Varronis libros antiquarios praeter Ritschelium et Krahnerum attigerunt Mercklinus Philol. III (1848) 267 sqq. de Aetiis, idem Mercklinus in quaestionibus Varronianis p. 5—11 de tribuum libro, p. 11—20 de epistolicarum quaestionum libro quarto, Kettnerus 'M. Terenti Varronis de uita populi Romani librorum quattuor quae exstant' Halae 1863, idem Kettnerus 'varronische studien' Halae 1865, p. 38—78 de quattuor libris de gente populi Romani, O. Iahnius, Hermes II (1867) p. 235 'satura de rerum urbanarum libris', Urlichsius 'die anfänge der griechischen künstlergeschichte' 1871 p. 37 sqq. de annalium libris.

Atque haec quidem de Varronis libris antiquariis. Nunc dicendum est de uirorum doctorum studiis in eis scriptoribus positis, qui Varronianam doctrinam nobis tradiderunt.

Et primo quidem loco nominandus est Odofredus Müllerus, qui post Spengelium Varronis de lingua Latina librorum quae supersunt 1833 edidit doctissimisque illustrauit annotationibus, ut aliis copiam faceret tum antiquitates Romanas ex Varrone emendato et diligenter cum aliis scriptoribus collato melius cognoscendi, tum quid posteri ex Varrone sumpsissent eruendi.

Paucis hoc loco Ten Brinkium commemoro, qui e co-

dicibus denuo collatis edidit 'locum de urbe Roma' de l. L. V 41—57 Traiecti ad Rhenum 1855.

Reuertor ad Müllerum, qui simili cura atque in libros de lingua Latina, in Verri Flacci reliquias inquisiuit, Festi paginas semicombustas cum aliorum tum Ursini uestigia secutus, qua erat animi sagacitate, egregie plerumque expleuit, aliorum scriptorum, imprimis Varronis uberrimos locos, quibus Festum suum interpretaretur, diligentissime undecumque contulit: quae studia in editione Festi de significatione uerborum 1839 publici iuris fecit.

Unum alterumue locum, quem Müllerus omiserat, addidit Merkelius in Ouidi Fastorum praefatione p. CV. 'Festi codicis quaternionem XVI', p. 359—376 M., denuo edidit Mommsenus Abh. d. Berl. Akad. 1864.[1])

De Dionysi fontibus, ut secundum temporum ordinem auctores enumerem, habemus dissertationem Kiesslingi de Dionysi Halicarnassensis antiquitatum auctoribus latinis, Lipsiae 1858, cuius postrema parte inde a p. 38, quid Dionysius in primo libro ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας ex Varronis Antiquitatibus, quas solas in usum uocauerit, sumpsisse uideatur expositum est.

De poetis unus Ouidius unde sua haberet, inquisitum est, et primum quidem a Merkelio, qui Fastorum editioni doctissima addidit prolegomena. Qui eum secuti sunt Peterus et Hülsenus, in eis quae Merkelius aut explanauerat aut inchoauerat sese continuerunt, noui fere nihil addiderunt, ille quidem in Fastorum editione, sanissimo iudicio usus et cautione necessaria, hic in dissertatione: 'Varronianae doctrinae quaenam in Ouidi Fastis uestigia exstent, Berol. 1880', quae sine ulla certa ratione conscripta uidetur esse.

De Plinio habemus Brunni de auctorum indicibus Plinianis disputationem isagogicam, Bonnae 1856; nominandi praeterea sunt Oehmichenus, 'de Varrone et Isidoro Characeno Plini in libris chorographicis auctoribus primariis', in Ritscheli Actis Soc. Phil. Lips. 1873 tom. III p. 399 sqq., et Detlefsenus 'Varro, Agrippa und Augustus als quellenschriftsteller des

1) De Gruppeo sub finem huius praefationis uerba faciam.

Plinius für die geographie Spaniens', in commentationibus in hon. Mommseni editis 1877 p. 23—34.

Plutarchus, ad quem nunc uenio, omnium maxime excitauit uirorum doctorum studia, cum in Quaestionibus Romanis et in uitis Romuli et Numae crebra exstent Varronianae doctrinae uestigia. Atque etiam legisse Plutarchum ipsum Varronis Antiquitatum libros demonstrare conati sunt Lagus, 'Plutarchus Varronis studiosus', Helsingfors 1847, et Thilo, 'de Varrone Plutarchi Quaestionum Romanarum auctore praecipuo', Bonnae 1853.

In eandem sententiam discesserunt, ut nonnullos nominem, Mercklinus de Varronis Aetiis, Kettnerus de uita populi Romani, Leo, 'de Plutarchi Quaestionum Romanarum auctoribus', Halis 1864, Hermannus Peterus 'quellen Plutarch's in den biographien der Römer' Halis 1865.

At Plutarchum Varroniana sua per Iubae ὁμοιότητας accepisse affirmarunt Heeren, 'de fontibus et auctoritate uitarum parallelarum Plutarchearum commentationes quattuor', Gottingae 1820, Soltau, 'de fontibus Plutarchi in secundo bello punico enarrando', Bonnae 1870, Barthius, 'de Iubae ὁμοιότησιν a Plutarcho expressis in Quaestionibus Romanis et in Rumulo Numaque', Gottingae 1876, Glaesserus, 'de Varronianae doctrinae apud Plutarchum uestigiis', in Stud. Lips. IV (1881) p. 159 sqq.

Suetoni fragmenta praeclarissime enarrauit quaestionesque doctissimas addidit Reifferscheidius 1860. De Varronis et Suetoni mutua ratione quae non recte uideatur iudicasse, postea disserendi erit locus.

De Sexto Pomponio, cuius 'de origine iuris et omnium magistratuum' fragmentum in Digestorum primi libri titulo secundo seruatum est, scripsit Sanio 'Varroniana in den schriften der römischen juristen' I Lipsiae 1867, qui argumentatione aut temeraria aut omnino nulla adhibita omnia ad Varronem referre uoluit.[1])

1) Sed qui nimium probat, nihil probat; atque id potissimum est cauendum, ne Varroniana studia turpemus immodica coniiciendi libidine

De Censorino et Solino quae cum alii tum Gruppeus annotauerunt, alio loco proferam.

'De Macrobi Saturnaliorum fontibus' disputauit Wissowa, Vratislauiae 1880; laudandi praeterea sunt Gruppeus et Kettnerus 'beobachtungen über die benutzung des Verrius Flaccus' 1879.

Augustinum omnino non inspexisse Varronis Antiquitatum libros Krahnerus de Varronis Curione p. 8, Kettnerus stud. Varr. p. 40, Gruppeus in commentationibus in hon. Momms. p. 546 sanissimo iudicio annotauerunt. Ad indicem Varronianum tantummodo pertinent ea, quae Franckenus disputauit de Varronis fragmentis, quae inueniuntur in libris Augustini de ciuitate Dei, Lugduni Batau. 1836.

Inter reliquos ecclesiae doctores Isidorus unus in quaestionem uocatus est a Kettnero uarr. stud. priore parte.

Duo sub finem huius relationis docti homines laudandi mihi sunt, qui de uniuersa Varronianorum fragmentorum traditione disputauerunt, Mercklinus et Gruppeus. Et illius quidem uiri de Varrone optime meriti huc pertinent 'de Varronis tralaticio scribendi genere quaestiones', Dorpati 1858, et 'de Varrone coronarum Romanarum militarium interprete praecipuo quaestiones', Dorpati 1859. Tralaticium id genus scribendi nominat, quo auctores ueteres tacite aliorum sententias atque adeo uerba exscripserint, quod tribus exponit exemplis, Valerio Antiate, Curiatio, C. Granio Liciniano cum Varrone compositis. Altera commentatione probauit Varronem in Antiquitatum humanarum libro 'de bello et pace' scripsisse de coronis militaribus, illum Varronis locum per libros de uerborum significatione dispertiuisse Verrium Flaccum, in memorialium librum XI transtulisse Masurium Sabinum, cuius memoriam Gellius seruasset; Varrone et Masurio usum esse Plinium.

---

neue omnia, non solum quae interioris sint doctrinae, sed etiam trita et a quolibet alio scriptore tradita, ex Varrone, qui de omnibus sane rebus scripserit, petita esse contendamus. Idem cadit, ut id hoc loco addam, in Dirksenum, quippe qui Tacitum in Annalibus saepissime ad Varronem recurrisse sibi persuaserit.

Gruppeus denique in egregia dissertatione 'die überlieferung der bruchstücke von Varro's Antiquitates rerum humanarum', quae est in commentationibus in honorem Th. Mommseni editis Berol. 1877, p. 540—554, inquisiuit, unde ei scriptores, qui fragmenta ex Antiquitatibus humanis cum titulo huius operis afferrent, illa sumpsissent [1]), quaestionemque paene absoluit de Valerio Maximo, Plinio, Festo, Gellio, Censorino, Macrobio, Seruio reliquisque Vergili commentatoribus, Prisciano, Diomede, Charisio, Nonio grammaticis. In graecos auctores Dionysium et Plutarchum non ipse inquisiuit, sed de his Kiesslingi et Thilonis iudicium fecit suum.

Haec hactenus de his, quae uiri docti usque adhuc praestiterunt; paucis addam quid nobis in hac prouincia elaborantibus reliquum sit.

Ac primum quidem in uniuersum praeter illa, quae Ritschelius, Mercklinus, alii de uia ac ratione in his litteris adhibenda disputauerunt, Varroniana studia magnum fructum captura esse mihi persuasi, si et Varronis fontes accuratius perquisiti et ei scriptores in quaestionem uocati erunt, qui post Varronem fuerunt neque ipsi aetatem tulerunt, sed Varronianam doctrinam nostris auctoribus tradiderunt. Varro enim iam inter aequales magna doctrinae fama ferebatur neque ipse, quod ab aliis exploratum esset, facile ignorabat; quin etiam omnes alias ueterum uirorum doctorum et aequalium sententias in libris suis referebat, quo factum est, ut illorum auctoritas obrueretur, et e Varrone antiquae eruditionis copiae haurirentur. Qua re consentaneum est, quae seruata sint ex Fuluio Nobiliore, Iunio Gracchano, Aelio Stilone, Cloatio [2]), aliis, ea a M. Varrone, quem eorum opera in componendis libris suis

1) In quo id unum dolendum est, quod uir doctus illos auctores plane neglexit, qui Antiquitatum memoriam ita nobis seruarunt, ut ipsum opus numquam laudarint.

2) De Cloatio cf. Fest. 141. 189. 193. 213. 309. 318. Eum Teuffel. röm. litt. 343, 5 sub Traiano fuisse coniecit; sed Aeli Stilonis aetate eum scripsisse testatur Fest. 141. 193 coll. 309, et a Varrone in usum uocatum esse apparet ex eis, quae infra cap. III. disputaturus sum coll. Fest. 215.

adiisse constat, relata et posteriori aetati tradita esse; nec dubito, quin illorum frustula colligentes noua inuestigemus Varronis fragmenta. Quod uero dixi de Varronis compilatoribus, quorum scripta interierunt, cogitaui cum de aliis tum de Iuba rege, Fenestella, Sinnio Capitone, Verrio Flacco, Iulio Hygino, Antistio Labeone, Ateio Capitone, Masurio Sabino, Iulio Modesto, Suetonio Tranquillo. Hos enim ipsos Varronis libros adiisse per se uerisimile est, quare quid Varroni quid aliis auctoribus debuerint prius quaerendum uidetur, quam ex posterioribus scriptoribus, qui per illos Varronis memoriam acceperunt nobisque tradiderunt, Varroniana certa ratione eliciamus.

Commentationes deinde, quae librorum Varronis antiquariorum fragmenta collecta disponant et argumenta enarrent, desiderantur de XXV libris Antiquitatum humanarum, de epistolicis quaestionibus, de libris annalium, de saeculis, de familiis Troianis, de libris denique rerum urbanarum.

In fontes denique inquirendum est Vergili, Dionysi Halicarnassensis in secundo potissimum sequentibusque libris, Verri Flacci, Plini, Festi, Suetoni, Gelli, Serui, Lydi, ecclesiae doctorum, fastorum interpretum.

Ad quae studia ut pro uirili parte ipse quoque aliquid conferrem, mihi proposui, ut opus illud praeclarissimum Antiquitatum humanarum in quaestionem uocarem et accuratiorem uerioremque horum librorum imaginem, quam quae nobis usque adhuc obuersabatur, adumbrarem. Quod munus si cui nimis audacter aut temere suscepisse uideor, rei difficultas et obscuritas me excuset; nam ‘res ardua est uetustis nouitatem dare, dubiis fidem’.

Et hunc sequar disputationis ordinem, ut prolegomenis praemissis primum Antiquitatum humanarum consilium et summam indagem, deinde totum opus in singulos libros disponam et unius cuiusque titulum et argumentum eruam, denique quomodo Antiquitatum memoria apud posteros seruata sit enarrem certasque uias et rationes expediam, quibus noua inueniantur fragmenta.

Quae posteaquam in prolegomenis exposita sunt, fragmenta ipsa proponam multis aucta et ex inuenta dispositione distributa et apparatu critico instructa.

Fragmentis addere uolueram quaestiones, quibus alia praeterea Varronianae doctrinae uestigia apud scriptores Varrone recentiores, qui aetatem tulerunt, indagarem. Reliquiarum enim sine titulo superstitum nondum ea suppetit copia, quae auctoritati, qua Varronem apud posteriores fuisse scimus, respondeat; et quamquam id studebam, ut Varroni quam plurima restituerem fragmenta, tamen praeter exspectationem perpaucos tantum scriptores ad nos peruenisse in prolegomenorum tertio capite demonstrandum mihi erat, qui Varronis Antiquitates rerum humanarum legisse uiderentur — Dionysius et Plinius fere soli sunt. Nihilo tamen setius rem propius ad liquidum adduxisse iuuabit; ceterum alia ex parte Varroni restituere possumus, quae in illo capite ei surripuisse uidemur. Totum enim antiquarum litterarum orbem Varrone inferiorem perlustraui, omnia ad antiquitates Romanorum publicas spectantia undique excerpsi, cum Varronis fragmentis contuli, alia circumspexi subsidia, quibus quid Varroni reddendum esset, quid non reddendum diiudicarem. Sed res erat difficillima et longior, quam ut has quaestiones huic dissertationi adiicere possem. Nam in prolegomenis certae quaedam rationes constituendae erant, quibus in uniuersum apud eos scriptores, qui ex ipso Varrone hauserunt, Varroniana secluderemus, in quaestionibus unaquaeque res — sunt uero sexcentae — per se est examinanda, quae apud auctores exstat, qui Varroniana doctrina ita sunt imbuti, ut illius libros numquam legerint, sed sententiam ab eo prolatam modo hinc modo illinc, plerumque inscii ut fors ferebat acceperint. Atque id unum hoc loco affirmare possum quaestionum illarum fructum satis magnum et auctoritate, qua Varronis Antiquitates rerum humanarum fuerint, omnino dignum fore; quaestiones autem ipsas transferam in alium diem.

PROLEGOMENA.

Caput I.

Quo argumento et consilio fuerint Varronis XXV libri Antiquitatum rerum humanarum.

In Antiquitatum humanarum libris quid scripserit et quid intenderit Varro inquirentibus nobis adminiculo sunt: operis ipsius inscriptio, XVI librorum diuinarum rerum quae supersunt, ueterum scriptorum de Antiquitatibus rerum humanarum testimonia, de reliquis Varronis libris antiquariis quae scimus, de lingua Latina libri superstites, fragmenta ex Antiquitatibus rerum humanarum seruata.

Quae quidem omnia deinceps tractabo, postquam nonnulla de Varronis scribendi et disponendi consuetudine disputauero, quae obseruaui, cum multus in libris superstitibus essem, ut in familiaritatem M. Terenti me quoad possem insinuarem et eius in sentiendo et in scribendo proprietates penitus addiscerem. Hinc quin lucis aliquid afferatur et fragmentis et iis libris, in quibus ea exstant, non est dubium.

Ritschelium op. III 514 suo iure Varronem curiosissimum disponendi artificem et tamquam architectum appellasse innumerabiles loci librorum de lingua Latina et de re rustica confirmant; cf. de l. L. V 1 sq. 6. 10—13. 16. 31. 57. 75. 80. 95. 105. 131. 184. VI 3. 35. 97. VII praef. 5. 109 sq. VIII 1 sq. 13. 21. 24 sq. 44—46. 63. IX 4. 7. 36. 95. 115. X 1 sq. 79. de r. r. I 1, 11. 5, 15, 17, 1. 23, 1. 27, 1. 37, 4. II 1, 11 sqq. III 1, 9. Tam saepe auctorem lectoribus dispositionem operis in memoriam reuocasse non est quod miremur, si recordamur singula ueterum uolumina ex singulis libris constitisse, ita ut alium librum euoluere maioris illis esset negotii, quam nobis. Eodem modo et in nostro opere Varronem uersatum esse significat fragmentum a Nonio p. 92, 14 sqq. seruatum, quod in exordio sex

postremorum librorum de rebus locum habuit. Neque semper dispositionem librorum accuratam fuisse neque omnia, quae ex operis consilio enarranda essent, comprehendisse apparet ex ipsius Varronis uerbis de l. L. VII 5 'si quid excidit ex hac quadripartitione, tamen in ea comprehendam'. Antecedentia uerba 'quae cum his sint coniuncta, adiungam' spectant ad excursus innumerabiles, quo ex numero est etiam de l. L. VI, 1 'si qua erunt ex diuerso genere adiuncta, potius cognationi uerborum quam auditori calumnianti geremus morem'. Et occurrunt in libris superstitibus permulti omnis generis excursus; cf. de l. L. V 34. 71. 89. 98. 105 sq. 108. 130. 160. VI 38. VII 10. 17. 41. de r. r. I 1, 4 sq. 2, 9. 10. 19. II 4, 1 sqq. 18. Uti plurimi uero excursus in libris de re rustica uerborum ueriloquia exponunt: cf. I 2, 9. 14. 29, 1—3. 31, 3—5. 50, 2 sq. II 1, 7 sqq. 3, 7. 4, 1 sqq., ita plurimi in opere grammatico sunt de rebus ex antiquitatibus petitis, cf. de l. L. V 23. 35. 61. 69. 118. 122 sqq. 134 sq. VI 54. 61. 71. 74. 93. 95. Hinc concludo in Antiquitatibus Varronem in fines etymologiae saepius excurrisse, praesertim cum is semper esset, 'qui in quouis genere grammaticum ageret praeter ceteros'.[1])

Addo hic statim comparationes non paucas ex aliis disciplinis petitas: de l. L. V 8 sq. 13. 59. 74. 88. 99. VI 39. VII 1. 4. 109. VIII 4. 6. 10. 28—32. IX 9—16. 18. 20—29. 33. 39. 43. 45—48. 67. 79. 92 sq. 113. X 4. 27. 38. 41. 46. de r. r. I 1, 4 sqq. 2, 7, similitudines poetam redolentes: de l. L. X 19. de r. r. I 1, 1 etc., prouerbia: de l. L. V 5. 11. de r. r. I 1, 1. 4. 2, 2. 22, 6. III 2, 1: quae omnia haud scio an et in Antiquitatum libris scripta esse potuerint.

Unde materiam sumpserit, ipse declarat de r. r. I 1, 11 hoc modo: 'ea erunt ex radicibus trinis, et quae ipse in meis fundis colendo animaduerti, et quae legi, et quae a peritis audiui'. Unde facile colligo Varronem antiquitatum scientiam consecutum esse et colloquendo et legendo et obseruando. Auctores, quos adhibuit, et accurate laudabat: de r. r. I 1, 7—10, et indulgenter de iis iudicabat: de r. r. I 2 saepius.

1) Cf. Ritscheli opusc. III 363.

Scribendi denique consilium in libris de re rustica: I 13, 7. 69, 3. II praef. 1 sqq. 1, 3—5 obseruare possumus idem, quod de Antiquitatibus sibi finxit Krahnerus p. 2.[1]) Nam semper Varro id agit, ut ueteres Romani quam strenui, fortes, laboriosi, uerecundi fuerint, ostendat iisque aequales suos molles, libidinosos, languidos, nefarios opponat. Itaque uerum est, quod Krahnerus dicit Varronem uitae scripsisse, non scholae, ciuibus suis, non hominibus doctis antiquitatumque studiosis, non ut delectaret admirationemue doctrinae excitaret, sed ut demonstraret, quo modo quaeque in ciuitate Romana institutiones antiquitus essent conditae, quanto cum rei publicae commodo retinerentur.

Stilum, ut hoc addam, in libris superstitibus neglegentiorem esse et Spengeli et Mülleri et Keili curis constat; quod idem de omnibus Varronis scriptis ualere cum per se uerisimile est, tum aperte affirmant ueteres duo docti homines, quibus meliores testes nullos habemus, Tacitum dico in Dial. 23 et Quintilianum X 1, 95: ‘Plurimos Varro libros et doctissimos composuit, peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et rerum Graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae collaturus quam eloquentiae’.

Quae postquam in uniuersum de Varronis scribendi ratione disputauimus, ad propositum ueniamus et Antiquitatum argumentum enarremus.

1.

Et titulus primum Antiquitatum humanarum rerum duplici modo nobis subsidio est, prout respicimus aut ‘antiquitatum’ aut ‘humanarum rerum’ uocabula. De illo uocabulo Krahnerus p. 11 recte uidetur iudicasse, cum diceret Varronem libros, quibus totam uitam maiorum et consuetudinem enarrasset, apto sed nouo titulo uocasse ‘Antiquitates’. Quod uocabulum ante Varronem haud ita usitatum fuisse demonstrauit Fr. A. Wolfius[2]), nos uero, qui illi uerbo eandem sententiam quam Varro

1) Cf. Mercklin. Philol. XIII 731 sqq. Kettner. de uita p. R. p. 7.
2) Mus. für alt.-wiss. I 54.

subiiciamus, non est quod multis de eo disputemus; id solum inquirendum est, ad quae tempora auctor in describenda Romanorum antiquitate descenderit. Et Krahnerus quidem Varronem inde ab antiquissimis temporibus res Romanas repetiuisse censet et finem narrandi fecisse descripta Gallorum irruptione; cuius opinionis duas profert causas, unam, quod nullae res aetate posteriores a quoquam ex his libris afferantur, alteram, quod non fuerit Varronis, saltem his libris, plura persequi. Qua de re paulo aliter sentio. Nam erat Varronis uniuscuiusque in re publica Romana instituti originem referre, neque est quod moneam, multa noua post illud tristissimum Romanis tempus esse constituta. Dixerim equidem Varronem unumquodque institutum publicum usque ad eum statum persecutum esse, quem aequales uiderent. Id omittam, quod Dionysius Halicarnassensis *ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς* inscriptionem a Varrone mutuatus Romanorum res gestas usque ad bellum Punicum secundum descripsit; at Cicero sententiae meae uidetur fauere, qui nostrum opus respiciens Ac. post. I 3, 9 Varronem ipsum allocutus: 'tu' inquit 'omnium humanarum rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti'. Deinde etiam ea de causa usque ad suam ipsius aetatem eum scribendo descendisse puto, ut antiqua tempora huic opponere posset, quod idem fecit in libris de uita populi Romani.

Ex 'humanarum' uocabulo errare eos conicio, qui de re publica tantummodo hos libros fuisse sibi persuaserint; spectabant ad uniuersas res humanas, quam ob rem, sicut diuinas antiquitates in quinquies ternos libros dispositas fuisse constat, ita humanas in quater bis ternos distributas fuisse crediderim. Sed ea res postea diligentius mihi tractanda erit.

2.

Diuinarum antiquitatum libros, qui ad homines spectauerint, fuisse de pontificibus, anguribus et quindecimuiris, qui ad loca: de sacellis, sacris aedibus, locis religiosis, qui ad tempora: de feriis, circensibus ludis et scaenicis, qui ad res: de consecrationibus, sacris et priuatis et publicis testis

est Augustinus. Inde quid efficiatur de antiquitatibus publicis, non dico humanis, in aperto est. Qui enim in re publica agunt, magistratus sunt et antiquissimis temporibus reges; loca ubi agunt, sunt forum, comitium, curia Hostilia, aedes sacrae, ager publicus, ager hostilis, prouinciae; tempora, quando agunt, sunt dies fasti, comitiales, nundinae, kalendae, certi post urbem conditam anni. Et quid magistratus Romani illis locis, quid illis temporibus agunt? rem publicam administrant, imperio utuntur, ius dicunt, agunt cum patribus aut cum populo, bella gerunt, pacem decernunt. Haec et his similia in humanarum rerum libris Varronem tractasse necesse est.

3.

Veteres omnino solitos esse opera sua quadrifariam dispertire Cicero testatur, cum dicit de or. II 12 Pherecydem, Hellanicum, Acusilaum, Catonem, Pictorem, Pisonem monumenta tantummodo temporum, hominum, locorum rerumque gestarum reliquisse; quibus certe Varronem quoque addidisset, si tum, cum haec scripsit, hi libri iam exstitissent. Ad Antiquitatum uero libros XLI referendus est praeclarissimus ille Ciceronis locus Ac. post. I 3, 9 uel propter temporis rationem: sunt enim edita Academica a. u. 709/45, uno duobusue annis post, quam Varro Antiquitates confecerat; praeterea antecedentibus Academicorum uerbis agitur ‘de his ipsis antiquitatum prooemiis’. Quare ad hoc opus refero, quod Cicero Varronem allocutus ‘Nos’ inquit ‘in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui et ubi essemus, agnoscere. Tu aetatem patriae, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum, locorum, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti’ Haec ut paulo accuratius enarrem, uerba illa ‘nos in nostra urbe . . . agnoscere’ ad libros de hominibus et de locis quadrant docentque in illis sex prioribus libris non solum de regibus aut magistratibus scriptum fuisse, sed etiam in uniuersum de populo

Romano, quibus a proauis et a quam honestis oriundus, qua ratione postea ab illorum moribus et consuetudine desciuisset, in sex sequentibus de locis libris non solum de foro aut comitio, sed etiam in uniuersum de urbe Roma, qua ratione aedificata esset et quomodo unusquisque locus antiquitus conditus; atque etiam longius Varro ultra urbis muros processerat et Latium totamque Italiam descripserat, quod demonstrant uerba illa 'tu sedem regionum, locorum aperuisti'. In libris de temporibus colligimus ex Ciceroniano loco descriptiones temporum fuisse ibique Varronem celeberrimam disputationem instituisse, qua demonstraret Romam esse conditam Parilibus anni olympiadis VI tertii (i. e. anni Iuliani a. d. XI Kal. Mai.). Ad sex ultimos de rebus libros spectant uerba 'tu domesticam, tu bellicam disciplinam aperuisti', unde nihil noui addiscere possumus.

Haec de Ciceronis illo loco, quocum optime conueniunt, quae sunt apud Augustinum de ciu. Dei VI 4 uerba Varronis ex diuinarum rerum libro primo excerpta. Augustinus enim, postquam enarrauit uno singulari libro, qui communiter de omnibus loqueretur, praemisso sex primos Antiquitatum humanarum libros de hominibus fuisse, secundos sex de locis, sex tertios de temporibus, denique sex postremos de rebus: eo, quem supra attulimus, loco cur Varro in antiquitatum corpore prius de rebus humanis quam de diuinis scripserit, disputat, unde quin nostra Antiquitatum notitia augeatur non dubito. Scribit enim Augustinus: 'Varro propterea se prius de rebus humanis, de diuinis autem postea scripsisse testatur, quod prius exstiterint ciuitates, deinde ab eis haec instituta sint', atque paulo post 'quia diuinae istae ab hominibus institutae sint'. Nam 'sicut prior est, inquit Varro, pictor quam tabula picta, prior faber quam aedificium: ita priores sunt ciuitates quam ea, quae a ciuitatibus instituta sunt'. Et reuoco hic lectores ad ea, quae supra dixi: humanarum rerum antiquitates non solum de rebus publicis, sed omnino de humanis fuisse, cum ex illo quoque Augustini loco appareat in toto Antiquitatum humanarum et diuinarum corpore Varronem cum de omnibus

institutis et publicis et diuinis egisse, tum de hominibus, qui illa fecissent, et de humanis in uniuersum rebus, unde Romanorum res publica et diuina orta esset. Sed hoc non ita dico, ut de hominum natura Varronem disputasse putem, quod uetant ciusdem Augustini in eodem capite uerba 'si de omni natura deorum et hominum scriberemus, prius diuina absoluissemus, quam humana attigissemus'; enarrauit Varro Romanorum originem et historiam, uirtutes et consuetudinem, in re publica officia et ciuitatis discriptionem. Haec si in libro prooemii Varro facere uoluisset, poterat hoc sane in Antiquitatum diuinarum libro primo, neque erat, cur has humanis postponeret; praeterea primi humanarum rerum libri aliud fuisse argumentum eundem Augustinum secutus alio loco demonstraturus sum. Itaque restant tantummodo libri II—VII de hominibus, quos ad eos quoque pertinuisse scimus, qui seruandis publicis institutis praeessent. Item in sequentibus quoque bis senis libris Varro ita uersatus est, ut non solum de locis aut temporibus in publicum usum constitutis diceret, sed in uniuersum de Italiae regionibus et fertilitate, de aetate humana et temporum descriptione. Etenim si de hominibus solis uniuerse scripsisset, non de locis quoque aut de temporibus, libros illos, in quibus id fecit, in fine totius humanarum rerum corporis eodem sane modo posuisset, quo diuinarum antiquitatum tres de deis libros ultimos collocauit. Paulo aliter de sex ultimis libris, qui sunt de rebus, sentio, sed ea de re postea.

Hic alius nobis Augustini locus de ciu. D. VI 4 explicandus est, qui mirum quantum usque ad hunc diem studia hominum doctorum coercuit atque impediuit, ne plenam sibi et quoad fieri posset accuratam Antiquitatum humanarum imaginem fingerent. Scribit enim Augustinus: 'rerum humanarum libros, non quantum ad orbem terrarum, sed quantum ad solam Romam pertinet, scripsit', quod Krahnerus p. 23 et Ritschelius op. III 394 et 446 certissimum esse putabant testimonium Varronem in Antiquitatibus componendis urbis Romae et Italiae fines non excessisse. Sed si paulo accuratius inspicimus locum, Augustinus illa uerba non scripsit, ut argumentum humanarum

rerum, quas numquam uidetur legisse, significaret, sed de suo ipse apposuit, ut Varronem de nulla deorum natura scripsisse demonstraret, quod elicuit ex his Varronis uerbis 'si de omni natura deorum et hominum scriberemus, prius diuina absoluissemus, quam humana attigissemus'. Ratiocinatus enim est hunc in modum: 'Aut enim de omni natura deorum scribit, aut de aliqua, aut omnino de nulla. Si de omni, praeponenda est utique rebus humanis; si de aliqua, cur non etiam ipsa res praecedat humanas? ..... Quodsi multum est, ut aliqua pars diuina praeponatur uniuersis rebus humanis, saltem digna est uel Romanis; rerum quippe humanarum libros non quantum ad orbem terrarum, sed quantum ad solam Romam pertinet, scripsit, quos tamen rerum diuinarum libris se dixit scribendi ordine merito praetulisse ..... Restat, ut de nulla deorum natura scripsisse intellegatur, neque hoc aperte dicere uoluisse, sed intellegentibus reliquisse'. Id unum sane Augustinus dicere uult: Antiquitates humanas non ad uniuersum genus hominum spectasse, sed ad aliquam tantummodo eius partem, Romanos scilicet, quippe quorum antiquitates describendas Varro sibi sumpsisset. Nihil igitur impedit, quominus M. Terentium in sex de locis libris uel de extremis Romanorum prouinciis uerba fecisse putemus. Prouinciae uero Romanae nonne ad Romam pertinent?

4.

Reliquos Varronis libros de rebus ex antiquitatibus petitis aut post Antiquitates scriptos illas ex parte expleuisse, aut antea in lucem editos pericula fuisse auctoris ad magnum illud opus conficiendum sese praeparantis Ritschelius [1]) coniecit. Sed de his nihil omnino statuere licet, cum quando Varro consilium Antiquitatum scribendarum ceperit nesciamus; illos libros post Antiquitates componere potuit Varro aut eo consilio, quod Ritschelius uoluit, aut id agens, ut eiusdem libri uinculo continerentur, quae per Antiquitatum quat-

1) Cf. opusc. III 444.

tuor partes pro ratione ac dispositione totius operis, quamuis ad eandem rem spectarent, dispersa essent.

Adiuuant autem nostram Antiquitatum notitiam ea tantummodo scripta, quae post illud opus grauissimum edita esse constat; sunt libri de uita [1]) et de gente populi Romani et epistolicarum quaestionum liber quartus, in quo Varro deperditum commentarium librum de officio senatus habendi [2]) retractauerat.

Proxime accesserunt ad Antiquitatum consilium libri de uita populi Romani quattuor, qui spectabant ad priuatas tantum quas dicimus antiquitates, ad rem familiarem, uictum, uestitum, instrumenta et disciplinas necessarias uitae, alia huius generis, id quod confirmant horum librorum fragmenta. In libris igitur sex postremis Rerum humanarum eiusmodi res non erant expositae, aut non erat, cur Varro easdem res in opere eiusdem consilii repeteret; restat igitur, ut statuamus in sex 'de rebus' libris exposuisse Varronem, quid in re publica egissent Romani; agit uero publice aut omnis populus foris in bello, domi in contione, aut magistratus cum populo, de populo, pro populo. Fuerunt denique sex illi libri de uniuersa ratione, quae mutua inter homines intercederet, ut diuinarum rerum libri XI—XIII de ea ratione, quae inter homines et deos esset.

In libris deinde quattuor de gente populi Romani Varro de Romanis tamquam parte totius generis humani disseruit, eorum historiam uniuersae temporum rationi antiquorum populorum subiunxit, 'quid a quaque gente traxissent per imitationem' [3]) composuit. His in libris licet multa, quae in Anti-

1) Scripti post annum 705/49; cf. Schneider. script. r. rust. I 1, 234, Krahnerus de Varr. Ant. 10, Kettnerus de uita p. R. 3, qui quidem uir doctus probabiliter cogitauit de anno 711/43, quo anno libri de gente p. R. editi uidentur esse, cf. Schneider. l. l., Mommsen. röm. chron. 147 [2], Kettner. Varr. stud. 38 sq.

2) Cf. Mercklin. quaest. Varr. 16 sqq.

3) Seru. in Aen. VII 176, quem locum neque Krahnerus l. l. 10 neque secutus eum Ritschelius opusc. III 447 ad libros de uita p. R. referre debebat; cf. Kettner. de uita p. R. 31. 60.

quitatibus exposita erant, retractata fuerint, tamen consilium utriusque operis diuersum erat, ita ut quae in libris de gente populi Romani exposita fuisse scimus, ea in Antiquitatibus propterea omissa fuerint non sit necesse.

Restat iam unus commentarius de officio senatus habendi primum ad Pompeium missus anno 683/71, multis igitur annis ante Antiquitates editas. Sed Gellius [1]), qui commentarii omne externum fatum et argumentationis ordinem enarrauit, deperiisse eum tradidit anno 711/43, quo ab Octauiano Lepido Antonioque triumuiris se proscriptum esse Varro queritur et 'direptis bibliothecis suis librorum hebdomadas aliquammultas non comparuisse'.[2]) Quare retractauit postea Varro res in hoc commentario enarratas in quaestionum epistolicarum libro quarto post annum 711/43 edito, quo tempore multos iam annos exstabant Antiquitates omniumque in manibus erant. Quod eum non fuisse facturum puto, si eadem eodem modo in Antiquitatibus legi potuissent. De his igitur triplex nobis se offert opinio: aut Varro in Antiquitatibus de senatu lectores ad commentarium illum isagogicum reuocauit, qui cum periisset, rem in eo descriptam iterum tractari necesse erat; aut in Antiquitatibus de officio senatus habendi uerba omnino non fecit; aut res in commentario contextae per singulas totius corporis partes dispersae erant. Quorum hoc ultimum, cum Varronem in Antiquitatibus de senatus statu et usu nihil protulisse credere non possim, uidetur mihi uerisimillimum. Nonnulla sane post illum demum annum, quo antiquitates editae sunt, scribi potuisse Mercklinus [3]) demonstrat, alia per se uerisimile est in illis libris non fuisse, quorum non erat praecepta dare aut eos, qui munus publicum inirent, docere, sed demonstrare, quomodo singula instituta antiquitus condita, quomodo postea commutata essent.

Commentarius ille, ut hoc addam, testimonio nobis est, quomodo Varro in disponendis suis scriptis uersatus sit; nam Gellius in argumento eius enarrando ordinem a Varrone insti-

1) N. A. XIII 7. 2) III 10, 17. 3) Quaest. Varr. p. 18.

tutum diligenter enarrauit. Scripsit igitur Varro primum de hominibus ('primum ibi ponit, qui fuerint' cet.), tum de locis ('tum adscripsit de locis' cet.), deinde de temporibus ('senatusconsultum ante exortum' cet.), postremo de rebus ('immolareque hostiam' cet.). Qui quidem ordo saepissime apud Varronem occurrit, ueluti in satira Menippea, quae inscripta fuit 'nescis quid uesper serus uehat', Gellio teste n. A. XIII 11 haec erant: 'si belli homunculi collecti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus'. Eodem fere redit de l. L. VII 5: 'dicam in hoc libro .... primum de locis, dein de his quae in locis sunt, tertio de temporibus, tum quae cum temporibus sunt coniuncta', et de re r. I 5, 3 'agriculturae quattuor sunt partes summae: e queis prima cognitio fundi, solum partesque eius quales sint (de locis); secunda, quae in eo fundo opus sint ac debeant esse culturae causa (de hominibus et instrumentis); tertia, quae in eo praedio colendi causa sint faciunda (de rebus); quarta, quo quidquid tempore in eo fundo fieri conueniat' (de temporibus).[1])

5.

Sed haec missa faciam et ueniam ad illud, quod quinto loco dixi in detegendo Antiquitatum humanarum argumento non neglegendos esse de lingua Latina libros superstites uel propter temporis horum librorum rationem. Sunt enim Antiquitates scriptae inter annos 706/48 et 708/46, quibus ad finem perductis statim de lingua Latina opus Varronem ingressum esse Schneiderus, script. rei rust. I 2, 228 effecit ex Cic. ac. post. I 1, 3 coll. 2, 8. Müllerus quae disputauit hos libros anno 716/38 demum in publicum editos esse, explosa sunt a Spengelio[2]), cui assentitur Mercklinus.[3]) Puto igitur Varronem in illis de lingua Latina libris, in quibus uerborum ueriloquia enarrat — sunt, si poetica uerba omittas, libri quintus et sex-

1) Cf. Merkel. Ou. fast. praef. p. CIX, Mercklin. quaest. Varr. p. 17, Krahner. l. l. p. 12. 2) 'Die kritik der varronischen bücher de l. L.' München 1854 p. 16 sq. 3) De Varronis tralaticio etc. p. 11.

tus, quorum uterque nobis seruatus est — ubi rem publicam et antiquitates humanas attigerit, eodem fere modo uerba protulisse, quo in Antiquitatibus de rebus disputauit. Quod cum per se uerisimile sit, tum comprobatur eis, quae in opere de lingua Latina de temporibus scripta sunt, quae eadem eodem modo in Antiquitatibus Varronem accuratissime pertractasse e Censorino, Solino, Macrobio, aliis possumus cognoscere.

At dixerit fortasse quispiam ea, quae Varro de lingua Latina V 134 de instrumentis rusticis proferat, non inueniri in libris de re rustica; cui id unum oppono opus rusticum post grammaticum demum compositum esse atque multo quidem postea. Varro enim ipse r. r. I 1, 1 [1]) testis est libros de re rustica anno 717/37 scriptos esse.

Quodsi certam aliquam rationem libris de l. L. cum Antiquitatibus intercedere concedimus, id potissimum tenendum est Varronem in Antiquitatibus omnia ordine et plenissime tractasse, in libris grammaticis ea tantum uerba excerpsisse, quorum origo esset obscurior.

Refero uero tamquam fragmenta ad Antiquitatum humanarum libros de hominibus: de l. L. V 80—82, quae sunt de Romanorum magistratibus, ad libros de locis: V 41—56. 145—159. 163—165, ad libros de temporibus: VI 3—11. 27—34, ad libros denique de rebus: V 86—91. 115—117. 181 sq., quae ad rem militarem spectant, fortasse etiam quae exstant de l. L. VI 86—95 de actionibus ciuilibus et VI 169—174 de pecuniis signatis.

6.

Id unum iam superest, ut quidnam ex fragmentis seruatis de Antiquitatum humanarum argumento concludi possit dicam; quod cum singillatim proximo capite mihi explicandum sit, hoc loco certam uiam, qua expeditiores deinde progrediamur, definire satis habeo atque expono tantum, quatenus Varronis fragmenta hic nobis subsidio sint, ne nimis audaces aut inconsiderati his in studiis esse uideamur.

1) Cf. Plin. n. h. XVIII 23.

Et primum quidem unum tantum fragmentum si ex aliquo libro seruatum est, ne quid ex hoc de totius libri summa statuere conemur cauendum est; quam dissimiles enim ad res alienissimasque a consilio suo Varro in unoquoque fere libro aberrauerit notissimum est. At quo plures reliquiae ex eodem libro a diuersis scriptoribus traditae sunt, eo uerius de toto libro nostrum iudicium erit; est enim manifestum duo uel plura fragmenta, quae idem auctor afferat, ex eadem digressione sumpta esse posse, quod, si plures auctores similia ex eodem libro tradant, non ita uerisimile uidetur.

Deinde secernendi sunt inter auctores ipsos ei, qui rem grammaticam respicientes rariora uerba hinc illinc excerpunt eorumque ueriloquia exponunt, ab eis qui ad res ipsas enarratas animum intendentes Varronianam doctrinam propagant. Illi diligentissimi sunt in fontibus nominandis, sed tenuiora persaepe exhibent uerborum frustula, quam ut inde illorum librorum, ex quibus sumpta sunt, imaginem quandam fingere nobis possimus; hi auctorum suorum sententias accurate referre solent, sed difficultatem uel maximam consuetudo illa scriptorum ulterioris potissimum aeui saepe decantata affert, qua eos auctores, quorum numquam scripta uiderunt, nominant, eos quibus usi sunt silentio praetereunt, quod utrumque faciunt, ut doctrinae speciem assequantur maiorem.

Paucis denique id utrumque absoluam, quod omnes fere uiri docti, qui his studiis operam nauarunt, Varronem et eandem rem saepius retractasse in aliis scriptis, et de eadem re in diuersis libris diuersa protulisse affirmant. Et illud quidem permultis probatur exemplis neque omnino mirum utpote in homine, qui omnis doctrinae rationem sexcentis condiderit uoluminibus[1]); hic uero dissensus inter ipsos Varronianos locos nescio an magna ex parte eis auctoribus crimini uertendus sit, qui frustula ex Varronis libris tradiderunt; Varro enim plerasque et eas quidem saepe dissimillimas aliorum de eadem re opiniones in unum contulit, quas non raro posteritas, qua erat

1) Cf. Auson. profess. Burdig. 20, 9 sq.

neglegentia ac temeritate, tamquam Varronis ipsius genuinas excerpsit.

Sed his in uniuersum disputatis iam finem imponamus, ut certa uia definita, qua expeditius progrediamur, quid in uno quoque Antiquitatum humanarum libro Varro disputauerit, quantum in nobis est, eruamus.

Caput II.

De Antiquitatum humanarum rerum in singulos libros distributione.

Diuinae quidem Antiquitates quid tractauerint et quomodo in singulos libros dispositae fuerint, accuratissime docet Augustinus de ciu. D. VI 3, ita ut habeamus, quomodo fragmenta ex illo opere seruata summa cum probabilitate suis attribuamus libris. Quod idem utinam in Antiquitatum humanarum libris, quos accuratius cognoscere nostra plurimum interest, melior fortuna concessisset! Attamen id unum tradidit Augustinus praemisso uno singulari libro quater senos de hominibus, locis, temporibus, rebus fuisse.

Praeterea unum ex his libris 'de diebus' inscriptum fuisse, alium 'de bello et pace' Gellius [1]) auctor est. Tertia unius libri inscriptio nescio an sumi possit ex Nonio p. 161, 7 M.[2]), qui 'Varronis rei publicae librum XX' laudat, quod Scaliger et Popma in 'rerum humanarum l. XX' mutauerunt omnesque recentioris actatis uiros doctos assentientes habuerunt: optimo sane iure, si rem tantum respicimus; sed seruare uelim illam lectionem et interpretari ea uia, quam praeiuit Ritschelius [3]), qui Prisciani p. 872 P. haec uerba 'Varro in III rhetoricorum' ita intellegi uult, ut male Priscianus in hanc partem interpretatus esse credatur 'disciplinarum librum III de rhetorica'.

1) N. A. I 25. III 2. cf. Macrob. Sat. I 3, 2. 2) Cf. 59, 2. 92, 10. 14. 519, 22. 3) Opusc. III 357.

Vides quid uelim. Putauerim igitur Nonianum locum ita intellegi posse, ut 'rei publicae libro XX' breuiter dictum sit pro 'Antiquitatum humanarum libro XX de re publica'. Quae coniectura num quo argumento aliunde sumpto firmari possit, postea uideamus.

Aliter sentio de humanarum Antiquitatum libro XVIII 'de saeculis' inscribendo, quod Seruio ad Aen. VIII 526 cum Censorino de d. n. XVII 15 collato plane certum esse putauerunt uiri docti Merkelius Ou. f. praef. p. LXXV, Ritschelius op. III 481, Kettnerus, de uita p. R. p. 12 n. 1, alii. Et assecuti sunt sane probabilitatis speciem satis magnam, sed non tantam, quanta omnino in hac acquiescere opinione nos cogat.

At haec hic mittamus et satis habeamus a Gellio cognouisse XXV librorum Antiquitatum humanarum rerum unumquemque proprium suum habuisse titulum. Quotus uero liber 'de diebus', quotus 'de bello et pace' fuerit ex Gellianis uerbis concludi nequit, et Popma[1]) si illum XIII, hunc XIX fuisse putauit, nihil aliud efficere uoluit, nisi ut primo loco illum inter sex de temporibus, hunc inter sex de rebus libros poneret. Errauit sane in eo, quod primum totius operis librum singularem praemissum esse et sex de temporibus libros incipere inde a XIV, sex de rebus inde a XX eum fugit.

Quater seni ergo illi libri qua ratione in singulos libros distributi fuerint, nullum apertum exstat antiquitatis testimonium; nostrates homines quod eruerunt, ad sex de temporibus libros tantummodo spectat nec certa argumentandi necessitate nititur. Krahnerus solus totius operis accuratiorem proposuit dispositionem, non dicam perfectam eam aut omnibus partibus absolutam, sed diligentissima argumentatione et sanissimo iudicio institutam. Sed licet hanc percaute descripserit Krahnerus, nescio tamen an ueritatis speciem satis aptam sibi non effecerit, cum fragmentis tantum superstitibus nisa eius computatio suspicionem quandam afferat, quoniam, quam dissimiles res Varro in uno eodemque libro tractauerit, saepius iam dictum est.

1) Cf. Varr. ed. Bipont. I 212.

Iam omnia illa adminicula primo capite enumerata in usum uocantes ipsi periculum faciamus magnum illud opus in singulos libros accurate disponendi atque uniuscuiusque libri argumentum diligenter enarrandi, quo in negotio argumentationem nostram non demonstrationis necessitatem, sed coniecturae tantum probabilitatem habere posse non nescio.

De primo libro Antiquitatum humanarum rerum.

De Antiquitatum humanarum libro primo Cicero ac. post. I 2, 8 Varronem ipsum ita loquentem facit: ‘in illis ueteribus nostris, quae Menippum imitati, non interpretati quadam hilaritate conspersimus, multa admixta ex intima philosophia, multa dicta dialectice, quo facilius minus docti intellegerent iucunditate quadam ad legendum inuitati; in laudationibus, in his ipsis Antiquitatum prooemiis philosophe scribere uoluimus, si modo consecuti sumus’; ad quae Cicero sequenti paragrapho respondet: ‘philosophiam multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad edocendum parum’. Accedit Augustini de ciu. D. VI 3 locus: primum librum communiter prius de omnibus locutum esse. Ad hunc ut prius me uertam: Varro primo illo libro de hominibus, locis, temporibus rebusque locutus est, et ‘communiter’ quidem, quod uocabulum duplici modo interpretari possumus. Fieri enim potuit, ut Varro hic nullo certo ordine instituto omnia quasi degustaret, quae in sequentibus libris ratione et accurate exponenda sibi sumpserat, ut lectoribus in ipso prooemio totius operis imaginem quandam praeberet; quod idem eum in Imaginum primo libro fecisse Mercklinus persuasit Ritschelio [1]), quod idem nos quoque coniectando assequi possumus, si animaduertimus Varronem de re rust. II 1, 11 sqq. et III 3 prius communiter de omnibus locutum esse, quae deinde duobus illis libris exposuit.

Attamen hanc uocabuli ‘communiter’ interpretationem, licet ualde mihi arrideat, propter Ciceronianum illum locum reiicio et ‘communiter’ ita intellego, ut sit ‘in uniuersum’, ‘philo-

1) Op. III 535. cf. 544 sqq.

sophe'. Puto enim, cum in sequentibus libris Varro disputauerit de Romanis eorumque magistratibus et locis, temporibus, rebus in publicum usum constitutis, in primo libro in uniuersum uerba eum fecisse homines quomodo ipsa natura duce in ciuitates conuenerint, reges sibi et magistratus creauerint, certa loca et tempora agendi elegerint, cum aliis, pro aliis, contra alios egerint. Et, quamquam certis argumentis uti non licet, persuasum mihi est ea, quae disputet Varro apud Ciceronem ac. post. I cap. 5, ad exemplum Antiquitatum humanarum rerum primi libri a Cicerone composita esse. Nonnulla e capite illo excerpo, unde colligere me posse puto, in quo sententiarum contextu seruata fragmenta fuerint: 'Corporis, inquit Varro, alia ponebant esse in toto, alia in partibus: ualetudinem, uires, pulchritudinem in toto, in partibus autem sensus integros et praestantiam aliquam partium singularum, ut in pedibus celeritatem, uim in manibus, claritatem in uoce, in lingua etiam explanatam uocum expressionem, animi autem, quae essent ad comprehendendam ingeniis uirtutem idonea; eaque in naturam et mores diuidebantur . . . Vitae autem adiuncta esse dicebant, quae ad uirtutis usum ualerent . . . Hominem esse censebant quasi partem quandam ciuitatis et uniuersi generis humani, eumque esse coniunctum cum hominibus humana quadam societate'.

Sic Varronem in hoc primo libro non solum de republica, sed communiter de humanis rebus egisse existimo, quocum bene conuenit, quod totum opus non solum de publicis institutis, sed de humanis fuisse supra diximus. Sustentatur praeterea haec coniectura eo, quod Merkelius [1]) primum Diuinarum Antiquitatum librum fuisse de cultu deorum existimauit et de eorum interpretatione, et hanc a Varrone significari, cum apud Ciceronem in Antiquitatum prooemiis multa a se philosophe dicta affirmet; sed quod hunc librum 'de cultu deorum' inscriptum fuisse putat, non assentior Merkelio, cum Krahnerus [2])

1) Ou. fast. praef. p. CXII.

2) 'Varronis Curio de cultu deorum' Friedland 1851.

Logistoricorum librum singularem ita inscriptum fuisse certissimis euicerit testimoniis, atque utriusque primi libri humanarum et diuinarum Antiquitatum titulos similes fuisse uerisimile sit; quid igitur aptius quam illum 'de rebus humanis communiter', hunc 'de rebus diuinis communiter' fuisse? Quare Varronem persecutum esse putauerim in Diuinarum rerum prooemio hominum naturam superioribus deis egentem illosque formantem et colentem, id quod fragmentis confirmatur, in Humanarum rerum prooemio dixisse de hominum natura ad societates coeundas ciuitatesque constituendas nata. Krahnerus quod putauit Humanarum primum librum 'de natura atque ui corporis humani', Diuinarum primum librum 'de animae humanae natura immortali' fuisse, ex parte tantummodo imaginem illorum librorum, quam informare uolui, attingit, cum Augustini locum parum respexerit.

Extremo denique utroque libro primo Varronem totius operis argumentum et dispositionem explicasse uerisimile est, ita enim consueuit; atque ex hac parte Diuinarum prooemii sumpsisse Augustinum puto, quae de ciu. D. VI 3 exstant.

De libris II—VII Antiquitatum humanarum rerum.

In libris II—VII supra iam uidimus Varronem dixisse de gente Romana et populo Romano et Romanorum regibus magistratibusque.

De regibus uidetur fuisse liber sextus, id quod fragmenta seruata, quae omnia pertinent ad Numam regem et Seruium Tullium, demonstrant, ita ut ei, quae erat de magistratibus, expositioni unus liber VII relinquatur, cum Varronem prius de magistratibus quam de regibus scripsisse propter temporis rationem ne cogitari quidem possit. Quod si quis forte miratur in diuinis Antiquitatibus omnes tres de hominibus libros Varronem sacerdotibus describendis dedisse, in Antiquitatibus humanarum rerum unum tantummodo librum de magistratibus absoluisse, eum ad ea, quae de extremis sex libris disputabimus, relegamus. Illos libros enim fere totos de magistratuum

imperiis atque officiis fuisse persuasum mihi est, in septimo uero de magistratibus libro Varronem enarrauisse seruato temporis ordine uniuscuiusque magistratus originem et uniuersam historiam, quod idem postea fecerunt Sextus Pomponius in libello de origine omnium magistratuum, et Ioannes Laurentius Lydus *περὶ ἀρχῶν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας*.

At non hos duos tantum libros, sed omnes sex de hominibus historici argumenti fuisse Krahnerus fragmentis nisus coniecit, cui iudicio ita subscribimus, ut materiam omnem Varronem temporum ordine diuisisse et serie rerum digessisse, argumenti autem hos 'Antiquitatum' libros antiquarii fuisse, non historici putemus.

Fragmenta ex secundo et tertio tantum libro tradita sunt; secundi libri reliquiae spectant ad Ianum [1]), Herculem, Dardanum, Aeneam [2]), unde totum librum colligo exorsum a Saturno et Iano, primis in Italia regibus, deinde de Aenea aduena egisse, in descripta Albanorum republica desiisse.

E libro tertio unum tantummodo fragmentum de origine gentis Salentinae hic nobis subsidio est, quod plenius et accuratius de ea gente agit, quam ut id locum habuisse in fortuito excursu credere possimus; immo totum librum de originibus reliquarum Italiae gentium fuisse existimo, ex quo Dionysius et Plinius multa hauserunt.

Duo iam supersunt libri IV et V, quorum alter is uidetur esse, quem Quintilianus inst. or. I 6, 12 initia urbis Romae exposuisse dicit, cum temporis ratio a nobis instituta postulet, ut Varro post enarratas Italiae gentium origines ad eos scribendo peruenerit, qui Romam condiderunt Romanamque ciuitatem constituerunt. Quartum igitur librum de initiis urbis Romae fuisse coniicio; sed de quinto uno iam reliquo quid statuam ualde sum dubius; in prioribus enim tribus libris Romanorum historia inde a primis originibus usque ad Romulum, urbis conditorem, ex nostra quidem sententia deducta est,

1) Cf. fragm. I coll. auct. de origine gent. Rom. cap. 2.
2) Cf. fragm. V. VIII. IX. X.

deinde in duobus postremis de regibus et de magistratibus libris uno tenore statim continuata. Ad meram igitur coniecturam reiectus, ne omnino taceam de hoc libro, ‘de ciuibus Romanis’ eum inscriptum fuisse audacius fortasse quam uerius puto: Prioribus tribus libris Varro tractauerat tempus ἄδηλον et μυθικὸν (cf. Cens. de d. n. 21) eoque peruenerat, ut prima Romae urbis initia exponeret; posteriores deinde tres libros absoluit de tempore ἱστορικῷ, et in quinto quidem egit de uirtutibus, officiis, descriptione populi Romani, qui omnem rem publicam et diuinam constituerat, in sexto et septimo de eis, quibus administranda respublica erat tradita.

Omnia, quae adhuc disputata sunt, ut paucis complectar, sex illi libri seruato temporis ordine de Romanis fuerunt atque unde ei essent orti, quibus uirtutibus praediti, quomodo constituissent rem publicam, quomodo essent tutati exposuerunt. Inscripti uero erant fortasse singuli libri, si hoc quoque coniicere licet, secundus ‘de Aboriginibus et Latinis’, tertius ‘de ceteris Italiae gentibus’, quartus ‘de urbis Romae conditoribus et primis incolis’, quintus ‘de ciuibus Romanis’, sextus ‘de regibus’, septimus ‘de magistratibus’.

Praeter Krahnerum Kiesslingius, de Dionysi Hal. auctoribus lat. ὡς ἐν παρόδῳ nullis argumentis prolatis iecit secundum librum de Aeneae in Italiam aduentu fuisse, tertium de eis populis, ad quos uenisset, quartum de initiis urbis Romae: quae partim meam sententiam confirmant, partim parum accurate sunt excogitata et ex solis Varronianae doctrinae uestigiis, quae in Dionysi ἀρχαιολογίᾳ exstant, deducta.

Paulo amplius de Krahneri sententia disserendum est, qui ex Ciceronis uerbis ‘ut agnoscere possemus, qui essemus’ sex illos libros totos historici argumenti fuisse et Romanorum res gestas inde ab antiquissimis temporibus usque ad Gallorum irruptionem amplexos esse collegit, cum a nullo auctore res ulla posteriore tempore gesta ex his libris afferretur, neque fuisset Varronis saltem his libris plura persequi. Corrigenda haec sunt ad ea, quae de ipsius operis inscriptione et de simili

diuinarum Antiquitatum dispositione supra disputaui. Singulorum librorum argumenta Krahnerus non definit, in secundo tantummodo propter fragmenta seruata Aeneae penates secum afferentis aduentum in Italiam descriptum fuisse existimat; ad quinque reliquos libros ea pertinere putat, quae scriptores ex Varrone referunt de urbis Romae aliarumque Italiae ciuitatum originibus, de rebus gestis regum, de Gallorum irruptione. Quae omnia ita se habent, ut Krahnerum ad meam sententiam libenter accessurum esse confidam; temporis enim ordinem ego quoque seruaui, antiquariam rationem ab eo neglectam restitui.

De libris VIII—XIII Antiquitatum humanarum.

De sex sequentibus libris, quos de locis Varro confecit, a uiris doctis aperte dissentio. Nam primum quidem illum Augustinianum locum de ciu. D. VI 4 'rerum humanarum libros non quantum ad orbem terrarum, sed quantum ad solam Romam pertinet, scripsit' nullo modo eam habere uim, quam nostrates homines ei tribuerint, supra demonstraui.[1]) Deinde si fragmenta intuemur, ab ipsa urbe Varronem scribendi initium cepisse atque inde paulatim ad Latium, Italiam, insulas, terras transmarinas processisse nos fugere uix potest.

Hic statim horum librorum dispositionem, quam animo finxi, propono, quae quibusnam argumentis nitatur, deinde uidebimus. Inscriptum igitur uolo librum octauum 'de urbe Roma', nonum 'de foris, uiis, uicis, aedificiis urbis Romae', decimum 'de Italiae regionibus', undecimum 'de Italiae fertilitate', duodecimum 'de insulis', tertium decimum 'de prouinciis'.

Certissimum habemus Macrobii Sat. III 16, 12 testimonium, in XI libro Varronem 'quae in quibus Italiae partibus optima ad uictum gignantur' enumerasse; antecedentis libri unicum fragmentum de Regio septemque fluuiis uicinis fieri potest, ut in Italiae descriptione locum habuerit. In decimo igitur libro

1) P. 20 sq.

Varro Italiam descripsisse eiusque montes et fluuios, regiones et urbes enumerasse mihi uidetur, in undecimo fertilissimam eam esse terram omnibusque rebus ad uitam necessariis abundantem praedicauit.

Libri VIII et IX uersati uidentur esse toti in urbe Roma describenda; de octauo id confirmatur fragmento, quod Festus p. 348 seruauit, liber nonus autem medius interpositus inter libros de Roma et de Italia aut de Latio fuit, id quod minus putauerim, aut de urbe Roma, quod multo uerisimilius mihi est; qui enim fieri potuerit, ut Varro totum librum de Latio urbis descriptione iam absoluta perficeret, coniectura assequi non possum, de Roma autem maior materia praesto fuit, quam quae uno libro includi posset. Quomodo uero duo illi libri de Roma secernendi sint, colligo e libro quinto de l. L., ubi bis Varro §§ 41—56 et 145—159 ordine et continuo de urbe agit; prior pars omnino de Roma est, de septimontio, collibus, portis, regionibus, tribubus, altera de foris, uiis, uicis, aedificiis, unde inscriptiones librorum VIII et IX peto, quas quidem ita accipi uelim, ut in priore libro de tota urbe scripserit Varro, quomodo aedificata sit et amplificata, in posteriore de locis in usum publicum constitutis, de foro potissimum et comitio, de curia Hostilia, de aedificiis publico usui destinatis.

In libris VIII—XI postquam quaestio de Roma et Italia ad finem adducta est, id unum restat, ut conscendamus nauem et ab Italia terra soluamus. In Siciliam aliasque mediterranei maris insulas, porro si prouehimur, ad ulteriores terras Romanorum imperio subditas et per totum orbem dispersas peruenimus. De insulis, in primis de Sicilia, satis multa Varroni proferenda erant, quibus totum expleret librum, de prouinciis denique librum operi de uniuersa re Romana et crescente et senescente defuisse non facile nobis persuadebimus. Accedit quod Hieronymus Varronem in his libris componendis non in Italiae finibus se continuisse aperte testatur; scripsit enim in Genes. cap. X u. 4, III 319 Vallars: ‘legamus Varronis de Antiquitatibus libros et uidebimus paene omnes insulas et totius orbis litora terrasque mari uicinas Graecis accolis occu-

patas, qui ab Amano et Tauro montibus omnia maritima loca usque ad oceanum possedere Britannicum'.

Fragmentorum, cum minutissima sint, sensum et cohaerentiam uix assequi licet, nescio tamen an luminis aliquid accipiant e Plinio. E libro enim XII grammatici sola uerba 'ab Erythro mare orti' tradiderunt, quae illustrantur Pliniano loco n. h. IV 120 'Erythea (una de Cassiteridibus insulis) dicta est, quoniam Tyri aborigines eorum orti ab Erythro mari ferebantur'. Ex libro XIII nihil nisi unum uerbum 'Tanaidis' ad nos peruenit, quod sane in libro de prouinciis Romanis exstare potuit coll. Plin. n. h. IV 78 'Varro ad hunc modum metitur: . . . . . ab ostio eius ad Tanais ostium directo cursu CCCLXXV M pass. esse constat'; cf. VI 20. 22. 219.

Haec habui quae de his sex libris proferrem, suspiciosa sane et magnae dubitationi obnoxia; attamen res ardua est et in qua sine audacia quadam procedere iam non liceat.

De Krahneri denique opera in hac re posita ut paucis absoluam, in octauo libro descriptionem urbis Romae fuisse propter fragmentum seruatum coniectauit, sequentes deinde egisse de Italia terra omnium felicissima, de regionibus, fluuiis. Quorum nihil meae dispositioni obstat.

De libris XIV—XIX Antiquitatum rer. hum.

De libris XIV—XIX quaestio et planior est et impeditior; planior, quod fragmenta multa et alia uestigia satis certa nobis praesto sunt, impeditior, quod in his solis libris ordinandis uiri docti elaborauerunt et uiam sequentibus nobis, si quid uideo, magis obstruxerunt quam explanauerunt. Quare, priusquam ipse hos sex libros ad rationes supra institutas disponendi faciam periculum, opiniones prolatas examinabo.

Et prodiderunt sententias plane inter se contrarias quamquam eadem argumentandi ratione nisas Kettnerus [1]) et Gruppeus [2]), recurrens uterque ad Merkeli et Ritscheli coniecturam,

1) Primum *ὡς ἐν παρόδῳ* de uita p. R. p. 12 n. 1, deinde plenius atque expositius 'kritische bemerkungen zu Varro' etc. p. 14 sqq.

2) 'Ueber die bücher XIV—XIX' etc. Hermes X 51 sqq.

qua XVIII humanarum rerum liber 'de saeculis' uidetur inscribendus esse. Varronianum enim librum de saeculis affert certus testis, Seruius ad Aen. VIII 526, quem librum unum de Antiquitatum humanarum libris fuisse inde colligunt uiri docti, quod Censorinus de d. n. XVII 15, quo capite de saeculis exponit, ex Varronis rerum hum. libro XVIII nonnulla affert.

Infra mihi illa e Varrone allata suo iure alii atque de saeculis libro attribui posse erit demonstrandum, ut plane omittam inquirere de causis, quibus commoti uiri docti singularem Varronis librum de saeculis fuisse omnino negarint Seruiumque ceterum diligentissimum in fontibus nominandis auctorem hoc uno loco neglegenter libri titulum indicasse sibi persuaserint; hic iam quomodo Kettnerus et Gruppeus fila a Ritschelio inchoata deduxerint exponam.

Et Kettnerus primum humanarum Antiquitatum librum XVIII de saeculis fuisse, librum XIV de diebus pro certo habet, ea in re ne specie quidem argumentationis nisus, sed Krahneri coniecturam p. 10 secutus; reliquorum de temporibus librorum inscriptiones sibi petit e Censorino, qui inde a capite XVI ordine de aeuo, saeculo, lustro, anno, mense, die uerba facit et saepius ibi ad Varronem recurrens illius Antiquitates rer. hum. nominat. Quid igitur facilius, quam hunc ordinem a Censorino institutum permutare, ita ut initium faciat liber de diebus, deinde liber XV sit de mensibus, XVI de annis, XVII de lustris, XVIII de saeculis, quod primum fuit postulatum, XIX denique de aeuo?

Hanc autem coniecturam quominus probem impedit primum, quod in media illa Censoriniani operis parte Varronis ipsius de Romae urbis die natali enarratio exstat, quam, cum non congruat cum distributione enucleata, longe abiicit Kettnerus tamquam digressionem ex alio Varronis opere sumptam [1]); deinde quae fragmenta Charisius I 130, 34 sq. K. et Diomedes p. 375, 21 sq. e XV Antiquitatum hum. libro seruarunt, nulla argumenti affinitate cum expositione de mensibus, quam in

1) Cf. varr. stud. p. 48.

hoc libro fuisse Kettnerus postulat, cohaerent; denique de lustro et saeculo et inprimis de aeuo totos singulos fuisse libros persuadere mihi non possum.

Quam Kettnerianam sententiam nescio utrum Gruppeus corrigere uoluerit, an plane ignorauerit; silentio enim eam praeteriit; protulit uero alteram hanc: cum libri de diebus et de saeculis, ita uir doctus ratiocinatur, sine ulla dubitatione inter humanarum Antiquitatum libros locum habuerint, summam nobis imponi necessitatem, ut alios tres de mensibus, de annis, de lustris fuisse statuamus; reliquum denique ex sex illis de temporibus librum unum totius de temporibus loci prooemium fuisse et ‘de aeuo’ inscriptum, ita ut in libris XIV—XIX Varro exorsus ab aeuo, maximo temporis spatio, per saecula, lustra, annos, menses pergens in libro de diebus finem fecerit, eodem ordine, quo Censorinus, Varronis in omni hac parte pedisequus, incedat.

Quam coniecturam satis infirmo Gruppeus sustentauit argumento: Cum libri XV duo uerba ‘mortuos sallant’ a Diomede allata, per se obscura, lucis aliquid accipere possint e Censorino XVII 14, ubi de saeculis uerba facit, uir doctus librum XV de saeculis fuisse concludit. Illud alterum ne ipsum quidem Gruppeum alicuius esse momenti arbitrari puto, quod in fragmento libri XVIII a Censorino XVII 15 allato sub ‘duodecim uulturibus Romuli’ significationem antiquissimi anni duodecim mensium (!) latere sibi finxit et hanc ob rem XVIII librum de mensibus inscriptum fuisse putauit. Cuius argumentationis imbecillitatem sane ipse perspexit Gruppeus, cum hoc fragmentum contra Censorini auctoritatem e XV libro fluxisse mallet, alias quoque non ita cautus in fragmentis, quae certo aliquo e libro seruata sunt, alii libro attribuendis; nam ut perstare possit in proposita dispositione, libri XVI unicum fragmentum (Gell. V 4, 5 coll. Non. 100, 11 sqq.) sequenti libro temere assignat, libro XVI, ut huic quoque nonnihil det, fragmentum a Gellio I 16, 3 e XVIII libro seruatum mandat. Atque si paulo accuratius fragmenta percensemus, uix ullum Gruppaneae distributioni adiumento est.

Krahnerus, ut huius quoque uiri docti sententiam hic statim referam, in quarto decimo et sequenti libro Varronem dierum, mensium, annorum rationes, genera, causas, siderum ortus et occasus, lunae uicissitudines tempestatumque uarietates descripsisse putat, in reliquis quattuor libris tum nascentis tum crescentis et senescentis rei Romanae tempora exposuisse celeberrimamque disputationem de Romae die natali addidisse.

Apparet Krahnerum solis fragmentis nisum ita scripsisse; praeterea quae antea disputauerat libros de hominibus totos historici argumenti fuisse, ea non respexit, neque uideo quo iure ex his quoque quattuor libros rebus gestis Romanorum enarrandis dare potuerit.

Tria potissimum, ut ad duas illas sententias reuertar, in utraque me offendunt: primum quod de saeculis librum unum ex Antiquitatum libris fuisse omnino non est exploratum; sed postea quid de hoc libro sentiam apertius dicam. Deinde quomodo Varro totum librum de lustris, totum de aeuo, ut non dicam de saeculis, composuerit, plane non assequor; nam de lustris nihil ex uniuersa antiquitate traditum est, nisi quae exstant apud Censorinum XVIII 13—15, et de his praeterea Varronem uerba fecisse uerisimile est aut ubi de Serui Tulli institutis, aut ubi de censoribus disputauerit; de aeuo uero non tantam fuisse materiam, quae totum librum requireret, ipse Gruppeus concessit. Tertia denique causa est, quae quominus Kettneri aut Gruppei sententiae accedam impedit, quod uiri illi docti sola fragmenta respexerunt atque ad unum Censorinum confugerunt.

At sunt praeterea, quibus ad uerius aliquid eruendum utamur, sex illa adminicula dico primo capite enumerata atque explanata, quae iam in partem uocemus, ut omnibus illis aliorum opinionibus missis alieno iudicio eoque falso non praeoccupati sententiam feramus atque ipsi uideamus, num illis simus feliciores.

Et ex inscriptione primum Antiquitatum humanarum rerum hos sex libros non solum de temporibus in publicum usum constitutis fuisse colligo, sed etiam in uniuersum de hominum temporibus, i. e. tum de humanae aetatis longitudine et

partibus tum de temporum discriminibus naturalibus, quod deinde subtiliter persequar.

Hic iam quid de publicis temporibus e diuinis Antiquitatibus proficiamus inquiram. Fuit diuinarum rerum liber VIII de feriis, IX de circensibus ludis, X de scaenicis ludis, quibus in enarrandis Merkelius p. CLIV hoc quoque annotauit: de feriis eis, quae non ad deos pertinuerint, Varronem in libris sex rerum humanarum, quos de temporibus scripserit, egisse oportere: de imperatiuis magistratuum, de nundinis, de belli feriis. Huic argumento ne nimium tribuam, ea re adducor, quod unicum fragmentum de belli feriis, quod seruatum est a Gellio n. A. I 25, e libro ‘de bello et pace’ affertur; de nundinis deinde disserendi aptissimus locus in libro de diebus fuit; imperatiuae denique feriae sine dubio melius in Antiquitatibus diuinis commemorandae fuerunt.

Attamen si quaeritur, quibusnam temporibus magistratus Romani publice egerint, cum de lustris iudicium iam fecerimus, nihil aliud responderi potest, nisi: certis diebus; nisi forte quis propter libros de circensibus et scaenicis ludis hic librum de ludis saecularibus aut triumphalibus aut similibus sibi fingit; sed hos quoque sub duo illa ludorum capita cadere manifestum est.

Pergamus, quod iam tertium nobis est, ad Ciceronis de Varronis Antiquitatibus locum illum ‘tu aetatem patriae, tu descriptiones temporum aperuisti’, quo et confirmatur liber de Romae urbis aetate, et comprobatur, quod alium librum de temporum discriminibus naturalibus fuisse supra coniectauimus.

Quarto loco, ut reliqua similis argumenti Varronis scripta ab Antiquitatibus quam subtilissime seiungantur, postulauimus. Sunt uero respiciendi hic annalium libri tres, de gente populi Romani libri quattuor, qui ex aliqua parte quidem ad tempora spectabant, et liber ille quem iam saepius commemoraui ‘de saeculis’. Priora illa duo scripta, quorum argumenta supra exposui, uix tangunt hanc quaestionem, quare de eis uerba facere supersedeo. De saeculis librum Varronem confecisse

unus testatur Seruius [1]), qui cum diligentissimus fere sit in auctoribus suis nominandis, singularem Varronis librum de saeculis uiri docti in suspicionem uocare non debebant. Et nescio an causam idoneam, qua commotus Varro illum librum scripserit, demonstrare possimus.

Exstabant nimirum in hoc libro haece uerba: 'auditum sonum tubae de caelo'. Non ignoro plerumque inanis esse laboris singularis fragmenti alicuius Varroniani sensum et cohaerentiam assequi uelle; attamen aut desperandum est omnino melius cognosci posse illum librum, aut sententia aliqua proferenda, quae probabilitatis speciem num satis magnam habeat, uideant uiri docti. Interpretor fragmentum illud ex hoc Censorini de d. n. XVII 5 loco: 'in unaquaque ciuitate quae sint naturalia saecula, rituales Etruscorum libri uidentur docere, in quis scriptum esse fertur initia sic poni saeculorum: . . . . . sed ea quod ignorarent homines, portenta mitti diuinitus, quibus admonerentur unum quodque saeculum esse finitum. Haec portenta Etrusci pro haruspicii disciplinaeque suae peritia diligenter obseruata in libros rettulerunt'. Horum in portentorum numero etiam illud fuisse, quod in hoc fragmento commemoretur, uerisimillimum duco, praesertim cum Varronem quoque hanc rem scribendo attigisse negari uix possit. Nam insequenti statim paragrapho Censorinus de eadem re testem affert Varronem, et XIV 6 quoque Etruscorum librorum fatalium testimonium Varroni debetur.

Demonstrauisse igitur in libro de saeculis Varro uidetur, quomodo saecula finienda essent; sin autem circumspicimus, quo potissimum tempore haec quaestio proposita et multum iactata sit, Schoemannus in prolusione de Romanorum anno saeculari ad Verg. ecl. IV Gryphiswaldae 1856 docet anno 715/39 [2]) Romae multum inuicem disceptatum esse ab Ateio Capitone [3]) de ludis saecularibus edendis, sed duos demum post annos eos ab Augusto factos esse. Hac occasione data Varronem com-

1) Ad Aen. VIII 526. 2) Cf. Censor. XVII 11.
3) Cf. Zosim. Hist. Rom. II 5.

posuisse putauerim librum de saeculis, isagogicis scriptis fortasse annumerandum, quo aequalibus exponeret, quo anno illi ludi celebrandi essent, quomodo antea essent facti, quid de saeculis omnino commemorandum esset, similia.

Sed haec mera coniectura est; id unum demonstrasse satis habeo non esse, cur Seruio Varronis singularem de saeculis librum exhibenti fidem denegemus. Circumspicienti mihi quae alia praeterea fragmenta illi libro restituerem, peropportune se obtulit Censorini de d. n. caput decimum septimum, quod totum ad librum 'de saeculis' redire tres potissimum propter causas statuo; primum res ibi descriptae eae sunt, quas in libro de saeculis expositas fuisse coniecimus, deinde totum illud caput Varronianam doctrinam aperte redolet, denique ex Antiquitatibus non fluxit. Haec duo paulo accuratius exponam. Varro nominatur in paragraphis 6. 8. 11. 14. 15, omnia uero ad eum referenda esse praeter paragraphos nonam et duodecimam et undecimae posteriorem partem argumentis probari potest, quae enumerare hic longum est. Sed ad Antiquitates illud caput redire quod negaui, hoc propterea feci, quod Censorinus in quinta decima paragrapho Antiquitatum librum XVIII nominat. Mira sane haec argumentatio: hic librum illum non adhibuit, nam se adhibuisse eum affirmat, sed nihilominus est uera. Censorinus enim toto hoc de temporibus loco undecies Varronem testem affert, bis tantummodo certum illius librum, primum de scaenicis originibus, octauum decimum Antiquitatum, utrumque quidem in solo XVII capite. Scriptores autem primi alteriusue post Christum saeculi, quibus Censorini quoque auctor annumerandus est, quod opus ad componenda sua scripta adhibebant, aut omnino non nominabant, aut primo statim extremoue libro breuiter indicabant. Si uero cuius libri nomen in medio suo opere afferunt, aut in fonte suo eum iam laudatum inueniebant, aut ipsi alium illum librum adibant atque ex eo nonnulla in contextum operis sui recipiebant.

Censorini auctorem e libro primo de scaenicis originibus, qui XVII 8 nominatur, illam quaestionem sumpsisse quis est

qui opinetur? Sed quod de hoc libro ualet, id de altero quoque illo Antiquitatum decimo octauo statuendum est aut omnem rationem abiicimus.

Dico quid sentiam: Suetonius aut si quem alium Censorini auctorem malis hanc de saeculis quaestionem e Varronis de saeculis libro sumpsit, sumpsit indidem locos illos duos ex aliis Varronis libris ab ipso Varrone allatos, nonnulla, quae post illum librum editum gesta erant, ipse de suo addidit. Etenim si ex Antiquitatibus non habuit, nullus praeterea alius nisi de saeculis restat liber, si indicem omnium Varronis scriptorum, quae quidem nobis nota sunt, perlustramus.

At dixerit fortasse quispiam Censorini capita XIV—XXIV ita conexa et apta esse inter se, ut ad diuersos libros ea redire uix quisquam sibi persuadeat; ex Antiquitatibus igitur ea uideri fluxisse, in quibus Varro nullam de temporibus quaestionem praetermisisse credendus sit. Hoc concedo, illud nego. Varro enim ad componendum de saeculis librum ex Antiquitatum libris, quos statuo, de aetate humana potissimum et de aetate urbis Romae materiam sumpsit, apte conexuit, ea tantum, si supra recte de huius libri consilio coniecimus, addidit noua, quae ad diiudicandam illam quaestionem de ludis saecularibus anno 715/39 celebrandis opus erant.

Cuius rei uestigium mihi uideor inuenisse, quo e uestigio etiam illud colligo Censoriniani operis omnem de temporibus locum ad idem Varronis scriptum non rediisse. Censorinus enim XV 13, ubi de aetate humana uerba facit, et XVII 3, ubi de saeculis exponit, similia longinquitatis uitae hominum exempla profert, quae arctissime inter se cohaerere Plinius n. h. VII 153 sqq. probat.[1]) Varro, quod mihi persuasum est, haec et alia multa in Antiquitatum libro de aetate humana congessit, unde Plinius sua sumpsit, et quo redeunt, quae Censorinus de d. n. XV in fonte suo inuenit; ex illo Antiquitatum libro Varro multa in librum de saeculis transtulit, unde nonnulla ad nos peruenerunt in Censorini capite XVII.

1) Cf. Cens. XV 13 coll. Plin. VII 156 de Gorgia Leontino, Cens. XVII 3 coll. Plin. VII 154 de Arcadum regibus.

Sed missam iam faciamus hanc quaestionem longiorem quam probabiliorem, et paucis comprehendamus, quid inde de his sex de temporibus libris efficiatur. Scriptus est ex animi mei sententia liber de saeculis post Antiquitates in publicum editas, quippe quarum liber XVIII in eo sit nominatus; in Antiquitatibus igitur nullus de saeculis exstabat liber, res autem in singulari libro enarratae in Antiquitatum quoque libris dispersae inueniebantur.

Quinto loco ad libros de lingua Latina lectores reuoco, quorum sextus §§ 3—11 in uniuersum de temporum descriptionibus est, 27—32 de diebus in publicum usum statutis, 33 sq. de mensibus, quae optime respondere uidentur Antiquitatum libris de temporum descriptionibus, de diebus, de mensibus; qui restant tres mea quidem opinione eiusmodi fuerunt, ut grammaticam explicationem non requirerent; quod cadit in libros, quos statuo, de aetate humana, de aetate urbis Romae, de anno Romanorum.

Inter fragmenta denique, quae ex his libris exstant, uix ullum est, e quo de totius libri summa certi quicquam statuere possimus; sententiam de illorum librorum argumentis aliunde petitam ea sane probare possunt, nullo uero modo afferre nouam. Inscriptio sola libri de diebus a Gellio tradita ut alium librum fuisse de mensibus, tertium aliquem de annis statuamus uidetur postulare, longius autem non est progrediendum, cum libros de lustris, saeculis, aeuo probabilibus argumentis nisi supra iam reiecerimus. Praeterea non forte uidetur accidisse, quod in tota antiquitate nullum umquam librum aut de aeuo aut de saeculis aut de lustris deprehendimus, sed scripserunt Censorinus librum de die natali, Lydus de mensibus, Suetonius de anno Romanorum teste Suida s. u. *Τράγυλλος*, qui omnes multum ex Varroniana doctrina pendebant.

Expedita igitur undique est uia, qua disponamus Antiquitatum humanarum sex de temporibus libros, quos de aetate humana, de temporum descriptionibus, de aetate urbis Romae, de diebus, de mensibus, de annis fuisse coniecimus. Hoc ordine autem eos libros disposuisse mihi Varro uidetur, ut in

uniuersum prius diceret de aetate humana, deinde naturales temporis descriptiones explanaret, tum de certis diebus, mensibus, annis dissereret, postremo loco de urbis temporibus disputaret. Quae librorum dispositio cum per se uerisimillima est — Varro enim a re communi proficiscitur et progreditur inde ad singularia — tum redit ex parte quidem in sexto de lingua Latina libro.

Censorinus uero hic omnino respiciendus non est, quia auctor eius utrum ipse dispositionem illam, quam in posteriore parte libri de diebus inuenimus, excogitauerit, an apud alium scriptorem inuenerit, plane nescimus.

Scripsit igitur Varro nostra quidem opinione librum XIV ‘de aetate humana’, XV ‘de temporum descriptionibus’, XVI ‘de diebus’, XVII ‘de mensibus’, XVIII ‘de annis’, XIX ‘de aetate urbis Romae’.

Id unum iam reliquum est, ut fragmenta quomodo cum hac distributione congruant uideamus. Et XIV libri uerba ‘altera aetate, altera uulneribus fatiscuntur’ quaestioni de longitudine uitae hominum aptissima sunt, aptissima libri XV frustula ‘fros, faenam, messis’ et ‘mortuos sallant’ coll. Censor. XVII 14 descriptioni anni temporum et saeculorum naturalium. E libri XVI fragmento ‘mortuus est anno duo et uicesimo, rex fuit annos XXI’ cum nihil omnino colligi liceat de uniuersa totius libri ratione, certe propositae sententiae non obstat.

Libri sequentis deinde et undeuicesimi ne unum quidem fragmentum aetatem tulit. E libro denique de annis tradita uerba ‘balteum Tuscum uocabulum esse’ ad zodiaci descriptionem spectare uidentur, quem balteum quoque nominatum esse Manilius astron. I 679. III 334 testatur. Cohaerentiam reliquiarum, quae apud Censorinum XVII 15 et Gellium I 16 exstant, assequi non iam possumus.

De libris XX—XXV Antiquitatum rerum humanarum.

Difficillima restat et eadem breuissima quaestio de extremis Antiquitatum humanarum sex libris, qui erant de rebus; difficillimam et breuissimam eam dico, quod perpauca tantum

supersunt, quae nostram illorum librorum scientiam accuratiorem reddere possint.

E fragmentis superstitibus id solum Krahnerus coniectare ausus est: librum XX 'de bello et pace' fuisse, in alio quodam egisse Varronem de tribus ciuium ordinibus; quorum hunc librum unum e sex illis de hominibus fuisse putauerim et e nostra quidem distributione quintum, quem 'de ciuibus Romanis' inscripsi. Illum uero 'de bello et pace' librum, de quo titulo Gelli testimonium habemus, primo loco inter hos ultimos sex fuisse cum per se non uerisimile uidetur, tum fragmenta obsunt, quae e XX libro permulta Nonius seruauit. Immo hunc librum, id quod reliquiae confirmant, 'de re publica' inscriptum fuisse supra iam diuinauimus, eumque uniuersam rei publicae administrationem amplexum esse fragmenta demonstrant.

Deinde si quaerimus, quid magistratus Romanorum in re publica potissimum egerint: imperium in ciues exercebant, bella gerebant, ius dicebant, cum populo et senatu agebant; unde quattuor alios libros 'de magistratuum imperio et potestate', 'de bello et pace', 'de iudiciis', 'de actionibus cum populo et senatu' fuisse colligo. De imperio magistratuum librum redolent fragmenta XXI libri, quae sunt de multa capitali [1]) et de imperio et potestate [2]), quomodo reliqui tres libri dispositi fuerint erui omnino non potest, cum librorum XXII—XXIV fragmenta nulla supersint.

E XXV denique libro unum tantummodo locum de σπάρτα uocabuli apud Homerum significatione Gellius XVII 3, 4 tradidit, quem locum ad armamenta naualia spectare Plinius n. h. XIX 25 sqq. docet. Inscribo hunc librum 'de rebus in usum publicum inuentis', primum quod Gellius fragmentum illud profert, ubi 'de rebus ad usus hominum repertis' [3]) uerba facit, deinde ut habeam, cui libro quos Varronianos locos de pecuniis signatis Plinius potissimum exhibet, restituam. Fuit igitur ex coniectura mea liber XX 'de republica', XXI 'de magi-

1) Gell. XI 1, 5. Non. 221, 11. 2) Gell. XIII 13. 3) Gell. XVII 3, 1.

stratuum imperio et potestate', XXII 'de bello et pace', XXIII 'de iudiciis', XXIV 'de actionibus cum populo et senatu', XXV 'de rebus in usum publicum inuentis'.

Caput III.

Quomodo Antiquitatum humanarum rerum libri XXV seruati sint.

Krahnerus p. 32 Antiquitates Varronis saeculo iam sexto post Christum periisse cum affirmaret, audacissime hoc dictum esse putauit; attamen multo antiquiore tempore illa iactura ponenda est, nec scio an ne Gruppeus quidem, qui omnium longissime processit in numero eorum scriptorum, qui suis ipsi oculis Antiquitates inspexerunt, imminuendo, satis longe processerit.

Deinde si Krahnerus illius detrimenti aliam causam proferre nequit nisi fragilem humanarum rerum condicionem, qua fortunae temeritati subiectae sint omnes: contra Antiquitates altero iam post Varronis obitum saeculo obliuione plane obrutas fuisse dico, quia Verrius Flaccus, Iuba rex, Plinius maior, Suetonius, alii e Varronis scriptis obscurioribus et difficilioribus cognitu, quaecumque memoria digna erant, excerpserant atque ea faciliora ad intellegendum propter ipsam breuitatem et accommodatiora ad legendum tradiderant aequalibus, qui, quoniam facilius ex horum scriptorum operibus antiquae eruditionis copiam hauriebant, Varronis libros non iam adierunt; qua re factum est, ut Varronis scripta magis magisque neglegerentur atque etiam perirent.

Reliquiarum uero cum Antiquitatum humanarum titulo superstitum nullo modo ea suppetit copia — sunt fere septuaginta — quae illi Varronis apud posteriores celebritati et auctoritati respondeat; circumspiciendum igitur, unde fragmentorum numerum augeamus. Duas res autem uideo potissimum

esse agendas: fontes enim eorum scriptorum, qui Antiquitatum memoriam nobis tradiderunt, accuratissime perquirendi sunt eo consilio, ut utrum Antiquitates ipsi legerint, an ex aliorum tantummodo scriptis eas cognitas habuerint enucleemus. Apud eos enim solos, qui ipsi Antiquitatum libros adibant, licet Varronis nomen non ubique exhibitum sit, certissima Varronianae doctrinae uestigia uia ac ratione indagare possumus.

Cui quidem quaestioni hoc destinaui caput. Sed duas res supra dixi agendas esse. Itaque cum omnis antiquitas, quae post Varronem fuit, ex illius doctissimi hominis doctrina pendeat, eorum quoque, qui Antiquitates non ipsi legebant, scripta perscrutari et, quid ad Varronem ob quamcumque causam referri possit, inquirere necesse est; quod longi sane est laboris, cum certa uia ac ratione incedere non iam liceat, sed unusquisque locus per se tractandus sit non alio fere duce, nisi argumentorum affinitate ex solis interdum frustulis Varronianis repetenda. Quod quidem in Quaestionibus Varronianis [1]) postea, si Deus uoluerit, faciam.

Hoc uero capite disputabo primum de Dionysio, Verrio Flacco, Plinio, Suetonio, Vergilio, qui Varronis Antiquitates humanas ipsi adibant, deinde de Ouidio, Gellio, Festo, Valerio Maximo, Plutarcho, Macrobio, Lydo, quos Antiquitates humanas non legisse persuasum habeo, denique, de quibus idem statuo, in uniuersum de ecclesiae doctoribus, grammaticis, Vergili commentatoribus, fastorum interpretibus.

1. De Dionysio Halicarnassensi.

Ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς auctor I 14. II 47 et 48 ex Antiquitatibus humanis nonnulla affert, opus ipsum I 14 nominat: adhibuit igitur, quod uel temporis ratio confirmat, Antiquitatum humanarum libros. Sed magis historicum agit, qui ad rerum gestarum potissimum scriptores confugit [2]), et saepius de suo ipse aut addit aut corrigit, quod e fontibus suis hausisse uidetur, quam ut uia ac ratione Varroniana ex eius libris

1) Cf. supra p. 13. 2) Cf. I 6 sq.

secerni posse credamus; locus unusquisque per se solus inspiciendus est et cum simili Varronis loco conferendus. Quare in Kiesslingi iudicio acquiesco, qui *ἀρχαιολογίας* primi libri capita 14 sq. 16. 19—21. 31. 40. 45 sqq. 61 sq. 72 sq. Varronis Antiquitates hum. rer. sapere docte arguteque demonstrauit. Reliquos *ἀρχαιολογίας* libros in Quaestionibus tractabo.

2. De Verrio Flacco.

Verriani operis reliquiarum diuersa ratio est. Müllerus enim primus Sexti Pompei Festi de uerborum significatione singulas litteras in binas partes diuisas esse animaduertit. Prior pars, in qua praeter primam litteram in uocabulis disponendis etiam secunda, saepe etiam tertia et plures obseruantur, e Verri de uerborum significatu libris excerpta est; posteriorem, in qua nulla plane litterarum praeter primam habetur ratio, sed rerum in articulis coniunctis quaedam conspicitur affinitas, Festus ipse aliis Verri libris aliisque scriptoribus usus composuit; scriptorum enim quorundam frequens mentio in altera parte, nulla in priore reperitur.

Legitur haec altera pars, quae Festo soli debetur, secundum Mülleri sententiam in huius uiri docti editione p. 24 lin. 14 — 29, 16. 34, 9 — 36, 12. 56, 14 — 66, 10. 91, 5 — 94, 2. 98, 14 — 99, 5. 103, 7 sq. 113, 10 — 114, 19. 121, 1 — 18. $146^{1}20$ — $161^{2}12$. $177^{2}5$ — $178^{1}12$. $197^{2}15$ — $205^{1}9$. $230^{2}17$ — $254^{1}10$. $261^{1}17$ — $^{2}28$. $282^{1}10$ — $290^{1}25$. $343^{1}17$ — $351^{2}4$. 367, 14 — 368, 6. $376^{2}5$ — 379, 19. Sed posteriorum partium initia non statim post priores partes litterarum ordine dispositas statuenda sunt, quod Müllerus fecit, sed paulum promouenda. Mercklinus enim in quaestionibus Varronianis Festi Paulique epitomes omnia lemmata ad tribuum nomina spectantia ex uno eodemque Varronis libro sumpta esse pro certo affirmauit testimoniisque euicit. Manifestum igitur omnia haec aut in sola priore parte reliquiarum, quam Verrius composuit, aut in sola posteriore, quam Festus addidit, exstare; tertium iam non datur, cum fieri omnino non potuerit, ut Verrius Var-

ronis tribuum libri partem tantummodo exscriberet, Festus ab illo omissa adderet.

Res uero ita se habet, ut tribus locis exceptis articuli illi, si Mülleri distributionem sequimur, in prioribus litterarum partibus inueniantur: 115 Lemonia, 136 Maecia, 194 Oufentina, 254 Quirina, 270 Romulia, 302 Suburana, accedit 368 u. urbanae tribus. Tres uero qui restant loci p. 233 Papiria, Pomptina, Pupinia, Poplilia tribus, p. 343 Stellatina, Scaptia, Sabatina, p. 367 Tromentina tribus secundum Müllerum in ipsis initiis secundarum partium exstant, secundum ea, quae modo attuli, prioribus partibus attribuendi sunt. Ut breuiter dicam quid sentiam: Verrius de uerborum significatu opere iam confecto et secundum litteras disposito quae postea his studiis numquam non deditus noua addidicit, ascripsit aut in margine eorum locorum, quibus e litterarum ratione articuli inserendi erant, aut si spatium ibi non suppetebat, in fine singularum litterarum. Itaque promouendi sunt partium fines, ut certum aliquem terminum constituam, usque ad Catonianas glossas, quae proximae, aut nullis aut paucis tantum articulis interpositis, litterarum priores partes sequuntur et ex eiusdem Verri libro de obscuris Catonis sumptae sunt. Haec si recte disputaui, Festus Verri uasto illo de uerborum significatu opere exscripto alios prius eiusdem Verri libros, id quod uerisimillimum est, in usum uocauit, quam aliorum scripta adiret.

Verrium ita, ut supra coniecerimus, in componendo opere suo uersatum esse paruula exstant uestigia; primum enim p. 55, 10 Crustumina tribus media inter uerba inuenitur, quorum priores duae litterae cl... sunt, puto igitur e margine, in quo ascripserat Verrius, in falsum eam locum delatam esse; deinde p. 233 quattuor, p. 343 tria tribuum ueriloquia continuo sese excipiunt, quod coniecturae meae optime conuenit, ex qua Verrius illos articulos appendicis loco in fine litterarum adiecit. Denique ut hoc statim addam, lemma 'Minutia porta' bis exstat, p. 122, 11 initio fere litterae M, et p. 147, 4 inter partem litterarum ordine dispositam et glossas

Catonianas; quem articulum Verrius in margine prioris loci ascripsisse, deinde hoc oblitus in litterae M fine repetiuisse uidetur.

Hoc portae Minutiae ueriloquium meo iure hic adhibuisse mihi uideor. Quod enim Mercklinus de tribuum articulis demonstrauit, hoc idem de Verri lemmatis ad Romae portas spectantibus asseuero, atque haec omnia ex eodem Varronis Antiquitatum libro sumpta esse mihi persuasi. Omnia in litterarum prioribus partibus exstant, plurima cum aliis Varronis locis consentiunt, unum cum Varroniani operis titulo exhibetur, cf. p. 274 'Rauduscula na porta, ut Varro in libris Antiquitatum'. De Romae portis autem Varro, ut opinor, in libro octauo de urbe Roma scripsit.

Reliqua portarum ueriloquia exstant p. 117 Lauernalis porta coll. de l. L. V 163, p. 262 Romana p. coll. de l. L. V 164. VI 24, p. 376 Viminalis p. coll. de l. L. V 51, p. 269 Romana p. et p. 343 Sanqualis p. inter media Varroniana, p. 334 Scelerata aut Carmentalis p. coll. Ouid. f. II 201, p. 274 Ratumena p. coll. Plin. VIII 64. Plut. Popl. 13. Solin. 45, p. 10 Collina porta Agonensis, p. 213 Piacularis p., p. 220 Pandana p., p. 122 = 147 Minucia p., p. 326 Salutaris p., 254 Quirinalis p. — Unus qui restat locus p. 144 Mugionia p. contraria docet atque Varro de l. L. V 164; neque ea re coniectura mea diluitur; nam de mensium quoque Maii et Iunii nominibus alia docet Varro de l. L., alia eum docuisse in Antiquitatum libris Censorinus et Macrobius testantur. In Antiquitatibus Varro plura sane Mugioniae portae ueriloquia protulit, quorum aliud ipse de l. L. repetiuit, aliud Verrius, quod uerissimum putabat, excerpsit. Quod supra dixi omnes illos locos in prioribus litterarum partibus inueniri, ex mea distributione accipiendum est, nam Müllerum si sequeris, unus locus p. 343 Sanqualis p. in posteriore S litterae parte exstat, sed ante glossas Catonianas.

Simili ratione non dubito, quin alia quoque ex Festi Paulique epitome Varroni restitui possint; illi uero articuli, quos Verrium in litterarum finibus appendicis loco addidisse coniecimus, inter quos nonnulla e Varronis Antiquitatibus sumpta

deprehendimus, pauciores sunt, quam ut iis illorum librorum fragmenta aliquantum augere possimus; potuit sane Verrius, non debuit ex Antiquitatibus humanarum rerum operi suo ea adiicere, quae exstant in Festi Paulique editione a Müllero coniuncta p. 24 lin. 26 — 25, 2. 56, 15 — 57, 7. 146 1 20 — 2 10. 177 2 27 — 178 1 12. 233 1 8 — 234 1 1. 343 2 17 — 344 1 2.

Quod denique Gruppeus comment. in hon. Momms. p. 554 Verrium in his quidem reliquiis numquam Varronis Antiquitates nominasse affirmauit: hac in re eum errasse apparet coll. Festo p. 274 1 4, ubi Varronis nomen a uiris doctis rectissime restitutum est.

3. De C. Plinio Secundo.

Plinius maior in naturali historia componenda quibus e fontibus hauserit duplici modo indicat: et auctorum suorum indices singulis libris praeposuit, quos sororis filius in unum librum coactos toti operi praescripsit; et in ipsis libris hic illic scriptores affert, quorum libros in usum uocauit.

De illis indicibus Plinius ipse in praef. § 21 'in his uoluminibus, inquit, auctorum nomina praetexui; est enim benignum, ut arbitror, et plenum ingenui pudoris fateri, per quos profeceris'. Accuratissime hos indices esse compositos uel inde apparet, quod quadringenti amplius scriptores in eis laudantur. Quaenam ratio inter hos indices et ipsos Plini libros intercedat, Brunnius diligenter inquisiuit eodemque ordine, quo in componendis libris usus esset, Plinium auctores etiam in indices retulisse demonstrauit; uariis autem interdum modis aut obscuratum esse ordinem aut perturbatum.

Varro omnium saepissime laudatur; nam deest eius nomen indicibus tantum librorum XXIV, XXVII, XXXII, IX, XXV. In duobus ultimis libris cum Varro IX 174 et XXV 34 nominetur, aut Plinius indices festinanter conscripsisse putandus erit, aut his locis non ipsum Varronem inspexisse, sed e posteriore aliquo scriptore illius testimonium sumpsisse. Atque illud quidem mihi statuo; qua in re Plinius facile excusari potest; nam cum in una noni libri paragrapho 174 Varronem

adhiberet, hanc ob rem in auctorum indice illum silentio praetermittere facile potuit. Liber XXV autem medium inter octo libros locum habet, qui eandem rem tractant atque ad eosdem redeunt auctores; quorum e numero Varro in octo illis libris quinquies tantum laudatur, ita ut in tribus reliquis libris eius mentionem inconsulto omissam esse facile appareat; etenim si plures libri arctius inter se cohaererent, primi tantum inter illos libri indicem certo ordine compositum esse Brunnius demonstrauit. In eo non offendimus, quod nominatur Varro in indicibus librorum V, XI, XII, XXI, XXII, XXX, non nominatur in ipsis libris; Plinius enim VII 8 se de eis tantum rebus auctores afferre dicit, quarum fidem non ipse praestare audeat. Multo saepius igitur scriptores alios in usum uocauit quam nominauit.

Iam ad illos ipsorum librorum locos peruentum est, quibus Plinius Varronis nomen ascripsit. Et primum quidem quosnam Varronianos libros Plinius inspexerit inquirendum uidetur, cum Plinius ipse numquam scriptorum, quae adhibuit, titulos proferat; qua a consuetudine semel tantum XIII 87 laudato Varronis Antiquitatum libro sexto discessit; sed causa in aperto est. Varro enim alio in libro, si quid uideo, in uno e tribus de bibliothecis, Plinio XIII 69 teste ante conditam in Aegypto Alexandriam chartarum usum fuisse negauerat, cum in Antiquitatibus Antiatem secutus Numae libros e chartis fuisse proderet. Quam inconstantiam ut monstraret, Plinius alterum locum aperte indicauit. Legit igitur Plinius Varronis Antiquitatum libros, quos eosdem respexisse uidetur, si praef. § 24, ubi librorum inscriptiones usitatas enumerauit, inter Latinas primo loco Antiquitates nominauit, qui quidem titulus a Varrone primo adhibitus [1]) usque ad Plini aetatem, quantum scimus, nusquam redit.

Quos uero alios Varronis libros excerpserit inquirentibus nobis ratio adiumento est, quam inter Naturalem historiam et eiusdem Plini de dubio sermone libros intercedere Gruppeus

1) Cf. Krahner. p. 11.

obseruauit. Nam in grammatico opere, ex quo magna fragmenta per Iulium Romanum accepta Flauius Sosipater Charisius seruauit, Plinium haec Varronis scripta exscripsisse scimus: libros de actionibus scaenicis, de scaenicis originibus, de bibliothecis, de forma philosophiae, imaginum, nonnullas saturas et libros logistoricos, de uita sua, epistolicarum quaestionum, de gente populi Romani, de uita populi Romani, Antiquitatum. Quorum librorum uestigia permulta in Naturali historia redeunt, quae fuit causa, cur Gruppeus Plinium eisdem fontibus in utroque opere scribendo usum esse censeret; quod quidem optime congruit cum imagine studiorum Plini, quam nobis finximus. Scribit enim Plinius minor ep. III 5 § 10: nihil legit (auunculus) quod non excerperet' et § 17: 'electorum commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opistographos quidem et minutissime scriptos'. Tam singulari industria hominem an tu putas eundem librum bis legisse, ut et res in eo descriptas memorabiles et uerba obsoleta excerperet? Immo, omnia memoria digna simul in commentarios rettulit et secundum rerum uarietatem disposuit, ita ut in unum uolumen congesserit omnia de orbis terrarum regionibus, in aliud de plantis, in tertium de medicamentis atque eodem modo in alia de aliis rebus. Singula uero uolumina Plinius in litteras digessit, cuius rei testis exstat Naturalis historiae liber XXVII. In hoc enim Plinius omnes flores, quos in praecedentibus libris non commemorauerat, litterarum ordine enumerauit, quo eodem ordine in electorum commentariis exstabant. Omnia igitur ad herbariam spectantia in unum idemque uolumen rettulerat et litterarum ordine disposuerat totique uolumini auctorum nomina praescripserat.

Sed reuertamur, unde sumus egressi: Scripta illa Varronis, quae supra dixi, Plinius in naturali quoque historia componenda in usum uidetur uocasse. Addidit eis Gruppeus praeterea, ut haberet, quibus fragmenta nonnulla Varroniana apud Plinium exstantia restitueret, disciplinarum libros de medicina et de astrologia; illud ita concedo, ut alio singulari scripto Varronis de medicamentis Plinium usum esse non negem; de

hoc assentientem me habet Gruppeus, nisi quod ea, quae exstant n. h. XVIII 285. 286. 289, Antiquitatum diuinarum libro de feriis [1]) restituenda esse puto. Memoriae lapsum esse credo, quod Gruppeus de re rustica libros plane neglexit, quos diligenter adhibuisse Plinium auctorum index a Ludouico Iano factus demonstrat.

Centiens autem Plinius Varronem laudat auctorem, quos locos si suo quemque libro reddere conamur, sumpti uidentur esse ex Antiquitatum hum. rer. libro I: n. h. VII 13. 75. 81. 83. 85. 167, e libro II: n. h. XIV 88, e libro VI: n. h. XIII 87, e libro X: n. h. III 45. 95. 109. XXXI 21, e libro XII: n. h. III 8. IV 66. 115. 116, e libro XIII: n. h. III 142. IV 77. 78. VI 38. 51, e libro XV: n. h. VII 214, e libro XXII: n. h. VII 115. XVI 7. XXII 13, e libro XXV: n. h. XXXIII 52. XXXV 136.

Haec hactenus de fragmentis certis Varronianis a Plinio seruatis. Quorum numerum ut augere possimus, eadem ratione, qua supra in Verrio Flacco, ingrediamur necesse est. Gruppeus enim Vitruui Pollionis de architectura libros, Valeri Maximi factorum et dictorum memorabilium libros, Aristotelis scripta cum frustulis eorum apud Plinium exstantibus composuit et Plinium ex fontibus suis maiores partes ad uerbum exscripsisse, disposuisse, singulis operis sui capitibus inseruisse obseruauit. Itaque tum demum Plinium alicuius rei scientiam Varronis Antiquitatibus humanis debere affirmabimus, si omnes ad eam spectantes Plini locos in unum collegerimus, si satis multos eorum ex eodem fluxisse fonte demonstrauerimus, si Varronis nomen in nonnullis laudatum inuenerimus, si fragmenta denique alii Varronis operi attribui non potuerint.

Optimo sane iure Gruppeus hanc probauit rationem; attamen nescio, an in ea adhibenda parum felix fuerit. Primum enim ad Varronis Antiquitates omnes eos locos reuocare uult, quibus Plinius in quibusnam Italiae partibus cibaria optima gignantur narrat. Quod si uno loco n. h. IX 174 probasse

1) Cf. Mommsen. chronol. p. 69 ann.

satis habuit, eum maximam partem e Varronis de r. r. III 14, 4 fluxisse uirum doctum fugit. Idem statuendum est de animalium pretiis, quae ex Varronis Antiquitatibus Plinium operi suo inseruisse sibi finxit: sumpsit enim Plinius VIII 167 e Varronis de r. r. II 1, 14 coll. III 2, 7; n. h. X 110 e Varronis de r. r. III 7, 10. De n. h. XXXII 52 et XXXV 136 denique, quae sunt de pecuniis signatis, non est cur dicam, cum Gruppeus nihil coniecerit nisi ea ex Antiquitatibus sumpta uideri.

Restant igitur loci Pliniani de coronis militaribus n. h. VII 103. 115. XV 125 sq. 135. XVI 7. 14. XXI 4—11. XXII 6—13. XXXIII 11. 38, quos ad Varronis Antiquitatum librum de bello et pace redire Mercklinus certissimis euicit argumentis.

Oehmichenius denique permulta Pliniana e libris III—VI Varronis legationum libris restituere conatus est, quae nos, qui non iam credamus Augustino, cum dicit Varronem Antiquitatum libros quantum ad solam Romam pertineat scripsisse, probabilius rerum humanarum libris de locis redderemus, si omnino Varroni tribuenda esse uiderentur. Sed argumento admodum exili Oehmichenius nititur; composuit enim quaecunque Plinius in quattuor illis libris et Pomponius Mela de chorographia eadem tradunt, et Plinium omnia illa aut Melae aut Varroni debere, cum utrumque in auctorum indicibus nominaret, probare uoluit; reiecit autem Melam, quod Plinius ei segnitiem imperitiamque exprobrasset, quod ante tertii capitis paragraphum 70 Melam non consuluisset, quod denique saepe plura quam ille tradidisset; qua in re uir doctus errauit; illud enim primum nusquam Plinius fecit, altera causa non satis liquet, tertia denique infirmior est, cum Gruppeus non paucos Melae et Plini locos inter se dissimiles composuerit. Quae denique Detlefsenus de Varrone Plini auctore in Hispania describenda protulit, ea in quaestionibus retractabo.

Equidem refero ad Antiquitatum libros de hominibus, quae Plinius in tertio libro de antiquissimis Italiae incolis tradit; nam uno quidem loco § 142 de Narona colonia Varronem nominat, altero § 124 rem aliter narrat atque Cato, de quo in

his rebus auctore praecipuo praeter ceteros cogitandum est, praesertim cum nomen eius in hoc libro saepius redeat. Accedunt his duobus locis § 47 de Massiliensibus et Liguribus, 50 de Etruria, 56 de Latio, 60 de Campania, 71 de agro Lucano Bruttioque, 95 de Magna Graecia, 99 de Messapia, 103 sq. de Apulia, 108 de Sabinis, 110 de Picenis, 112 de Vmbria. E libris de locis multa sane Plinius n. h. III—VI seruauit, sed de singulis singillatim disserendum est. E libris de temporibus haec uidentur sumpta esse: n. h. VII 153—157 de spatio et longitudine uitae hominum coll. Cens. XV 3 et XVII 3; n. h. II 188 de die coll. Gell. III 2; n. h. VII 212. 214 sq. de horologiis coll. Varrone de l. L. VI 4; XVIII 247 de Parilibus. De sex ultimis Antiquitatum humanarum libris in eis, quae Mercklinus de coronis militaribus inuestigauit, acquiesco.

4. De C. Suetonio Tranquillo.

Suetonium in resuscitandis antiquariis studiis ita Varronem secutum esse Reifferscheidius p. 473 dicit, ut iure ille Varronem rettulisse uideatur; quo modo factum esse, ut Varroniana eruditio praecipue Suetoni opera posteris seruaretur. Sed uerendum est, ne spes e Suetonio Antiquitates aliqua quidem ex parte restitui posse nos plane destituat. Primum enim Wissowa hanc praecipue rationem Suetonium secutum esse demonstrauit, ut Varronis et Verri Flacci doctrinam inter se conciliaret et quasi in unum conflaret, paucis aliis adhibitis libris Verrio recentioribus, ut Masuri Sabini fastis. Deinde trium de regibus librorum et octo priorum Pratorum, in quibus propter argumenti affinitatem Suetonium Antiquitates rerum humanarum adhibuisse uerisimile est, tam parca fragmenta ad nos peruenerunt, ut ex eis quidem de Varrone omnino nihil concludi liceat. Nonnulla in decima sexta huius capitis paragrapho annotabo.

5. De P. Vergilio Marone.

Vergilium, inter omnes poetas doctissimum antiquitatisque peritissimum, Varronis, qui tum maxima doctrinae auctoritate

inter aequales floreret, Antiquitatum secundum tertiumque librum de Aeneae in Italiam aduentu eisque populis, ad quos peruenisset, legisse uel per se uerisimile est; praeterea eo comprobari potest, quod antiquissimi Vergili commentatores ad enarrandum poetae carmen illis Varronis potissimum libris usi sunt. Singulos uero uersus una cum interpretum uerbis in quaestionibus tractabimus.

6. De P. Ouidio Nasone.

Ouidium, qui in Fastorum libris multas res ex Antiquitatibus petitas attigit, magna doctrina aut lectione fuisse non crediderim. Immo eum Varronis Antiquitates humanas uel etiam Antiquitatum epitomen legisse quouis pignore negauerim. Puto uero C. Iulium Hyginum ei, quae fastorum scriptori scitu opus essent, suppeditasse; Hyginus enim, quod tradit Suetonius de gramm. 20, ‘propter antiquitatis notitiam Polyhistor uocabatur; praefuit Palatinae bibliothecae, neque eo secius plurimos docuit, fuitque familiarissimus Ouidio poetae’. Hic igitur aemulus studiorum Varronis et Nigidi Figuli ex horum uirorum aliorumque scriptis, ad quae facilis ei erat aditus, conquisiuit suisque, quae amico traderet, immiscuit. Unumquemque igitur per se locum inquirendum esse censeo, ut quaenam Varronianae doctrinae in Ouidi fastis uestigia exstent appareat: cui negotio, ut iam saepius dictum est, in quaestionibus sufficiemus.

7. De A. Gellio.

Laudat Gellius Antiquitatum rer. hum. libros I, XVI, XVII, XXI, XXV, de diebus, de bello et pace, unde alii docti uiri Gellium totum Antiquitatum corpus legisse collegerunt, Gruppeus idem de solis illis septem uel sex — e nostra enim sententia liber XVI erat de diebus — libris contendit. Sin autem probauerimus Gellium locos illos n. A. I 16. 25. III 2. V 4. XI 1. XIII 12. 13. 17. XVII 3, quibus Varronis nomen Antiquitatumque titulum ascripsit, aliis scriptoribus posterioribus de-

bere, non erit cur aliis locis eum Antiquitates adhibuisse putemus. In indice duodeuicesimi capitis primi libri quod 'humanarum' liber XIV nominatur pro 'diuinarum', librarii erratum est; cf. n. A. I 18, 1. III 16. XV 30. Non. 50, 15. Merkel. Ou. f. praef. CLXXXVIII.

Qui Gelli eruditionem et scribendi rationem paulo interius cognouerit, is uix Gellium affirmabit in componendo primi libri XVI capite quos locos proferat de 'mille' singulari numero, ipsum ex Quadrigari annalibus, Lucili satiris, Varronis Antiquitatibus, Catonis originibus, Ciceronis orationibus Philippicis conquisiuisse; sed collecta illa et enarrata inuenit ab aliquo grammatico, cuius uestigia saepius in Gellio indagaui; et primum quidem n. A. I 25, ubi Varronis, Quadrigari, Aureli Opili definitiones indutiarum componuntur; deinde XIII 17 de humanitatis uocabuli significatione, quocum capite Nonius 52, 11 sqq. non ita consentit, ut eum exscripsisse Gellium dicas, sed tamen ita consentit, ut utrumque ex eodem grammatico sua sumpsisse appareat; quod idem statuendum est de Gell. V 4 coll. Non. 100, 11; uterque enim duo scriptorum testimonia de uerbo 'duo et uicesimo' exhibet, quorum alterum tantummodo idem est Varronis ex humanarum rerum libro XVI, alterum profert Gellius e Fabi annalibus, Nonius e Catonis originibus. In utriusque igitur fonte communi tria illa exempla uel etiam plura fuerunt, e quibus Gellius et Nonius excerpserunt, quae uterque aptissima esse putabat. Grammaticum denique redolet auctorem n. A. XVII 3, quod quidem Gellius, ut consueuit, lepidissima exornauit narratiuncula.

Restant, quae Gellius e libro 'de diebus' et e libro XXI tradidit. Ex illo de diebus libro multa habet Gellius III 2, quae eadem ad uerbum expressa redeunt Macr. Sat. I 3, 2—10: Gellius igitur exscripsisse Varronem, Gellium transscripsisse Macrobius uidetur. Neque uero scio an aliter res se habeat. In Macrobiano enim capite uno tenore alia sequuntur a Gellio quidem non exhibita, sed in eundem modum scripta ac priora illa et ex eodem fonte petita, quod Censorinus de d. n. XXIII sq. confirmat. Uterque igitur, et Gellius et Macrobius, eundem

tertium auctorem ad uerbum, quod in neutro mirum est, exscripserunt, quem Suetonium fuisse in sexta decima huius capitis paragrapho demonstrabo. Ex Antiquitatum libro XXI profert Gellius n. A. XI 1, 1. 4. 5. XIII 12. 13, quae eum in Atei Capitonis epistulis inuenisse statuo propter n. A. XIII 12, 1. 5. 7. Quae denique Gruppeus l. l. p. 546 n. A. V 6 ex Antiquitatum libro de bello et pace fluxisse contendit: Gellius ipse § 13 sq. 27 illa e Masuri Sabini memorialium undecimo libro decerpsisse se apertis uerbis dicit.

8. De Sexto Pompeio Festo.

De Festo iam uerba facturus lectores ad ea reuoco, quae in paragrapho secunda de parte Verriana et Pompeiana operis de significatione uerborum superstitis disputaui. Festus igitur ipse uniuscuiusque litterae posteriorem partem inde a glossis Catonianis composuit et hunc ad finem auctores ipse legit, quorum magnum fuisse numerum ut in compilatore laboris fugienti uix recte opinabimur.

Gruppeus, qui usque adhuc solus in Varroniana uestigia apud Festum exstantia accuratius inquisiuit, animaduertisse sibi uisus est glossemata poetarum Catonis, Plauti, Enni, Naeui, Terenti aliorum continenter excipere lemmata ad res publicas spectantia; in quibus extremis cum quater Varronis Antiquitates nominentur, id unum in dubio relinquit, utrum omnia illa de rebus publicis lemmata, an eorum ultima tantummodo Festus ex Antiquitatibus humanis sumpserit.

Sed quod Gruppeus de publicis illis lemmatis post glossemata poetarum positis dixit, nescio unde hoc effecerit. Nam si Festi reliquias perlustramus, litterae A glossae poetarum finem faciunt, in B eas excipiunt lemmata e priuata potius quam e publica uita petita, in C, F, M, N, O, P, R, S lemmata de rebus diuinis, in D, E, G, H, I, L, Q, T posterior pars omnino deest.

Videtur igitur Gruppeus illa inconsiderate statuisse, neque iam est, cur Festum certo uniuscuiusque litterae loco lemmata

ex Antiquitatibus humanis sumpta interposuisse putemus, cum quattuor quoque illi loci 158 2 22, 246 2 33 et 249 1 8, 347 2 33, ubi Antiquitatum titulus exhibetur, diuersis litterarum M, P, S locis exstent.

Sed ut paucis dicam, quid statuam: Festum Varronis Antiquitates humanarum rerum legisse nego. Initium argumentationis ab eis Festi locis, qui Varronis nomen praebent, capiam. Et primum quidem p. 343 'Sabini dicti, ut ait Varro' rel., quod fragmentum inter alia Varroniana inuenitur medium et meliore iure quam cetera ex ipso Varrone nullo alio auctore interposito fluxisse dicitur, priori Verri parti ex nostra distributione annumerandum est. Qui restant septem loci p. 158, 238, 246, 249, 285, 347, 348, ex Antiquitatibus humanis sumpta esse aut non possunt aut non uidentur. Locum 158 2 22 ad rem aliquam diuinam illustrandam ex rerum humanarum libro primo appositum Veranio deberi puto, quippe qui 158 1 2 et 158 2 29 nominetur et in sequentibus multum de rebus diuinis adhibeatur. Sequitur 238 2 8, cui loco nihil cum humanis antiquitatibus commune est; praeterea Ateius Capito, ut sequentia, ita hoc quoque lemma Festo suppeditasse uidetur. Tertium et quartum locum 246 2 33 et 249 1 8, qui ad Antiquitatum librum sextum redeunt et arctissime inter se cohaerent, petiit Festus ex Verri aliquo libro, quem uirum doctum 249 1 10 Varroni obloquentem et probabiliorem sententiam proferentem inducit. De amplissimo deinde fragmento Varroniano 285 2 1, in quo uiginti censores enumerantur, qui decem continua lustra condiderint, libenter Kettnero concedo, qui pro Ursini lectione 'censoria potestas, cuius in libris de uita p. R. Varro exempla haec profert' maluerit scribere '. . . cuius in rerum humanarum l. . . Varro . . .' [1]); sed Festum illud non ex ipso Varrone, sed ex libro aliquo de rebus diuinis posterioris scriptoris cuiuspiam sumpsisse contendo propter lemmatis indicem 'religionis praecipuae habetur censoria potestas'; etenim Festus si ex Antiquitatibus humanis sumpsisset articulum, sane sub uoce

1) De uita p. R. p. 12.

censorum operi suo inseruisset. P. 348[2] 30 denique ex Antiquitatum hum. rer. libro VIII haustum Festo tradidit Antistius Labeo coll. 348[2] 25. Qui quidem Antistius cum plura lemmata hoc loco continua Festo praebuisse uideatur [1]), nescio an id quoque praebuerit, quod ex rerum humanarum libro VII sumptum illis lemmatis proximum anteit.

Est igitur quod putemus Festum Varroniana illa, licet non ubique exploratum sit, apud alios scriptores excerpta inuenisse. Sin autem auctores et Verrianae et Pompeianae partis percensemus: Festus uel solus uel saepius quam Verrius laudat praeter Verrium ipsum et Veranium et Antistium Labeonem et Ateium Capitonem, quibus solis Festum omnia, quae Verrianae parti addiderit, debuisse persuasum habeo. Nam uel per se uerisimile est Festum parcum in materia congerenda libros nec multos nec reconditos legisse; praeterea quaecumque ipse composuit, eiusmodi sunt, quae ex istis scriptoribus habere possit. Spectant enim omnia aut ad obscura poetarum uerba, aut ad res diuinas, aut ad ius ciuile. Scripserunt uero Verrius de rebus memoria dignis, de libris Etruscorum, de obscuris Catonis, fortasse de aliis quoque poetis, Veranius de omni re pontificali [2]), Ateius Capito coniectanea, quorum octauum librum de iudiciis publicis, nonum de officio senatorio fuisse Gellius n. A. IV 10, 7. 14, 1 testatur; Antistius Labeo denique iuris peritissimus inprimis is erat, qui Festo materiam uberrimam praebere posset; scripsit enim quadringenta uolumina, et praeclarum habemus Gelli n. A. XIII 10, 1 de eo iudicium: 'Labeo Antistius iuris quidem ciuilis disciplinam principali studio exercuit; . . . ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit et in grammaticam sese atque dialecticam litterasque antiquiores altioresque penetrauerat Latinarumque uocum origines rationesque percalluerat'.

Sed interiore disquisitione hac in re opus est; hic expo-

1) Cf. 351[1] 9. 6. 348[2] 25. 21. 8. 348[1] 4. 2.

2) P. 158[1] 3 pro Vrsini et Mülleri lectione 'in libro priscarum uocum' scribendum censeo 'in libro pontificalium uerborum' coll. Gell. n. A. III 20, 2.

suisse satis habeo, cur Festum Varronis Antiquitatum humanarum rerum libros legisse negem.

9. De Valerio Maximo.

Valerium Maximum Varronis Antiquitates humanas in conscribendis factorum et dictorum memorabilium libris adhibuisse Kempfius, Kettnerus, Gruppeus, ut omittam alios, pro certo affirmarunt, cum semel III 2, 24 Varronem laudari neque Valerium alios Varronis libros in usum uocasse uerisimile esse dicerent. Quam coniecturam secuti et Kempfius et Kettnerus nonnulla Varronis Antiquitatibus reddere uoluerunt. Attamen totus pendet Valerius e Cicerone, Liuio, Sallustio, Pompeio Trogo ita, ut 'quae ab aliis sint accepta uno loco congesta uix quattuor capitum spatium expleant'.[1]) Quae cum ita sint, an tu Valerium putas Antiquitatum libros uel etiam epitomen legisse, ut e tanta memorabilium factorum et dictorum multitudine unum duosue locos excerperet? Immo ex ipsis illis Valeri uerbis III 2, 24 '. . . . nisi ea certi auctores inter quos M. Varro monumentis suis testata esse uoluissent' apparet Varronem non unum illius exempli auctorem fuisse, sed inter alios in Valeri fonte nominatum et tamquam praeclarissimum ab eo laudatum. Inter reliquos uero quos praeterea uiri docti Varroni restituere uoluerunt locos prorsus nullus est, quem Valerius apud Liuium inuenire nequierit.

10. De Plutarcho.

De Plutarcho multa scripsisse et disputasse uiros doctos in praefatione commemoraui; nihilominus paucis hoc loco illa quaestio mihi est absoluenda, cum plane assentiar Barthio et Glässero, qui quidem statuerunt quaestionum Romanarum et uitarum Romuli et Numae auctorem, quidquid proferret scientiae Varronianae, a Iuba Mauretaniae rege mutuatum esse; neque habeo quid horum argumentationi addam. De singulis uero alicuius scriptoris locis, qui utrum ad Varronis auctori-

1) Cf. Kempf. Val. Max. p. 26.

tatem referendi sint, necne, dubium sit, disputationem in ‘quaestiones Varronianas’ me differre saepius iam dictum est.

11. De Macrobio Theodosio.

Macrobium Varronis Antiquitates humanas ne uidisse quidem inter omnes constat; quae ex illis libris profert, debet aut Gellio [1]) aut commentario illi Vergili, ad quem is quoque commentarius redit, qui sub Serui nomine seruatus est [2]), aut Sereno Sammonico [3]) aut Suetonio Tranquillo [4]). De temporibus capita mirum quantum uirorum doctorum studia uexauerunt, quare deinde accuratius ea tractabo; de reliquis illis locis iam liquet.

12. De Ioanne Laurentio Lydo.

Lydus ipse p. 269 Bekk. se Varronis Antiquitatum libros numquam uidisse confessus est, qua in re nobis hoc loco acquiescendum esse puto. Ceterum scriptor est Lydus, cuius in historia litterarum Romanarum errores haud rari sint, sed immanes, quod apparet, ut exemplum afferam, ex his Lydi uerbis p. 119 ‘*μάρτυρες μὲν τούτων ὅ τε Καπίτων καὶ Φοντήϊος, ἐξ ὧν καὶ ὁ διδασκαλικώτατος Οὐάῤῥων Ῥωμαῖοι πάντες· μεθ᾽ οὓς Σαλούστιος*’; p. 269: ‘*ὡς Φενεστέλλας καὶ Σισένας οἱ Ῥωμαῖοί φασιν, ὧν τὰς χρήσεις ὁ Βάῤῥων ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνήγαγεν· ἐγὼ δὲ τὰς βίβλους οὕπω τεθέαμαι*’.

13. De ecclesiae doctoribus.

Tertullianum, Arnobium, Lactantium, Hieronymum, Augustinum, Isidorum Antiquitates humanarum rerum legisse negauerim, cum ne Augustinus quidem, qui illorum librorum ueriorem nobis dedit imaginem, eos inspexisse, sed quae proferat de illorum quadripartita distributione, ex Antiquitatibus

---

1) Sat. I 5 coll. Gell. I 16. 2) Sat. III 4 coll. Seru. ad Aen. I 378. III 148; Sat. III 12 coll. Seru. ad Aen. VIII 276. 3) Sat. II 12. 4) Sat. I 3. 12—16.

rerum diuinarum sumpsisse uideatur. Uniuersam uero quaestionem tum demum penitus tractare poterimus, ubi noua illorum scriptorum editio Viennae propediem proditura praesto erit.

14. De grammaticis.

De grammaticis hoc loco quaestio fere nulla est; ubique enim et auctorem et librum nominant ex quo proferunt exempla sua, ita ut alia praeterea Antiquitatum humanarum uestigia in illis prorsus nulla exstent. Sin quaerimus, num Nonius Marcellus, Flauius Sosipater Charisius, Diomedes, Priscianus ipsi Antiquitates excerpserint, hoc negauit Gruppeus et, quod ualde mihi arrisit, coniecit Varronis illud opus bis tantum in grammaticorum usum exscriptum esse, primum a Plinio, cuius de dubiis sermonibus libros ab Iulio Romano excerptos adhibuit Charisius, ad quos redierunt etiam Diomedes et Priscianus, deinde a commentatore aliquo posterioris temporis, cuius uestigia apud Nonium et, quod ex iis, quae supra disputauimus, addiderim, apud Gellium obseruamus.

15. De Vergili commentatoribus.

De scholiis et commentariis in Vergili poemata, ut nunc se res habet, Gruppeus absoluit quaestionem, quare cum non habeam, quod corrigam aut addam, eius disputationis summam paucis referre satis habeo.

Et primum quidem Bernensia scholia ter Antiquitates afferunt, quos locos Philargyrio debent, qui num opus illud ipse in usum uocauerit nullo modo constat. Veronensia scholia, quibus locis Antiquitates nominantur, cum Seruio consentiunt. Interpolator deinde Serui, quem dicimus, redit ad commentarium aliquem Vergili secundum rerum argumenta dispositum, quem Macrobi quoque fontem fuisse supra annotauimus. Sincerus denique Seruius ex duplici uidetur fonte Varroniana sua habere; priore loco nominandus est Probus aut eius temporis alius grammaticus, qui Antiquitates humanas large ad Vergilium enarrandum adhibuit, librorum uero indices omisit; hinc

fluxerunt, quaecumque a Seruio ex Antiquitatibus sine libri titulo exhibentur. Quae uero ex humanarum rerum secundo libro afferuntur, ex alia epitome secundi tantum Antiquitatum humanarum libri originem ducunt.

16. De fastorum interpretibus.

De Censorini et Solini et Macrobi fontibus quot uiri docti scripserunt, tot sententiae diuersae prolatae sunt. Reifferscheidius, qui primus his studiis operam dedit, omnes tres illos e Suetonio, hunc e Varrone pendere paucis elocutus est. Mommsenus chron. Rom.[2] p. 19 not. sententiam tulit tres illos diuersa ratione ex eodem fonte hausisse. Gruppeus accuratius rem tractauit et inuenisse sibi uisus est Macrobi fontem ante imperatorem Commodum esse compositum, quippe qui Sat. I 12, 37 commemorandus fuisset, eodemque fere tempore compositum quoque Censorini fontem, quibus ea cum Suetonio intercesserit ratio, ut Censorini auctor Varronianam doctrinam summa cum pietate redderet, Macrobi auctor plurima ab aliis scriptoribus sumpta Varronianis immisceret, Suetonius medius inter hos duos auctores statuendus esset. Kettnerus denique in 'beobachtungen über die benützung des Verr. Flacc.' p. 13. 19 sqq. Masurium Sabinum sibi persuasit commixtam Varronis et Verri Flacci doctrinam Macrobio tradidisse, nihil de Censorino aut Solino protulit. De integro hanc instituamus quaestionem et paulo uerbosius tractemus, cum uiam iam ingrediamur, quam aliorum studia impeditiorem quam planiorem reddiderint.

Initio disputationis ut capita ipsa ponam, omnibus me probaturum esse spero et confido: primum Macrobium et Solinum ad eundem redire fontem, deinde utriusque communi fonte Censorinum quoque usum esse, tum Suetonium et Censorini et Solini et Macrobi auctorem fuisse, denique Censorinum nobis optime seruasse, quae Suetonius e Varrone sumpsisset.

Exhibent C. Iulius Solinus rer. mem. I 34—47 et Macrobius I 12, 2 — 14, 14 easdem res eodem ordine ad uerbum

saepe consentientes ita, ut utriusque auctorem communem multo plenius atque uerbosius res exposuisse appareat; quem diuersa ratione hos scriptores in angustum coegisse, non est quod miremur; et Macrobius quidem integriorem et accuratiorem fontis imaginem nobis reddidit, Solinum igitur non exscripsit. Ille consensus quo magis in conspectu sit, ex aduerso ponam nonnullos utriusque locos.

Macr. I 12, 3: Romanos olim ... annum suum decem habuisse mensibus ordinatum, qui annus incipiebat a Martio et conficiebatur diebus trecentis quattuor, ut sex menses ... tricenum essent dierum, quattuor uero ... tricenis et singulis expedirentur.

Sol. I 35: Romani initio annum decem mensibus computauerunt, a Martio auspicantes. ..... 36: December solemnem circuitum finiebat intra diem trecentesimum quartum, ita ut sex menses tricenum dierum essent, quattuor reliqui tricenis et singulis expedirentur.

Quae Solinus in lacuna supra notata habet, Macrobius postea initio disputationis de mensium nominibus profert. In eo enim Macrobius a fontis dispositione discessit, ut, quod Censorino collato uidemus, de mensibus quaestionem in fonte alio loco positam dissertationi de anno Romanorum intexeret. Solinus de Martio solo mense uerba fecit, sed hoc quoque loco optime congruit cum Macrobio:

Macr. I 12, 6: (de Martio) huius etiam prima die ignem nouum Vestae aris accendebant, ... laureae ueteres nouis laureis mutabantur .... § 7: .... comitia auspicabantur .... seruis cenas adponebant matronae, ut domini Saturnalibus: illae, ut .... ad promptum obsequium honore seruos inuitarent, hi quia gratiam perfecti operis exoluerent.

Solin. I 35: a Martio auspicantes, adeo ut eius die prima de aris Vestalibus ignes accenderent, mutarent ueteribus uirides laureas, senatus et populus comitia agerent, matronae seruis suis cenas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illae ut per honores promptius obsequium prouocarent, hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris. Maximeque hunc men-

§ 5: quem mensem anni primum fuisse uel ex hoc maxime probatur, quod ab ipso Quintilis quintus est et deinceps pro numero nominabantur.

sem principem testatur fuisse, quod qui ab hoc quintus erat Quintilis dictus est, deinde numero decurrente December ....

Vel inde satis intellegitur, quantus inter utrumque fuerit consensus, quibus exemplis multa alia addere facili negotio possum. Quod uero Solinum fontem magis contraxisse dixi, hoc exemplo optime probatur:

Macr. I 12, 39: sed cum is numerus neque solis cursui neque lunae rationibus conueniret .... cap. 13, 1: .... Numa L dies addidit, ut in trecentos quinquaginta quattuor dies, quibus duodecim lunae cursus confici credidit, annus extenderetur. § 2: Atque his quinquaginta a se additis adiecit alios sex retractos illis sex mensibus, qui triginta habebant dies, i. e. singulis singulos, factosque quinquaginta et sex dies in duos nouos menses pari ratione diuisit .... § 5: Paulo post Numa .... unum adiecit diem, quem Ianuario dedit.

Sol. I 37: Sed cum ratio illa ante Numam a lunae cursu discreparet, lunari computatione annum peraequarunt, quinquaginta et uno die auctis. Vt ergo proficerent duodecim menses, de sex mensibus superioribus detraxerunt dies singulos eosque quinquaginta istis et uni diebus adnexuerunt, factique quinquaginta septem diuisi sunt in duos menses, quorum alter XXIX, alter XXVIII dies detinebant.

Non est quod multis demonstrem Macrobium fontem uberrimum satis accurate decerpsisse, Solinum ita in artum coegisse, ut duas fastorum emendationes a Numa rege factas in unam coartaret. Similiter res se habet in sequentibus, cum Solinus I 39 decem deinde dies abundante quadrantis particula additos esse dicat, Macrobius I 13, 10—13 illi correctioni falsam aliam antecessisse doceat, quam Solinus utpote uitiosam et paulo post correctam silentio praeteriit.

Sed sub fine omnis de anno disquisitionis, ubi fasti a Caesare correcti enarrantur, plane contraria inter se Solinus et Macrobius tradunt, nihilominus uero, id quod demonstrat uerborum hoc quoque loco similitudo, eodem fonte usi sunt:

Macr. I 14, 2: sed postea C. Caesar omnem hanc inconstantiam temporum uagam adhuc et incertam in ordinem statae definitionis coegit .... ut certus status perseueraret.

§ 13: .... ni sacerdotes sibi errorem nouum ex ipsa emendatione fecissent. Nam cum oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno confecto antequam quintus inciperet intercalare, illi quarto non peracto, sed incipiente intercalabant.

§ 14: Hic error sex et triginta annis permansit, quibus annis intercalati sunt dies duodecim, cum debuerint intercalari nouem. Sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transigi iussit, ut illi tres dies, qui .... uitio sacerdotalis festinationis excreuerant, sequentibus annis duodecim nullo die intercalato deuorarentur.

Sol. I 45: Itaque Caesar uniuersam hanc inconstantiam, incisa temporum turbatione, composuit, et ut statum certum praeteritus error .... et tunc quoque uitium admissum est per sacerdotes. 46: Nam cum praeceptum esset, anno quarto ut intercalarent unum diem, et oporteret confecto quarto anno id obseruari, antequam quintus auspicaretur, illi incipiente quarto intercalarunt, non desinente. Sic per annos sex et triginta, cum nouem dies tantummodo sufficere debuissent, duodecim sunt intercalati. Quod reprehensum Augustus reformauit iussitque annos duodecim sine intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra nouem necessarios temere fuerant intercalati, hoc modo possent repensari.

Hactenus igitur consensus Solini et Macrobi in aperto est; sed discrepant mirum quantum in enarrando eo anno, quo Caesar fastos correxit, quem quadringentos quadraginta tres dies habuisse Macrobius, trecentos quadraginta quattuor So-

linus tradit. Quanam computatione Caesar in illum dierum numerum inciderit Macrobius alto silentio praeterit, Solinus dies unum et uiginti et quadrantem simul intercalauisse Caesarem memoriae prodidit. Sed haec discrepantia non ex fontium diuersitate, sed ex mero Solini errore explicanda est. Etenim iam Mommsenus chron. Rom.[2] p. 278 ann. Solinum plane peruersa et inexplicabilia tradere dixit. Itaque iam omnibus probatum esse confido Solinum et Macrobium ex eodem hausisse fonte. Solinus uero cum nihil afferat, quod non in Macrobio exstet, in hac quaestione merito neglegendus uidetur.

Ad Censorinum transeundum est, quem eo ordine perlustrabimus, quo Macrobius Sat. I 3, 12—16 usus est. Et primum quae Macrobius I 3 de diebus disputat, apud Censorinum de d. n. XXIII sq. ita exstant, ut sit

Macr. Sat. I 3, 2 = Cens. de d. n. XXIII 5,
„ „ I 3, 4 = „ „ „ „ XXIII 3,
„ „ I 3, 12—15 = „ „ „ „ XXIV 1—6.

Quae cum accuratius inter se conferimus, hoc interest, quod Macrobius bis ipsius Varronis uerba exhibet eiusque nomen et Antiquitatum librum de diebus laudat, Censorinus auctorem nominare supersedet, sed nihilominus duos illos Varronianos locos Macr. I 3, 2. 4 sq., quamquam non ad uerba exscriptos, affert de d. n. XXIII 5. 3 et praeterea alia haec Varroniana, quae in Macrobio non exstant: de d. n. XXIII 6 sq. coll. Varr. l. l. VI 4 et Plin. n. h. VII 214, de d. n. XXIV 3 sq. coll. Varr. l. l. VI 5 sq. Deinde Censorinus certo ordine rem tractat et certa uia ac ratione incedit, cum Macrobius res potissimum ad ius priuatum, publicum, sacrum spectantes, dummodo interioris sint doctrinae, excerpat atque alia notiora omittat, quae praeterire non debeat, qui quaestione sana et absoluta rem tractare uelit. Veluti Macrobius initium disputationis capit a re admodum mirabili, quam Censorinus inter alias ad probandam summam totius disputationis sententiam affert; hanc uero Macrobius prorsus praetermisit.

Quae omnia si perpendimus, utrumque ad eundem fontem redire quominus putemus nihil obstat. Macrobius uero e Cen-

sorino sua non habet, cum multa interioris doctrinae proferat, quae apud illum non inueniuntur.

Videamus nunc de Macrobi Sat. I cap. 12—16. Et Macrobio I 12, 2 quidem ita respondet Censorinus XIX 4 — XX 2, ut utrumque ex eodem fonte hausisse negari nequeat; Censorinus enim quamquam illum multo plenius exscripsit, nullo tamen modo Macrobio contraria tradidit, quin etiam ex illo de die natali libri capite optime suppleri possunt, quae Macrobius et Solinus paucis uerbis annotauerunt. Macrobium uero Censorino sua hoc loco debere ne putemus, impedit quod nonnumquam accuratiora quam ille exhibet. Vt exemplo utar, Macrobius Graecos trecentis quinquaginta quattuor diebus annum proprium computasse rettulit, quae Censorinum quoque in fonte suo legisse colligere possumus ex hisce tantummodo de d. n. XX 1 uerbis ‘uel in unius Italiae gentibus’; Censorinus eodem loco Lauinios ‘alium’ habuisse annum in transitu narrat, quem tredecim fuisse mensium scimus e Solino.

Deinde Sat. I 12, 3 Macrobius eadem profert, quae paulo accuratius Censorinus XX 2 sq.; quae apud solum Macrobium exstant de nonis quintanis et septimanis, non defuisse in Censorini fonte apparet e Censorini eiusdem capitis paragrapho decima.

Macrobiana I 12, 4 non habet Censorinus, sed ea ex antecedentibus uerbis ab ipso Macrobio composita sunt, quod idem statuendum est de Macr. I 12, 39. 13, 6 sq.

Quod supra iam annotaui quaestionem de mensibus, quam Macrobius disputationi de anno Romanorum inseruerit Sat. I 12, 5—37. 13, 3, ab eius auctore seorsum alio loco exhibitam fuisse, confirmatur a Censorino, qui in alio capite, XXII 9—17, simillima atque Macrobius de mensibus tradit; confirmatur ea ratione, qua Macrobius hanc partem cum antecedentibus et sequentibus conexuit, § 38 enim repetiuit, quae § 3 protulerat, ut in pristinum argumentationis cursum rediret; confirmatur eo, quod Ianuarii et Februarii ueriloquia I, 13, 3 demum exponit, ubi prima eorum mensium mentio in disputatione de

anno Romanorum ei facienda erat. — In Martis, Aprilis, Maii, Iunii nominibus enarrandis Censorinus XXII 9—12 ita uersatus est, ut primo loco Iuni et Fului de quattuor illis mensibus sententiam comprehenderet, deinde Varronianam ab illa discrepantem adderet. Macrobius autem ita utramque de unoquoque mense sententiam confudit, ut nonnumquam Censorino breuior sit, plerumque multo longior. Vbique uero ea tradidit, ut et Censorinum et Macrobium eodem auctore usum esse iure dicas. In sequentibus Macrobius I 13, 1. 2. 4. 5 de anno a Numa ordinato exponit, a quo si Censorinus in indicando dierum numero dissentire uidetur: eodem plane modo fontem contraxit, quo Solinus.

Deinde Censorinus ea, quae e fonte sua sumpsit, gradatim magis magisque circumcidit: XX 6 comprehendit, quae Macrobius I 13, 8—21 enarrat; XX 7—10, quae Macrobius I 14, 1—13 persequitur, fastos ab Augusto correctos prorsus omisit, non quo in fonte suo non haberet, laudat enim ‘Suetonium et alios’, qui illius rei mentionem profecto fecerunt, sed quia magis magisque ad libelli finem festinauit. Dissensum uero nullum obseruamus nisi in enarrando eo anno, quo Caesor fastos correxit; Censorinus XX 8 quadringentorum quadraginta quinque dierum illum fuisse dicit rectissime, quod demonstrauit Mommsenus chron. Rom.² l. l., et quomodo Caesar illum numerum assecutus sit plane et dilucide declarat; Macrobius hunc annum quadringentorum quadraginta trium dierum fuisse tradit; qui numerus haud scio an librariorum incuria corruptus sit.

Quae denique Macrobius I 15. 16 de kalendis, nonis, idibus, diebus festis, comitialibus, ceteris affert, non iam inueniuntur apud Censorinum, qualis nunc est, sed ea in libelli ulteriore parte fuisse puto, quae quidem pars fortunae malignitate interiit.

Censorinum igitur et Solinum et Macrobium in omni hac de temporibus quaestione ex eodem pendere auctore uerisimillimum uidetur, qui quis fuerit iam indagandum est.

Et recentissimus quidem auctor in omnibus illis de temporibus quaestionibus laudatur Suetonius a Censorino de d. n.

XX 2 'sed magis Iunio Gracchano et Fuluio et Varroni et Suetonio aliisque credendum'; Suetonio igitur aut, si 'aliisque' non temere addidit, posterioris temporis alicui auctori Censorinus sua debet. Sed Gellium quoque e Macrobi fonte hausisse cum supra demonstrauerimus, et cum Gellius paucis tantum annis post Suetonium scripserit, nemo alius nisi Suetonius et Gelli et Censorini et Solini et Macrobi auctor esse mihi uidetur.

Sin autem quaerimus, quomodo Censorinus et Solinus et Macrobius cum fragmentis ex octauo Suetoni pratorum libro seruatis, quo in libro de temporibus expositum erat, conueniant, saepe aliae sententiae proferuntur in eis, quae Reifferscheidius illi libro ex Isidori de rerum natura libro restituere conatus est, quae causa erat cur Gruppeus et Kettnerus Suetonium illorum trium scriptorum auctorem fuisse negarent. Sed si fragmenta illa ex Isidoro sumpta perlustramus — sunt uero 113. 114. 116. 117. 118. 120. 121. 122. 123 — Suetonianam in eis latere doctrinam prorsus negandum est uel propter quaestionem de hebdomadibus fragm. 117, in qua nouicia Christianorum instituta cum ueteribus confusa sunt; deinde id a me impetrare non queo, ut Suetonium ueriloquia illa stolida et insana exhibuisse credam, quae sunt in fragmento 118; denique Suetonium uocabulum calendarum deriuasse a colendo, nonarum a nundinis, iduum a diebus aut edendo, quod fecit Isidorus in extremo fragmento 118, quouis pignore negauerim coll. Seru. ad Aen. VIII 654. Varr. l. l. VI 27 sq. Verr. Flacc. fast. Praen. Ian. I. Paul. 225. Fest. 173. Macrob. Sat. I 15.

E Censorino et Macrobio igitur potius Pratorum ille liber quam ex Isidoro restituendus est, praesertim cum de anno Romanorum, uti Suida teste Suetoni liber inscriptus erat, multa Censorinus et Macrobius et Solinus exhibuerunt, fere nihil Isidorus.

Quaenam denique Suetonius in illo libro de anno Romanorum Varroni debuerit, optime cognoscimus e Censorino, qui fontem et prudentissime et accuratissime exscripsit. Profert uero Varroniana haece, ut in eis acquiescam, de quibus dubitari omnino nequeat: de d. n. XIV 2—6 coll. § 2 et 6: ex Anti-

quitatibus rerum humanarum; XVII 5—8. 10 sq. 14 sq. coll. § 6. 8. 11. 14. 15: e libro de saeculis; XX 2—6 coll. § 2, XXI 1—5 coll. § 5, XXII 9—15 coll. § 10, XXIII 3—8 coll. Gell. III 2, 2 sqq. Varr. l. l. VI 4. Plin. VII 214, XXIV coll. Macr. I 3, 12 sqq. Varr. l. l. VI 5 ex Antiquitatibus rerum humanarum.

M. TERENTI VARRONIS

ANTIQUITATUM RERUM HUMANARUM LIBRORUM XXV

FRAGMENTA ET VESTIGIA QUAE EXSTANT.

INDEX LIBRORUM.

Censorini

de die natali liber rec. Hultsch.

D = cod. Darmstadiensis 166 saec. VII; d = manus correctoris.

V = cod. Vaticanus 4929 saec. X; V^2 = manus correctoris.

Charisi

artis grammaticae libri V rec. Keil, gramm. Lat. I.

N = cod. Biensis, nunc Neapolitanus

ω = ed. princ. Neapol. a. 1532.

Commenta Bernensia

in Lucanum rec. Usener.

Diomedis

artis grammaticae libri III rec. Keil, gramm. Lat. I.

A = cod. Parisinus 7494. B = cod. Parisinus 7493.

Dionysi Halicarnassensis

ἀρχαιολογία Ῥωμαϊκή rec. Kiessling.

A = cod. Chisianus

B^b = cod. Vrbinatis collatio Ritscheliana

B^h = cod. Vrbinatis collatio Hudsoniana

C = cod. Coislinianus.

Donati

commentarius in Terenti fabulas rec. Klotz.

ed. princ. sine loco et anno. ed. Veneta 1485.

Festi

de significatione uerborum rec. Müller.

cod. = Festi cod. Farnesiani scriptura ab Arndtsio relata
A. Aug. = ed. Antoni Augustini Venetiis 1559
Scal. = ed. Scaligerana 1565
U = Urs. = ed. Fului Vrsini Romae 1581.

Festi quaternio XVI rec. Mommsen.

R = cod. Vaticanus 1549 S = cod. Vaticanus 2731
P = cod. Politani, Monac. 86
E = ed. Pii, Mediolan. 1510.

Quae suppleuerunt uiri docti, inclinatis typis impressa sunt.

Gelli

noctes Atticae rec. Gronouius et rec. Hertz.

Reg. = codd. Regii duo Rot. = cod. Rottendorfianus
Linc. = cod. Lincolniensis Gryph. = ed. Gryphiana 1534.

Hieronymi

commentarius in genesin ed. Migne, patrologia Latina XXIII.
commentarius in epistolam ad Galatas ed. Migne, patrologia Latina XXVI.

Isidori

etymologiae rec. Otto apud Lindemann, gramm. Lat. III.

Z = cod. Zittauiensis
Gu 1 = cod. Guelferbytanus saec. XIV
Gu 2 = cod. Guelferbytanus saec. XI
Ar = ed. Areuali va = ed. princeps 1472.

Lactanti

diuinae institutiones ed. Migne, patrol. Lat. VI.

Lydi

quae supersunt rec. Bekker (corpus script. Byzant.).

Macrobi

Saturnalia rec. Eyssenhardt.

P = cod. Parisinus B = cod. Bambergensis
P^1B^1 = lectio codicum emendatione anterior
pb = lectio codicum emendata.

Martiani

de nuptiis philologiae et Mercuri rec. Eyssenhardt.

B = cod. Bambergensis D = cod. Darmstadiensis
R = cod. Reichenauensis.

Mythographi Latini

ex codicibus Vaticanis ab Angelo Maio primum editi, rec. Bode.

Noni Marcelli

de compendiosa doctrina, rec. Quicherat.

C = cod. Colbertinus 7667 H = cod. Harleianus
L = cod. Leidensis P = cod. Parisinus
Q = cod. Parisinus 7579 V = cod. Victorianus
W = cod. Guelferbytanus
A = ed. Aldina 1513 Gothof. = ed. Gothofredi 1585
I = ed. Iuni 1565 M = ed. Merceri 1614.

Quintiliani

institutio oratoria, rec. Bonnell.

Pauli

epitome Festi, rec. Müller.

M = cod. Monacensis Gu = cod. Guelferbytanus.

Phylargyri

commentarius in Vergili Georgica, rec. Lion.

Plini

naturalis historia, rec. Detlefsen.

B = cod. Bambergensis C = codd. DEFRV
D = cod. Vaticanus E = cod. Parisinus 6795
F = cod. Leidensis Lipsi R = cod. Riccardianus
V = cod. Leidensis Vossianus n. LXI r = codd. reliqui
v = lectio uulgata S = uaria scriptura in marg. ed. Geleni.

Plutarchi

quaestiones Romanae, rec. Dübner.
uita Romuli, rec. Sintenis.

Prisciani

institutiones grammaticae rec. Hertz, gramm. Lat. II sq. K.

R = cod. bibl. imp. Paris. 7496 B = cod. Bambergensis
D = cod. Bernensis H = cod. Halberstadiensis
G = cod. Sangallensis L = cod. bibl. publ. Lugd. Bat.
K = cod. Carolinensis rbdhglk = manus alterae.

Probi

commentarius in Vergili bucolica et georgica, rec. Lion.

Scholia Bernensia

ad Vergili bucolica et georgica, rec. Hagen.

B = cod. Bernensis 172 C = cod. Bernensis 167
M = ed. Mülleri.

Scholia Bobiensia

in Ciceronis orationes, rec. Orelli V.

cod. = Sangallensis *ἀρχέτυπος*, qui deperditus est.

Scholiasta

ad Lucanum, rec. Weber.

Serui

commentarius in Vergilium, rec. Lion.

R = Vergili cod. Regius Voss. = cod. Vossianus
L = cod. Leidensis Heinsi V = cod. Leidensis alter
C = cod. Ambrosianus.

Serui commentarius in Vergili Aneidos libros I—V, rec. Thilo.

B = cod. Bernensis K = cod. Corolinensis
L = cod. Lipsiensis H = cod. Hamburgensis
M = cod. Monacensis N = cod. Laurentianus
E = cod. Monacensis, olim Tegernseensis
D = cod. Dresdensis C = cod. Casselanus
P = cod. Parisinus F = cod. Bernensis, olim Floriacensis
G = cod. Bernensis T = cod. Bernensis, olim Turonensis
A = cod. Ambrosianus.

Interpolator Serui, qui dicitur, inclinatis typis impressus est.

Solini

collectanea rerum memorabilium, rec. Mommsen.

H = codd. Heidelbergensis et Bernensis h = cod. Heidelb. saec. XI

L = cod. Leidensis B = cod. Basileensis

S = cod. Sangallensis A = cod. Angelomontanus

P = cod. Parisinus.

Valeri Maximi

factorum et dictorum memorabilium libri, rec. Kempf.

A = cod. Bernensis B = cod. Vindobonensis

C = cod. Berolinensis D = cod. Berol. alter

E = cod. Guelferbytanus Γ = cod. Guelf. abbreuiatus

Par. = cod. Vat. epitomae Iuli Paridis editae ab A. Maio

Torr. = uulgata scriptura enotata ex exemplo Torreniano.

Vetus interpres

Vergili, e cod. Veronensi palimpsesto editus ab A. Maio.

Quae suppleuerunt uiri docti, inclinatis typis impressa sunt.

Asteriscus eorum fragmentorum numeris adscriptus est, quae cum solo Varronis nomine, omisso operis titulo, tradita sunt, ** significat fragmentum Varronis nomine omisso.

Numeri uncinis inclusi, fragmentis additi, sunt Bipontinae editionis.

Liber I.

De rebus humanis communiter.

I (1).

Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori ignotus.

II (2).

Ut habent Parii, qui uocantur ὀφιογενεῖς, et in Africa Psylli, quorum ophiogenis cum arbitrantur subpositum esse in stirpe aliquem, ei admouent, ut pungat, colubram: cum pupugerit, si de genere sit, uiuere, si non sit, mori.

III (3).

Admota aspis cum pupugerit, si non occidat, sciat, ex Psyllorum esse gente.

I, I. Gell. XIII 17, 3: 'Itaque uerba posui Varronis e libro rerum humanarum primo, cuius principium hoc est: Praxiteles' e. q. s. II sq. Prisc. X 6, 32 (II 524 K): 'Tango' praeterea 'tetigi' facit et 'pungo' 'pupugi uel 'punxi'. Varro in I humanarum: ut habent — mori. In eodem: admota e. q. s.

---

3 Pharii *RB* farii *DHGLK* ὀφιογενεῖς *om. DK add. d* ΟΦΙΤΕΝΕΙΣ *r* ΟΦΙΟΤΕΝΕΙΣ *G* affrica *k* 4 psilli *BGLK* Psyllos *Muretus uar. lect. II 2* ophiogenistum *D* ophyogenistum *R* ophioginistum (uel origenistum) *G* ophiogenistum *BH* ophioginistum *L* aphiaginistum *K* ophiogenis cum *3* suppositum *BDGLK* esse *om. K* 5 stirpem *B* si admoueant (amoueant (d) *Rr* ammoueant *DHGL* an moueant *K*) ut pungat (pungat (N) *Rr*) colubra *libri, corr. Muret.* 6 degenera (e) *Dd* uiuimus *G* 7 ammota *BDHGLK* aspicũ (s) *Hh* 8 psillorum *BLK* styrpe *RD*

IV* (4).

Plin. n. h. VII 13: 'Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse, quos Ophiogenes uocat, serpentium ictus contactu leuare solitos et manu imposita uenena extrahere corpori. Varro etiamnum esse paucos ibi, quorum saliuae contra ictuus serpentium medeantur. Similis et in Africa Psyllorum gens fuit'.

V.*

Eo ut solent Hirpini, qui ambulaturi per ignem medicamento plantas tingunt.

VI.*

Plin. VII 75: 'Manium Maximum et M. Tullium equites Romanos binum cubitorum fuisse auctor est M. Varro'.

VII.*

Plin. VII 81: 'Corpore uesco sed eximiis uiribus Tritanum in gladiatorio ludo, Samnitium armatura celebrem, filiumque eius militem Magni Pompei, et rectos et trauersos cancellatim toto corpore habuisse neruos, in brachiis etiam manibusque, auctor est Varro in prodigiosarum uirium relatione, atque etiam hostem ab eo ex prouocatione dimicantem inermi dextera uno digito superatum et postremo correptum in castra tralatum'. Cf. Solin. I 75 sq.

VIII.*

Rusticelius Hercules appellatus mulum suum tollebat, Fufius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducenaria duo umeris contra scalas ferebat.

V Seru. Aen. XI 787: 'Varro, ubique expugnator religionis, ait, cum quoddam medicamentum describeret: eo' e. q. s. VIII Plin. VII 83: 'Idem M. Varro: Rusticelius, inquit, Hercules' e. q. s.

---

7 eo uti solent *al.* me dicantes *R* 11 uasto F^2 utesco *R* utescos *r* uesco E^2F^1 tritanum E^2 tributanum F^2 *in ras. r. v.* Tritannum *Solini codd.* 15 prodigiosa *Cv, corr. Ianus uol. II p. IX.* elatione *E* selatione *r* in relatione prodigiosae fortitudinis *Solini codd.* 16 dimicante *r* 19 Rusticellus *C, corr. Detlefsen. rh. m. XVIII 235.*

IX.*

Plin. VII 85: 'Oculorum acies uel maxime fidem excedentia inuenit exempla. In nuce inclusam Iliadem Homeri carmen in membrana scriptum tradit Cicero. Idem fuisse, qui peruideret $\overline{\text{CXXXV}}$ passuum. Huic et nomen M. Varro reddit, Strabonem uocatum. Solitum autem Punico bello a Lilybaeo Siciliae promunturio exeunte classe e Carthaginis portu etiam numerum nauium dicere'. Cf. Solin. I 99.

X.*

Plin. VII 176 sq.: 'Varro quoque auctor est uigintiuiro se agros diuidente Capuae quendam qui efferretur foro domum remeasse pedibus. Hoc idem Aquini accidisse. Romae quoque Corfidium materterae suae maritum funere locato reuixisse et locatorem funeris ab eo elatum. Adicit miracula, quae tota indicasse conueniat: e duobus fratribus equestris ordinis Corfidis maiori accidisse ut uideretur expirasse, apertoque testamento recitatum heredem minorem funeri institisse, interim eum qui uidebatur extinctus plaudendo conciuisse ministeria et narrasse a fratre se uenisse, commendatam sibi filiam ab eo, demonstratum praeterea quo in loco defodisset aurum nullo conscio, et rogasse ut iis funebribus quae comparasset efferretur. Hoc eo narrante fratris domestici propere adnuntiauere exanimatum illum, et aurum ubi dixerat repertum est'.

XI.

Seru. Aen. VIII 564: 'Herculis mos fuit, ut etiam non rogatus laborantibus subueniret. Tunc enim, sicut Varro dicit, omnes qui fecerant fortiter, Hercules uocabantur. Licet eos primo XLI enumerauerit. Hinc est, quod legimus Herculem Tirynthium, Argillum, Thebanum, Libyum'. Cf. Mythogr. Vatic. III 13, 8.

---

8 se agro E^2 saegro E^1F segro *r, corr. Robertus Crikeladensis* 25 XLI] *Krahner. p. 15* XLIV *Guelf. I* CXLIII *V. Lips.* XLIII *Lion. Mythogr.* 26 Libyn, Libim, Lybim, Libym *codd. Burm.*

XII (5).

Murrata potione usos antiquos indicio est, quod etiam nunc Aediles per supplicationes diis addunt ad puluinaria, et quod duodecim tabulis cauetur, ne mortuo indatur.

XIII.*

Seru. Aen. VII 601: 'Varro uult morem communem consensum omnium simul habitantium, qui inueteratus consuetudinem facit'.

Liber II.

De Aboriginibus et Latinis.

I.

Schol. Bob. in Cic. or. pro Sestio, V 2, 299 Or.: 'Fuit rex antiquissimus Atheniensium Erechtheus non longe a principalibus, qui in eadem ciuitate regnauerant; nam primus omnium Cecrops; dein Cranaus; tertio Amphictyon; post hunc Erichthonius; qui feruntur ex terra editi; item Pandion et Erechtheus, cuius filiae uirgines, cum graui bello Athenae oppugnarentur nec ulla spes salutis ostenderetur, sumptis infulis ad aram steterunt: nam ita responsum erat, ut salus patriae iam desperata hoc genere piaculi compararetur. Auctor est exempli Varro libro humanarum secundo'.

II.*

Macr. Sat. I 7, 28—31: 'Pelasgi, sicut Varro memorat, cum sedibus suis pulsi diuersas terras petissent, confluxerunt plerique Dodonam, et incerti quibus haererent locis, eiusmodi accepere responsum:

XII Fest. 158[2] 22: Murrata — indatur, ut ait Varro in Antiquitatum L. I.

2 edilis *cod.* dis *cod. corr. Urs.* 8 Recthaeus *cod.* 9 quin *cod.* 11 edi *cod.* Erechtheus] *cod.* 12 Athenaeo *cod.* 13 intulis *cod.* 20 accipere B^1 *post* responsum *uacant duo uersus et dimidius pergitque* acceptaque *Graecis omissis P*

στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατούρνιον αἶαν
ἠδ' Ἀβορειγενέων, Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται,
οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμπετε Φοίβῳ
καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα

acceptaque sorte cum Latium post errores plurimos appulissent, in lacu Cutiliensi enatam insulam deprehenderunt. Amplissimus enim caespes, siue ille continens limus seu paludis fuit, coacta compage, uirgultis et arboribus in siluae licentiam comptus, iactantibus per amnem fluctibus uagabatur; ut fides ex hoc etiam Delo facta sit, quae celsa montibus, uasta campis, tamen per maria migrabat. Hoc igitur miraculo deprehenso has sibi sedes praedictas esse didicerunt uastatisque Siciliensibus incolis occupauere regionem, decima praedae secundum responsum Apollini consecrata erectisque Diti sacello et Saturno ara: cuius festum Saturnalia nominauerunt. Cumque diu humanis capitibus Ditem et uirorum uictimis Saturnum placare se crederent propter oraculum, in quo erat

καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα,

Herculem ferunt postea cum Geryonis pecore per Italiam reuertentem suasisse illorum posteris, ut faustis sacrificiis infausta mutarent inferentes Diti non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata, et aras Saturnias non mactando uiro, sed accensis luminibus excolentes, quia non solum uirum, sed et lumina 'φῶτα' significat. Inde mos per Saturnalia missitandis cereis coepit'.

III.*

Seru. Aen. VIII 600: 'De his (Pelasgis) uaria est opinio. Nam alii eos ab Atheniensibus, alii a Laconibus, alii a Thessalis dicunt originem ducere, quod est propensius. Nam multas

---

1 *ΣΤΕΧΕΤΕ B Σ.ΚΕΛΟΝΣΑΤΟΥΝΙΟΝΑΙ* (fuit I) A B* 2 *ΟΥ P ΟΙ B* 3 *ΑΝΑΜΕΙΧΘΕΝΤΕΣ B* 4 *ΑΔΑΗΙ B* 7 ceſpes *BP* 9 omnem *B* 10 tam *add. b* 11 ambulabat *P* 14 respon|pum B^1 18 *ΑΙΔΗΙ P ΑΔΗ. B ΠΗΜΠΕΤΕ*ΦΩΤΑ (uid. fuisse Σ) P* 19 gerionis *b* regionis *B* 21 hominus apita *ut uidetur B* 23 uiros *p* accensos B^1 24 fota *BP* 25 cepit *P*

in Thessalia Pelasgorum constat esse ciuitates. Hi primi Italiam tenuisse perhibentur. *Philochorus ait, ideo nominatos Pelasgos, quod uelis et uerno tempore aduenire uisi sunt ut aues. Hyginus dicit Pelasgos esse, qui Tyrrheni sunt. Hoc etiam Varro commemorat*'. Cf. Isid. et. IX 2, 74.

IV.*

Lact. diu. inst. I 21: 'Apparet tamen antiquum esse hunc immolandorum hominum ritum, siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificii cultus est, non quidem ut homo ad aram immolaretur, sed uti in Tiberim de ponte Miluio mitteretur, quod ex responso quodam factitatum Varro auctor est, cuius responsi ultimus uersus est talis:

καὶ κεφαλὰς Ἀΐδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Quod quia uidetur ambiguum, et fax illi et homo iaci solet. Verum id genus sacrificii ab Hercule, cum ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente, ut pro ueris hominibus imagines iacerentur ex scirpo'.

V (3).

Macr. III 12, 3 sq.: 'Constat quidem nunc lauro sacrificantes apud aram Maximam coronari, sed multo post Romam conditam haec consuetudo sumpsit exordium, postquam in Auentino Lauretum coepit uirere, quam rem docet Varro humanarum libro secundo. E monte ergo proximo decerpta laurus sumebatur operantibus, quam uicina offerebat occasio'.

Cf. Seru. Aen. VIII 276: '*Lauro coronari solebant, qui apud aram Maximam sacra faciebant, sed hoc post urbem conditam coepit fieri, neque alia fronde circumdat caput praetor urbanus, qui Graeco ritu sacrificat. Sed poeta ad illud tempus retulit, quo Euander apud aram Maximam sacra celebrauit. Varro enim rerum humanarum docet in Auentino institutum Lauretum, de quo proximo monte decerpta laurus sumebatur ad sacra*'.

---

2 Filiocorus *codd.* 21 in monte *b*

VI.*

Seru. Aen. XI 306: '*Varro et ceteri inuictos dicunt Troianos, qui per insidias oppressi sunt; illos enim uinci affirmant, qui se dedunt hostibus*'.

VII.

Seru. Aen. III 167: '*Graeci et Varro humanarum rerum Dardanum non ex Italia, sed de Arcadia urbe Pheneo oriundum dicunt*.'

VIII (2).

Macr. Sat. III 4, 7: 'Varro humanarum secundo Dardanum refert deos Penates ex Samothrace in Phrygiam, et Aeneam ex Phrygia in Italiam detulisse. Qui sint autem dii Penates, in libro quidem memorato Varro non exprimit'.

Cf. Seru. Aen. I 378: '*Varro deos Penates quaedam sigilla lignea uel marmorea ab Aenea in Italiam dicit aduecta, cuius rei ita Vergilius meminit . . . . . Idem Varro hos deos Dardanum ex Samothraca in Phrygiam, de Phrygia Aeneam in Italiam memorat portauisse*'. Cf. III 148.

IX.

Vetus interpres ad Aen. II 717 ed. Mai.: 'Varro secundo humanarum refert Aeneam capta Troia arcem cum plurimis occupasse magnaque hostium . . . . *obtinuisse* obeundi potestatem. Ita . . . . auferre. Cumque circa *arma* opesque alias ceteri morarentur, Aeneam patrem suum collo *extulisse*; *mirantibus*que Achiuis hanc pietatem, redeundi Ilium copiam datam, ac deos Penates ligneis sigillis uel lapideis, terrenis quoque Aeneam . . . . quam rem Graecos stupentes omnia sua auferendi potestatem dedisse, eaque . . . . — *Att*icus de patre consentit, de Penatibus negat, sed ex Samothracia in Italiam deuectos. Contra quam opinionem refertur . . . . a Vestae, incensis deae eius aris, ex ruinis Troicis liberata. Additur etiam a L. Cassio

---

5 ex Arcadia urbe Phineo *A* 8 samathrace B^1 frigiã *P* frygiam *B* 9 ex frygia *b* & frygiam *B* ex troia *P* 17 historiarum *cod.* annalium *coni. Lion coll. Charis. p. 81, 17 P*

Censorio, miraculo magis Aeneam patris .... rem inter hostes intactum properauisse. Item Varro humanarum libro II ait: Ilio capto .... *Pen*atibus umeris impositis erupisse duosque filios Ascanium et Eurybatem bracchio eius innixos ante ora hostium prae....s etiam ei naues, concessumque, ut quas uellet de nauibus securus ueheret'.

Cf. Seru. Aen. II 636: '*Varro rerum humanarum ait permissum a Graecis Aeneae, ut euaderet et quod carum putaret auferret; illum patrem liberasse, cum illi, quibus similis optio esset data, aurum et argentum abstulissent. Sed Aeneae propter admirationem iterum a Graecis concessum, ut quod uellet auferret; illum, ut simile, quod laudatum fuerat, faceret, deos Penates abstulisse; tunc ei a Graecis concessum, ut et quos uellet secum et sua omnia liberaret*'.

X.

Seru. Aen. I 382: 'Varro in secundo humanarum dicit: ex quo de Troia est egressus Aeneas, Veneris eum per diem cotidie stellam uidisse, donec ad agrum Laurentum ueniret, in quo eam non uidit ulterius; qua re terras cognouit esse fatales'. Cf. II 801. Myth. Vat. III 11, 5.

XI.*

Seru. Aen. IV 682: '*Varro ait non Didonem, sed Annam amore Aeneae inpulsam se supra rogum interemisse*'. Cf. V 4.

XII.*

Seru. Aen. III 349: *Varro Epiri se fuisse dicit et omnia loca hisdem dici nominibus, quae poeta commemorat, se uidisse, unde apparet haec non esse fabulata. Idem etiam Varro Troiam*

---

2 Varro *om. cod. add. Mai* historiarum libro .I. *cod.* humanarum II *corr. Niebuhr. hist. Rom. I 213* 7 sqq. Varro ait concessum Aeneae a Graecis, ut et quos uellet secum et sua omnia liberaret *P* 12 ille *C, corr. Thilo* 15 diuinarum *codd., corr. Krahner p. 16 ann. 19* 16 egressus est *L* acgressus *C* egresus *H* eum C^2 eam *C* 17 ad *om. LH, add. l* laurentem agrum *C* 18 qua re ei *C* cognouit terras *BM* 21 super *F* interimisse *F* 22 epyri *F* 23 dicta *Ritschl mus. rhen. VI 500* 24 idem] id est etiam *F* Varro Troiam ab Aenea sua ab eius comitibus byopato

Epiri ab Aenea siue a comitibus eius nuncupatam docet, ubi Troiana classis Aeneam exspectasse sociosque eius castra in tumulis habuisse memoratur, quae ex illo tempore Troiana appellantur'.

XIII.*

Seru. Aen. III 279: '*Varro enim templum Veneri ab Aenea conditum, ubi nunc Leucas est, dicit: quamuis Menander et Turpilius comici a Phaone Lesbio id templum conditum dicunt*'.

XIV.*

Seru. Aen. IX 7: '*Hanc (scil. urbem) Castrum Laurens ait dici Varro, oppidum tacet; sed ubi primum Aeneas egressus sit, eum locum Troiam nuncupari tradit*'.

XV.*

Isid. etym. XVIII 50: 'Saltatores autem nominatos Varro dicit ab Arcade Salio, quem Aeneas in Italiam secum adduxit, quique primo docuit Romanos adolescentes nobiles saltare'.

XVI.*

Seru. Aen. IV 427: 'Sciendum sane Varronem dicere Diomedem eruta Anchisae ossa filio reddidisse'.

XVII.*

Plin. XIV 88: 'M. Varro auctor est Mezentium Etruriae regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse uini mercede, quod tum in Latino agro fuisset'.

XVIII.*

Seru. Aen. III 392: '*Varro dicit etiam hoc signi fuisse, quod cum etiam alterius coloris porci in fetu huius porcae fuerint, albi tantummodo circa ubera sint reperti*'.

---

nuncupatam dicit *A* 1 eius byopator nunc. *F* byopatam *T* Biopatora *Masvicius* Gya et Patrone *Kiessling. de Dion. Hal. auct. Lat. p. 40 coll. Dion. I 51.* *Βουθρωτόν Bursian. Graec. geogr. I 18. Thilo putat in margine adscriptum fuisse* Syt. pratōr. *i. e.* '*Suetonius pratorum*' *coll. Reifferscheid. ad Suet. 436* 2 claus *F* 3 memorat *T* troia appellatur *T* 6 ubi et leucata mons est *T* ubi nunc Leucate *A* leucasē *F* Leucatem *Daniel, corr. Hagen* 12 secum in Italiam *va* 16 M. *om. D* 20 infectum *F* in foetu *Daniel* 21 tamen modo *Hagen*

XIX (1).

Litterisque ac laudibus aeternare. 1

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

20. de Siculis de l. L. V 101,

21. de depontanis in Sexagessi satura teste Nonio 86, 20,

22. de Euandro et Arcadibus in libris de origine linguae Latinae teste Lydo mag. I 5 p. 125 Bekk.,

23. de Palladio in libris de familiis Troianis teste Seruio ad Aen. II 166 coll. V 704,

24. de Lauinio et Alba Longa de l. L. V 144, de r. r. II 4, 18.

Liber III.

De ceteris Italiae gentibus.

I.*

Sabini dicti, quod ea gens praecipue colat de(*os*, *id est*, 2 *ἀπὸ τοῦ*) *σέβεσθαι*.

II.*

Seru. Aen. III 334: '*Varro filiam Campi Campam* dictam, unde prouinciae nomen; post uero, sicut dictum est, Chaoniam 5 ab Heleno appellatam, qui fratrem suum Chaonem, uel ut alii dicunt comitem, dum uenaretur, occiderat'.

XIX Non. 75, 16 M: 'Aeternare. Varro rerum humanarum lib. II: litterisque' e. q. s.

III, I Fest. 343^{2} 32: 'Sabini dicti, ut ait Varro .... quod' e. q. s. (Varro Terentius suppl. Ursinus, Müller putat Varronis opus appellatum fuisse).

---

1 litterisque claudibus *P* 2 gens p̃p *cod.* $\overline{\text{PP}}$ *uulgo* penates *interpretatur Ursinus, ut in denariis argenteis. Deleui ut sigillum sequentis uerbi* '*praecipue*' 4 campam *F* Campaniam *Daniel* Varro ait filiam Campi Campam dictam, unde prouinciae nomen *A* 5 caoniam *F, corr. Masvicius* 7 uenerator *F, corr. Daniel*

III.*

Seru. Aen. I 532: 'Oenotria autem dicta est uel a uino optimo, quod in Italia nascitur, uel, ut Varro dicit, ab Oenotro, rege Sabinorum. Alii *Itali fratrem Oenotrum* tradunt ex Arcadia in Italiam uenisse cum Pelasgis et eam sibi cognominem fecisse'.

IV (3).

Postea cum his una rem publicam coniuncti congermanitate tenuere.

V (1).

Postquam adoluerunt haec iuuentus.

VI (2).

Gentis Salentinae nomen tribus e locis fertur coaluisse, e Creta, Illyrico, Italia. Idomeneus e Creta oppido Lyctio

IV Non. 90, 16: 'Congermanescere, coalescere, coniungi uel consociari. Quadrigarius .... Varro rerum humanarum lib. III: postea' e. q. s. V Prisc. IX 10, 53 = II 489 K: 'In 'leo' desinentia, si ante l aliam consonantem habuerint coniunctam ei in eadem syllaba, et ab 'oleo' uel 'leo' composita per 'ui' syllabam faciunt praeteritum perfectum .... Varro tamen etiam 'adolui' protulit in libro III humanarum: postquam' e. q. s. (in libro III rhetoricum DHGK rephoricorum R retoricorum BH rethoricorum Riccobonus de historia p. 277 ed. 1579 antiquitatum rerum humanarum libro III Aus. Popma Varr. opp. p. 174 ed. 1601). VI Prob. ad Verg. Bucol. VI 31: 'Idem Vergilius in III Aeneid. ubi primum Italiam, quo auspicati sunt, ac templum in arce Mineruae, conditum ab Idomeneo et Salentinis. De qua re haec tradit Varro, qui (sic Menippeus, non a magistro, cuius actas longe praecesserat, nominatus, sed a societate ingenii, quod is quoque omnigeno carmine satiras suas expoliuerat) in tertio rerum humanarum refert: Gentis' e. q. s.

OINOΤ

1 uino *B* 2 optimo id est *οἴνῳ D* 3 sqq. Alii *e. q. s.*] *uulgo* quod in Italia nascitur † que alii partem italie oenotriam tradunt et arcadia profectum in Italiam uenisse et eam s. c. f. *P* Sabinorum † quia alii partem Italiae Oenotriam tradunt ex Arcadia profectum in Italiam u. *Thilo* Sabinorum, quamuis alii partem tantum Italiae Oenotriam tradunt. Alii dicunt Oenotrum ex Arcadia *Schöll. coll. Dion. Hal. I 11 sqq.* 6 et congermanita tenuere *HL* congermanitate nuere *P* et congermani ten. *W 1 marg. M* et congermaniti *ed. 1476, I* 8 adoluerint *R* adoluerit *h* adoluerunt *r*

pulsus per seditionem bello Magnensium cum grandi manu ad regem Clinicum uenit ad Illyricum; ab eo item accepta manu cum Locrensibus plerisque profugis in mari coniunctus amicitiaque per similem causam sociatis, Locros appulit, uacata eo metu urbe, ibique possedit aliquot oppida et condidit: in queis Vria et Castrum Mineruae nobilissimum. In tres partes diuisa copia, in populos duodecim Salentini dicti, quod in salo amicitiam fecerint.

VII.*

Vet. interpr. ad Verg. Aen. X 183: 'Varro putat Caere oppidum Etruriae Pelasgis, cum sitientes inuentum flumen proximum .... salutassent χαῖρε, atque ea causa id uocabulum oppido datum'.

VIII.*

Seru. Aen. IX 710: '*Postumius de aduentu Aeneae et Lutatius communium historiarum Boiam Euximi comitis Aeneae nutricem et ab eius nomine Boias uocatas dicunt. Veteres tamen portum Baias dixisse Varro et a Baio, Vlixis comite, qui illic sepultus est, Baias dictas tradit*'.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

9. de Samnitibus de l. L. VII 29,

10. de Sabinis de r. r. III 1, 6.

Liber IV.

De urbis Romae conditoribus et primis incolis.

I.*

Solin. I 17: 'Nam, ut adfirmat Varro auctor diligentissimus, Romam condidit Romulus, Marte genitus et Rea Siluia, uel ut nonnulli Marte et Ilia: dictaque primum est Roma quadrata, quod ad aequilibrium foret posita'.

---

19 Rhea *LAP* hrea *H* hera *B* rea *S* 20 est *om. A*

II.*

Plut. quaest. Rom. XXVII: ‘*Διὰ τί πᾶν τεῖχος ἀβέβηλον καὶ ἱερὸν νομίζουσι, τὰς δὲ πύλας οὐ νομίζουσιν; Ἢ, καθάπερ ἔγραψε Βάῤῥων, τὸ μὲν τεῖχος ἱερὸν δεῖ νομίζειν, ὅπως ὑπὲρ αὐτοῦ μάχωνται προθύμως καὶ ἀποθνήσκωσιν; Οὕτω γὰρ δοκεῖ καὶ Ῥωμύλος ἀποκτεῖναι τὸν ἀδελφὸν, ὡς ἄβατον καὶ ἱερὸν τόπον ἐπιχειροῦντα διαπηδᾶν καὶ ποιεῖν ὑπερβατὸν καὶ βέβηλον. Τὰς δὲ πυλὰς οὐχ οἷον τ᾽ ἦν ἀφιερῶσαι, δι᾽ ὧν ἄλλα τε πολλὰ τῶν ἀναγκαίων καὶ τοὺς νεκροὺς ἐκκομίζουσιν. Ὅθεν οἱ πόλιν ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίζοντες, ὅσον ἂν μέλλωσι τόπον ἀνοικοδομεῖν, ἐπίασιν ἀρότρῳ, βοῦν ἄῤῥενα καὶ θήλειαν ὑποζεύξαντες. Ὅταν δὲ τὰ τείχη περιορίζωσι, τὰς τῶν πυλῶν χώρας διαμετροῦντες τὴν ὕννιν ὑφαιροῦσι καὶ μεταφέρουσιν οὕτω τὸ ἄροτρον, ὡς τὴν ἀρουμένην πᾶσαν ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἐσομένην*’.

III.

Quint. I 6, 12: ‘Varro in eo libro, quo initia Romanae urbis enarrat, lupum feminam dicit Ennium Pictoremque Fabium secutus’.

IV.*

Fest. 270[1] 21: ‘*Ruminalem ficum appel*)latam ait Varro (*prope Curiam sub Veter*)ibus, quod sub ea ar(*bore lupa a monte decurrens*) Remo et Romulo (*mammam praebuerit. Mamm*)a autem rumis di(*cebatur*)’.

V.*

Seru. Aen. V 560: ‘Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Titum Tatium a Lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilia postulasse. Vnde quidam uenit cum exercitu; cui recepto iam Tatio, pars urbis est data: a quo in urbe Tuscus dictus est uicus.

VI.*

Dion. Hal. II 47: ‘*Οὐάῤῥων δὲ Τερέντιος τοῦτ᾽ αὐτοῖς τὸ μέρος (scil. τοὺς ἡγεμόνας τὰς φράτρας ἐπωνύμους τῶν*

23 lucumonibus *F* id est *F* 24 erectu *H* 25 Tatio *om. M* ubi *N* ubis *H* urbis *n* a quo] *F:* quo *NL* que *H* unde *M* Tuscis *F* uscus *H*

γυναικῶν ποιῆσαι) οὐχ ὁμολογεῖ, παλαίτερόν τι λέγων ἐπὶ ταῖς κουρίαις τεθῆναι τὰ ὀνόματα ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου κατὰ τὴν πρώτην τοῦ πλήθους διαίρεσιν, τὰ μὲν ἀπ' ἀνδρῶν ληφθέντα ἡγεμόνων, τὰ δ' ἀπὸ τόπων· τὰς δ' ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξελθούσας γυναῖκας οὐ τριάκοντα εἶναί φησιν, ἀλλὰ πεντακοσίας τε καὶ τριάκοντα τριῶν δεούσας· οἴεταί τε οὐδ' εἰκὸς εἶναι τοσούτων γυναικῶν τιμὴν ἀφελουμένους τοὺς βασιλεῖς, ὀλίγαις ἐξ αὐτῶν δοῦναι μόναις'.

VII.*

Dion. II 48: 'Ἐν τῇ Ῥεατίνων χώρᾳ, καθ' ὃν χρόνον Ἀβοριγῖνες αὐτὴν κατεῖχον, παρθένος τὶς ἐπιχωρία τοῦ πρώτου γένους εἰς ἱερὸν ἦλθεν Ἐνυαλίου χορεύσουσα· τὸν δ' Ἐνυάλιον οἱ Σαβῖνοι, καὶ παρ' ἐκείνων Ῥωμαῖοι μαθόντες, Κυρῖνον ὀνομάζουσιν, οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν τὸ ἀκριβὲς, εἴτε Ἄρης ἐστὶν, εἴτε ἕτερός τις ὁμοίας Ἄρει τιμὰς ἔχων. Οἱ μὲν γὰρ ἐφ' ἑνὸς οἴονται θεοῦ πολεμικῶν ἀγώνων ἡγεμόνος ἑκάτερον τῶν ὀνομάτων κατηγορεῖσθαι· οἱ δὲ κατὰ δύο τάττεσθαι δαιμόνων πολεμιστῶν τὰ ὀνόματα. Ἐν δὲ τοῦ Θεοῦ τῷ τεμένει χορεύουσα ἡ παῖς ἔνθεος ἄφνω γίνεται, καὶ καταλιποῦσα τὸν χορὸν εἰς τὸν σηκὸν εἰστρέχει τοῦ Θεοῦ. Ἔπειτα ἐγκύμων ἐκ τοῦ δαίμονος, ὡς ἅπασιν ἐδόκει, γενομένη τίκτει παῖδα, Μόδιον ὄνομα, Φαβίδιον ἐπίκλησιν· ὃς ἀνδρωθεὶς μορφήν τε οὐ κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ δαιμόνιον ἴσχει, καὶ τὰ πολέμια πάντων γίνεται λαμπρότατος· καὶ αὐτὸν εἰσέρχεται πόθος οἰκίσαι πόλιν ἐφ' ἑαυτοῦ. Συναγαγὼν δὴ χεῖρα πολλὴν τῶν περὶ ἐκεῖνα τὰ χωρία οἰκούντων, ἐν ὀλίγῳ πάνυ χρόνῳ κτίζει τὰς καλουμένας Κύρεις· ὡς μέν τινες ἱστοροῦσιν, ἐπὶ τοῦ δαίμονος, ἐξ οὗ γενέσθαι ὁ λόγος αὐτὸν εἶχε, τοὔνομα τῇ πόλει θέμενος· ὡς δ' ἕτεροι γράφουσιν, ἐπὶ τῆς αἰχμῆς· Κίρεις γὰρ οἱ Σαβῖνοι τὰς αἰχμὰς καλοῦσιν. Ταῦτα μὲν οὖν Τερέντιος Οὐάρρων γράφει'.

---

2 *ἐν ταῖς κ. libri, corr. Sintenis p. 27* 4 *ἀπὸ πάντων libri, corr. Sintenis l. l.* 5 *φασιν B* 6 *τρισὶ δεούσαις libri, corr. Sintenis* 11 *χορεύουσα libri, corr. Reiske* 14 *ὅμοιος B* 17 *ἐν δὴ mauolt Ambrosius* 20 *Μέδιον — Φίδιον coni. Portus* 24 *ἀφ' B* 27 *ὁ λόγος] articulum addidit Ambrosius*

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

8. de Etrusco ritu urbium condendarum de l. L. V 143,

9. de Romuli ciuitate in I libro de uita p. R. teste Non. 490,

10. de Sabinis acceptis in montem Auentinum teste Seru. Aen. VII 657,

11. de Quiritibus de l. L. VI 68.

Liber V.

De ciuibus Romanis.

I.*

1 Seru. Aen. I 740: 'Proceres autem ideo secundum Varronem principes ciuitatis dicuntur, quia eminent in ea, sicut in aedificiis mutuli quidam, hoc est capita trabium, quae proceres nominantur'.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

2. de uita rustica ueterum Romanorum de r. r. II praef. § 1—4,

3. de heredio de r. r. I 10, 2,

4. de centuria de l. L. V 35,

5. de urbis regionibus in primo de uita p. R. libro teste Non. 43.

Liber VI.

De regibus.

I.*

5 Seru. Aen. XII 7: 'Latrones uocantur conducti milites. Moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet et *eos* primos mitteret ad omne discrimen .... Varro tamen dicit,

---

3 mutali *L* mutili *l*

hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut latrones dicti sint quasi laterones, quod circa latera regum sunt, quos nunc satellites uocant'.

II.*

Fest. 355 [2] 17: 'Tuscum uicum ce(*teri quidem omnes scrip*)tores dictum aiunt ab(*iis, qui Porsena rege*) discedente ab obsi(*dione e Tuscis remanserint*) Romae, locoque iis dato (*habitauerint; aut quod Volci*)entes fratres Caeles et Vibenn(*a, quos dicunt regem*) Tarquinium Romam secum max(*ime adduxisse, eum colue*)rint. M. Varro, quod ex Coe(*lio in eum locum deducti*) sint'.

III (libri V fr. 2).

Plin. XIII 87: 'Eosque (*scil. Numae libros*) combustos a Q. Petilio praetore, quia philosophiae scripta essent. Hoc idem tradit Piso Censorius primo commentariorum, sed libros septem iuris pontificii totidem Pythagoricos fuisse, Tuditanus tertio decumo Numae decretorum fuisse, ipse Varro humanarum antiquitatum VI, Antias II libros fuisse XII pontificales Latinos, totidem Graecos praecepta philosophiae continentes. Idem tertio et S. C. ponit, quo comburi eos placuerit'.

IV.*

Lyd. de mag. praef. p. 119 B: '*Τὰ γὰρ ἐπίσημα τῶν ἀρχόντων ἀπὸ Θούσκων λαβὼν ὁ βασιλεὺς Νουμᾶς τῇ πολιτείᾳ εἰσήγαγεν, ὥσπερ καὶ τῶν ὅπλων τὸ δύσμαχον ἀπὸ Γαλατῶν. Καὶ μάρτυρες μὲν τούτων ὅ τε Καπίτων καὶ Φοντήϊος, ἐξ ὧν καὶ ὁ διδασκαλικώτατος Οὐάῤῥων Ῥωμαῖοι πάντες· μεθ' οὓς Σαλούστιος οὗτος ὁ ἱστορικὸς ἐπὶ τῆς πρώτης ἱστορίας σαφῶς ἀναδιδάσκει*'.

---

4 ce-] *Urs.* co- *uulgo* 5 iis qui] *Müll.* eo quod *Scal.* descendente *cod., corr. A. Aug.* 6 his *cod., corr. Müll.* 6. 7 ibi habitauerint Veientes *Urs., corr. Müll. Etrusc. rer. p. 117* 8 sq. quos — coluerint] *Müll. coll. Tac. ann. IV 65* unde post eiecti, quod Tarqu. R. s. m. reducere cupierint *Urs.* secum] secuti *Niebuhr H. R. I 394* 14 totidemque *R* 15 ipse] *MC* libros XII fuisse ipse *v* 16 VI] *D* sexto *E* VII *reliqui* XII] ex his *DE*

V (2).

'Pro censu classis iuniorum' Ser. Tullius cum dixit in descriptione centuriarum, accipi debet in censu.

VI (1).

Praerogatiuae centuriae dicuntur, quo rustici Romani, qui ignorarent petitores, facilius eos animaduertere possent.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

7. de Quirino de l. L. V 73,

8. de Tullo Hostilio et Anco in primo de uita p. R. libro teste Non. 531.

9. de assiduis et proletariis ibidem teste Non. 67.

Liber VII.

De magistratibus.

I.

M. Fuluius Nobili)or, cum M. (*Aemilio Lepido censor factus, cum ei*) admodum i(*nimicus antea exstitisset, saepeque iu*)dicia cum e(*o ipsi fuissent, a re publica aliena existimans odia,*) quae in pri(*uata uita exercuerat, eo delato mune*)re homini (*inimicitias statim remisit: quod eius animi*) iudicium fu(*it omnibus gratum et probatum. A. Postu*)mius Q. F(*uluius*

V Fest. 246[2] 30: 'pro — censu, ut ait M. Varro in l. VI rerum humanarum'. VI Fest. 249[1] 7: 'Praerogatiuae — dicuntur, ut docet Varro rerum humanarum l. VI, quo' e. q. s.

VII, I Fest. 285[1] 34: 'Religionis praecipuae habetur Censo(*ria maiestas, cuius in rerum humanarum libro VII*) Varro exe(*mpla haec profert: M. Fuluius*' e. q. s. (in libris de uita P. R. editores in rerum humanarum l.. Kettner de uita p. R. p. 12).

---

3 centuriaes *cod.* quo rustici] *Urs.* quaerus *cod.* quod rustici *A. Aug.* 5 sqq. *suppleuit Ursinum secutus Müller.* 7. 8 publicae rei causa (quae in pri)mis spectatur *Urs.*

censores facti, postquam Fuluius duo filios) amiserat (*in Illyrico militantes et propter grauem mor*)bum ocula(*rem censuram gerere non poterat, Postumius ut*) libri Sibyl(*lini adirentur auctor fuit, atque ut pu*)blice supp(*licaretur pro ualetudine collegae*). Ti. Sempron(*ius, cum a Rutilio tribuno plebis censoria*) fides labefa(*ctaretur, ob parietem dirutum iratus*) cum esset ae(*dis suae, collega suo C. Claudio a populo*) condemnat(*o fecit, ut eaedem illae, eodem quae in lo*)co erant, cond(*emnatum absoluerent centuriae*). L. Aemili Pauli (*et Q. Philippi religiosa censura*) fuit. Laborauit (*Paulus morbo graui et paene*) amissione capi(*tis in eo honore. Religiosa item*) et P. Corneli Sc(*ipionis Nasicae, cui collega M. P*)opilius, post cons(*ulem qui fratrem uidit, censura*) fuit: uadatus (*enim cum esset . . . a populo Romano liberatum*) constat. M. Val(*erius Messala, C. Cassius Lon*)ginus censores, (*quod in eorum magistratu subuersa pudici*)tia fuerat, famosi (*extiterunt. Nam palmam, quae*) in Capitolio in ara (*ipsa Iouis optimi maximi bello Per*)sico nata fuerat, (*tam prostratam ferunt, ibique esse ena*)tam ficum, infamesque (*fecisse illos, qui sine*) ullo pudicitiae resp(*ectu fuerant, censores*). L. Corneli Lentuli C. (*Censorini sequitur censura,*) Lentulus iudicio pu(*blico repetundarum damnatus*) fuerat. Plurimi itaque (*timebant, ne censor poenas repeteret, sed ille nulli grauis fuit. P. Africani*) L. Mummi (*censura insignis: sed in qua segniti*)ae in agen(*do notetur Mummius. Is Asellum nulla*) suluta poe(*na ex aerariis exemit, Africani irrisa se*)ueritate, (*qui illum fecerat aerarium. Sed et*) Q. Fului No(*bilioris et eius collegae Ap. Claudii Pulc*)ri fuit no(*bilissima censura, nobilitati*) tribus notis (*inustis seuerissimis. Q. Pompei et Q. Cae*)cili Metelli (*Macedonici censura lectus se*)natus; ad sum(*mum senatores amoti sunt*) tres, et eo lu(*mine, qui aliorum offunderent*) claritatem.

---

2 ocul *vg.* oculo(rum *Urs.* 7 condempnat *cod.* condempnauerat *Urs.* 9 Paulus *cod. corr. Urs.* Paulli e *vg.* 18. 19 infames quae *Urs., qui supplet:* rursus fecit *e. q. s.* 22. 23 Plurimi itaque (censuram adepto damnationis poenam remiserunt) *Urs.* 25 pae- *cod.* 27 -ci *cod.* T. Anni Lus-ci *Urs. corr. Müll.*

II (1).

Suffragato(*res dicebantur apud*) maiores hi qui uulgo in usu (*erant candidatis. Nam quo meli*)us apparerent iuncta suffra(*gia, suffragator,*) quem quisque fieri uellet, notabat (*apposito punc*)to scriptis candidatorum hominu(*m nominibus*).

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

3. de cupiditate honorum in libro IV de uita p. R. teste Non. 499,

4. de amore imperii ibidem teste Non. 465.

Liber VIII.

De urbe Roma.

I.*

Seru. Aen. VIII 51: '*Euander*, dimissa prouincia sua, *exilio, non sponte, compulsus* uenit ad Italiam et pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est, et modicum oppidum fundauit in monte Palatino, *sicut ait Varro:*

'*nonne Arcades exules confugerunt in Palatium duce Euandro?*'

Hic autem mons Palatinus secundum Vergilium a Pallante auo Euandri est dictus, secundum Varronem et alios a filia Euandri, Pallantia, ab Hercule uitiata, et postea illic sepulta, uel certe a Pallante eius filio illic sepulto. Alii a balatu ouium Balanteum uolunt dictum'.

II.*

Seru. Aen. I 277: 'Vrbis enim illius (*scil. Romae*) uerum nomen nemo uel in sacris enuntiat. Denique tribunus plebei quidam, *Valerius Soranus*, ut ait Varro *et multi alii*, hoc

II Fest. 347[2] 28: 'Suffragator(*es — nominibus*). Varro in libro VII rerum humanarum (*haec tradidit*)'.

18 quia hoc nomen ausus est enuntiare *C*

nomen ausus est enuntiare, *ut quidam dicunt, raptus a senatu et* in crucem leuatus est; *ut alii, metu supplicii fugit et in Sicilia comprehensus a praetore praecepto senatus occisus est*'.

III.*

Fest. 269[2] 28: '(*Romam antea Romulam appel*)latam Terentius quidem (*Varro censet ab Romulo*) deinde detortam uoca(*buli formam in Romam existimat*) credibile'.

IV.

Fest. 348[2] 24: 'Septimontio, ut ait Antistius Labeo, hisce montibus feriae: Palatio, cui sacrificium quod fit, Palatuar dicitur; Veliae, cui idem sacrificium; Fagutali, Suburae, Cermalo, Oppio monti, Cispio monti. Oppius autem appellatus est, ut ait Varro rerum humanarum l. VIII, ab Opitre Oppio Tusculano, qui cum praesidio Tusculanorum missus ad Romam tuendam, dum Tullus Hostilius Veios oppugnaret, consederat in Carinis et ibi castra habuerat. Similiter Cispium a Laeuo Cispio Anagnino, qui eiusdem rei causa eam partem Esquiliarum, quae iacet ad uicum Patricium uersus, in qua regione est aedis Mefitis, tuitus est'.

V.

Fest. 274[1] 2: '(*Rauduscula porta uidetur appellata, qu*)od (*rudis et impolita sit relicta, uel quia*) aere (*fuerit uincta. Nam aes, ut Varro ait in libris Antiqui*)tatum, (*raudus dicebatur, atque ex eo dici in ma*)ncipa(*tione: rauduscolo libram ferito*)'.

VI.**

Paul. 117, 16: 'Lauerniones fures antiqui dicebant, quod sub tutela deae Lauernae essent, in cuius luco obscuro abditoque solitos furta praedamque inter se luere. Hinc et Lauernalis porta uocata est'.

---

5. 6 detortam uoca(lem detritasque literas fuisse) *suppl. Urs.* 9 uillae *cod., corr. Urs.* Faguali *cod., corr. A. Aug.* 10 Oppio Caelio *cod., corr. Müll.* 11 Opita *cod., corr. A. Aug.* 13 uaeius *cod.* 14 Cisitum *cod.* 16 Exquiilarum *cod.* 25 soliti *vg.* luere] diuidere *A. Aug. mg.*

VII.**

Fest. 262 2 2: 'Romanam portam uulgus appellat, ubi ex epistylio defluit aqua; qui locus ab antiquis appellari solitus est statuae Cinciae, quod in eo fuit sepulcrum eius familiae. Sed porta Romana instituta est a Romulo infimo cliuo Victoriae, qui locus gradibus in quadram formatus est. Appellata autem Romana a Sabinis praecipue, quod ea proximus aditus erat Romam'.

VIII.**

Fest. 376 1 8: 'Viminalis et porta et collis appellantur, quod ibi uiminum fuisse uidetur silua, ubi est et ara Ioui Viminio consecrata'.

IX.**

Fest. 269 2 33: 'Romanam portam ante (*a Romulam uoci*)tatam ferunt, quae fuerit (*ab Romulo appellata*)'.

X.**

Fest. 334 1 2: 'Scele(*rata porta eadem app*)ellatur a quibusdam, (*quae et Carmentalis*) dicitur, quod ei proximum Car(*mentae sacellum fuit. Scele*)rata autem, quod per eam (*sex et trecenti Fabii c*)um clientium millibus (*quinque egressi aduersus E*)truscos, ad amnem (*Cremeram omnes sunt inter*)fecti. Qua ex cau(*sa factum est, ut ea porta int*)rare egrediue (*mali ominis habeatur*)'.

XI.**

Fest. 343 2 34: 'Sanqualis porta (*appellata est proxima aedi Sanci, id*)eoque eodem est nomine, (*quo auis Sanqualis appellatur*)'.

XII.**

Fest. 274 2 9: 'Ratumena porta a nomine eius appellata est, qui ludicro certamine quadrigis uictor, Etrusci generis iuuenis Veis, consternatis equis excussus Romae perit, qui

---

2 epistillo *cod., corr. Urs.* 4 in imo *uel* in infimo *Urs.* 8 et porta] et *om. RS* etiam collis *R* 9 ario in *editio Pii* uimino *Politian. Pius* uimeo *S* uimineo *R* 23 Ratumena *cod., corr. Urs.* 24 clarusci *cod., corr. Urs.* 25 uehis *cod.* Veiis *Urs., corr. Müll.* consternates *cod., corr. Urs.* perit] *cod.* periit *Urs.*

equi feruutur non ante constitisse, quam peruenirent in Capitolium, conspectumque fictilium quadrigarum, quae erant in fastigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veienti cuidam artis figulinae prudenti. Quae bello sunt reciperatae: quia in furnace adeo creuerant, ut eximi nequirent. Idque prodigium portendere uidebatur, in qua ciuitate eae fuissent, omnium eam futuram potentissimam'.

XIII.**

Paul. 10, 6: 'Siue quia Agones dicebant montes, Agonia sacrificia quae fiebant in monte; hinc Romae mons Quirinalis Agonus et Collina porta Agonensis'.

XIV.**

Fest. 213[1] 27: 'Piacularis porta appellatur propter aliqua piacula, quae ibidem fiebant. Vel, ut ait Cloatius, quod cum r. p. facto per aliquem piaculo soluitur, ibi aliqua piandi propitiandique causa immolantur'.

XV.**

Paul. 220, 17: 'Pandana porta dicta est Romae, quod semper pateret'.

XVI.**

Paul. 122, 11: 'Minutia porta Romae est dicta ab ara Minuti, quem deum putabant'. Cf. 147, 4.

XVII.**

Fest. 326[1] 23: '*Salutari*)s porta ap(*pellata est ab aede Sa*)lutis, quod ei (*proxima; uel ita ob sa*)lutationes uo(*catur*)'.

XVIII.**

Fest. 254[1] 14: 'Quiri(*nalis porta eadem, quae et Collina*

1 ferantur *cod., corr. Urs.* 2 in conspectum *Scaliger* 3 uegenti *cod., corr. Urs.* 11 Piacularis] Romae *add. Aldina, vg.* 12. 13 Cloatius cum ex sacro per aliquem *cod., corr. Huschke* cum *om. Ald.* 13 r. p.] ea *Dacer., delendum putat Urs.* facto] *corr. A. Aug.* ibi] ut *cod., corr. Müll.* in ea agna *Huschke* uel ad eam *Dacer.* alicuius *A. Aug.* 14 immolatur *cod., corr. Müll.* 18 Minuci *M vg.* Minutii *Gu. Lindem.* 20 uo-] *ab hac uoce Urs. nouum incipit uocabulum*

dicebatur,) ut le(*gimus apud antiquos scriptores*) ..... itum autem ..... tio ita con ..... (*qu*)asi id suffra(*getur. Quam ideo nominari ait Collina*)m Santra, pro(*xime eam quod collis Quirina*)lis est. Porta(*m rursum Quirinalem ideo appel*)lant, siue quod (*ea in collem Quirinalem itur, siue*) quod proxime eam sacel(*lum est Quirini. Vnde, ut uidetur,*) usurpatio facta, (*et duplex nomen eidem portae im*)positum est. Qui ..... derem fertur. Qui(*ritis Iuno dea Sabinorum, cui bellantes*) aqua et uino (*libabant, dicta a curi id est hasta. Eam*) tamen quidam a curis (*dictam esse statuunt, quia in*) his ei sacra fiant; (*cui opinioni Verrius obuer*)satur. Ab eiusdem autem (*deae nomine uidetur ite*)m Cures Sabinae (*gentis oppidum dictum, quod ea gen*)s armis erat potens'.

XIX.**

Paul. 144, 18: 'Mugionia porta Romae dicta est a Mugio quodam, qui eidem tuendae praefuit'.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

20. de uocabulo 'Roma' de l. L. VIII 18. 80. IX 34. 49. X 15,
21. de septimontio et urbis regionibus de l. L. V 41—56, deinde in tribuum libro
22. de Romulia tribu teste Fest. 270 [1] 4,
23. de Crustumina tribu teste Paul. 55, 10,
24. de Lemonia tribu teste Paul. 115, 10,
25. de Maecia tribu teste Paul. 136, 14,
26. de Oufentina tribu teste Fest. 194 [2] 2,
27. de Pomptina tribu teste Fest. 233 [2] 8,

---

1 sq. (pos)itum autem (unius nomen pro alterius nomine reperitur, quod ini)tio ita con(iunctae fuerunt, ut unam tantum fuisse, qu)asi id suffra(getur) *suppl. Urs.* 8 sqq. Qui(rites dicti Sabini a Curi dea, cui) aqua et uino (sacra facere soliti erant. Quos) tamen quidam a curis (dictos uolunt) *Urs.* 9 quidam a] quidm *cod., corr. Urs.* quid in *vg.* 12 Curres *cod., corr. Urs.* (uidentur ite)m Cures Sabinae (hastae appellatae, quibus ea gen)s a. e. p. — Nunc et Sabini et Romani popu(li singulare usur)patur nomen *Urs.* 14 Mucionis *cod. Lips.*

28. de Papiria tribu teste Fest. 233 [2] 10,
29. de Pupinia tribu teste Fest. 233 [2] 21,
30. de Popillia tribu teste Fest. 233 [2] 25,
31. de Quirina tribu teste Fest. 254 [2] 14,
32. de Suburana tribu teste Fest. 302 [1] 15,
33. de Scaptia tribu teste Fest. 343 [2] 26,
34. de Stellatina tribu teste Fest. 343 [2] 28,
35. de Sabatina tribu teste Fest. 343 [2] 31,
36. de Tromentina tribu teste Paul. 367, 16,
37. de urbanis tribubus teste Paul. 368, 11,
38. de Romae portis de l. L. V 163—165.

Liber IX.

De foris, uiis, uicis, aedificiis urbis Romae.

I (Inc. fr. 5).

Numerius Equitius Cupes et Romanius Macellus singulari 1
latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis
publicata sunt bona, et aedes ubi habitabant dirutae: eque ea
pecunia scalae deum penatum aedificatae sunt. Vbi habitabant,
locus, ubi uenirent ea quae uescendi causa in urbem erant
allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis 5
appellatum est.

II.*

Paul. 48, 15: 'Cuppes et cuppedia antiqui lautiores cibos nominabant; inde et macellum forum cupedinis appellabant. Cupedia autem a cupiditate sunt dicta, uel, sicut Varro ait,

IX, I Donat. ad Ter. Eun. act. II scaen. 2 u. 25 = 265: 'Varro humanarum rerum: Numerius — Cupes, inquit, et' e. q. s.

---

1 Munerius *ed. pr.* Numerus *ed. Ven.* cuppes *edd. pr. Ven.* Aomanius *edd. pr. Ven.* 3 sq. habitabant — Ubi *om. ed. pr.* eque *ed. Ven.* 4 penatum] *ed. Ven.* penatium *vg.* habitant *ed. pr.* 5 cupidinis *ed. pr.* cuppedinis *ed. Ven.* 7 Cupes *M vg.* cupedia *M vg.* 8 macellum et forum *Gu. Lindem.*

quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latro-
2 cinium damnatus'.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

3. de foris, uiis, uicis, aedificiis urbis Romae de l. L. V 145—159,

4. de locis, in quibus senatus consultum fieri iure posset in IV l. epistolicarum quaestionum teste Gell. XIV, 7, 7,

5. de curiis de l. L. VII 46 et in III libro de uita p. R. teste Non. 57,

6. de curia Hostilia de l. L. VII 10.

Liber X.

De Italiae regionibus.

I (Inc. fr. 1).

3 Gell. XI 1, 1: 'Timaeus in historiis, quas oratione Graeca de rebus populi Romani composuit, et M. Varro in anti-
5 quitatibus rerum humanarum terram Italiam de Graeco uocabulo appellatam scripserunt, quoniam boues Graeca uetere lingua *ἰταλοὶ* uocitati sint, quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint complurima'.

II.*

Seru. Aen. VIII 322: 'Varro Latium dici putat, quod latet
10 Italia inter praecipitia Alpium et Apennini'.

III.*

Seru. Aen. VIII 330: '*Varro Tiberim a Tiberino quodam rege Latinorum, quod ibi interierit, dictum tradit*'.

IV.

Dion. Hal. I 14 sq.: '*Τῶν δὲ πόλεων, ἐν αἷς τὸ πρῶτον ᾤκησαν Ἀβοριγῖνες, ὀλίγαι περιῆσαν ἐπ' ἐμοῦ· αἱ δὲ πλεῖσται*

8 bucera *nonnulli* compluria *nonnulli* 10 praecipitia] praerupta *alii* iuga *al.* loca *al.*

ὑπό τε πολέμων καὶ ἄλλων κακῶν οἰκοφθορηθεῖσαι, ἔρημοι ἀφεῖνται. Ἦσαν δ' ἐν τῇ Ῥεατίνῃ γῇ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν οὐ μακρὰν, ὡς Βάῤῥων Τερέντιος ἐν ἀρχαιολογίαις γράφει, ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως αἱ τὸ βραχύτατον ἀπέχουσαι ἡμερησίου διάστημα ὁδοῦ· ὧν ἐγὼ τὰς ἐπιφανεστάτας, ὡς ἐκεῖνος ἱστορεῖ, διηγήσομαι. Παλάτιον μὲν πέντε πρὸς τοῖς εἴκοσι σταδίοις ἀφεστῶσα Ῥεάτου, πόλεως οἰκουμένης ὑπὸ Ῥωμαίων ἔτι καὶ εἰς ἐμέ, Κοϊντίας ὁδοῦ πλήσιον. Τριβόλα δὲ ἀμφὶ τοὺς ἑξήκοντα σταδίους τῆς αὐτῆς πόλεως ἀφεστῶσα, λόφον ἐπικαθημένη σύμμετρον. Συεσβόλα δὲ τὸ αὐτὸ διάστημα τῆς Τριβόλας ἀπέχουσα, τῶν Κεραυνίων ὀρῶν πλησίον. Ἀπὸ δὲ ταύτης τετταράκοντα σταδίοις διῃρημένη πόλις ἐπιφανὴς Σούνα, ἔνθα νεὼς πάνυ ἀρχαῖός ἐστιν Ἄρεος. Μήφυλα δὲ ὡς τριάκοντα σταδίοις ἄπωθεν τῆς Σούνης· δείκνυται δὲ αὐτῆς ἐρείπιά τε καὶ τείχους ἴχνη. Τετταράκοντα δὲ σταδίους ἀπέχουσα Μηφύλης Ὀρουΐνιον, εἰ καί τις ἄλλη τῶν αὐτόθι πόλεων, ἐπιφανὴς καὶ μεγάλη· δῆλοι γάρ εἰσιν αὐτῆς οἵ τε θεμέλιοι τῶν τειχῶν, καὶ τάφοι τινὲς ἀρχαιοπρεπεῖς, καὶ πολυανδρίων ἐν ὑψηλοῖς χώμασι μηκυνομένων περίβολοι· ἔνθα καὶ νεὼς Ἀθηνᾶς ἐστιν ἀρχαῖος, ἱδρυμένος ἐπὶ τῆς ἄκρας. Ἀπὸ δὲ σταδίων ὀγδοήκοντα Ῥεάτου τοῖς ἰοῦσι διὰ τῆς Κουρίας ὁδοῦ παρὰ Κόρητον ὄρος Κόρσουλα νεωστὶ διεφθαρμένη. Λείκνυται δέ τις καὶ νῆσος, Ἴσσα αὐτῇ ὄνομα, λίμνῃ περιῤῥύτος· ἣν χωρὶς ἐρύματος ποιητοῦ κατοικῆσαι λέγονται, τοῖς τέλμασι τῆς λίμνης, ὅσαπερ τείχεσι, χρώμενοι. Πλησίον δὲ τῆς Ἴσσης Μαρούϊων, ἐπὶ τῷ μυχῷ τῆς αὐτῆς λίμνης κειμένη, τετταράκοντα σταδίους ἀπέχουσα τῶν καλουμένων Ἑπτὰ ὑδάτων. Ἀπὸ δὲ Ῥεάτου πάλιν τὴν ἐπὶ Λατίνην ὁδὸν ἰοῦσιν Βατία μὲν ἀπὸ τριάκοντα σταδίων· Τιώρα δὲ ἀπὸ τριακοσίων,

---

4 αἱ] καὶ *B* 5 ἡμερήσιον *libri, corr. Kiessling* ὁδοῦ· ὧν] ᾧ δουλεύων *B, quod probauit Reiske, qui paulo post* ὡς *in* ὧν *mutandum esse censuit* 7 ἀφεστὼς *vlg.* ἀφεστὼς ἀρεάτου *B, corr. Kiessl.* πόλις οἰκουμένη *proposuit Bunsen in annal. Inst. arch. VI 129* 21 Ἰουρίας *libri, corr. Bunsen l. l.* Ἰουλίας *Portus* 25 ὁπόσα *libri, corr. Kiessl.* 28 ἐπὶ λίμνην *Bunsen latinen A cf. Abeken Mittelitalien p. 87* 29 ἡ Βατία *libri, articulum deleuit Kiessl.*

ἡ καλουμένη Ματιήνη. Ἐν ταύτῃ λέγεται χρηστήριον Ἄρεος γενέσθαι πάνυ ἀρχαῖον. Ὁ δὲ τρόπος αὐτοῦ παραπλήσιος ἦν, ὡς φασι, τῷ παρὰ Δωδωναίοις μυθολογουμένῳ ποτὲ γενέσθαι· πλὴν ὅσον ἐκεῖ μὲν ὑπὸ δρυὸς ἱέρεια περιστερὰ καθεζομένη θεσπιῳδεῖν ἐλέγετο· παρὰ δὲ τοῖς Ἀβοριγῖσι θεόπεμπτος ὄρνις, ὃν αὐτοὶ μὲν πῖκον, Ἕλληνες δὲ δρυοκολάπτην καλοῦσιν, ἐπὶ κίονος ξυλίνης φαινόμενος τὸ αὐτὸ ἕδρα. Τέτταρας δὲ ἐπὶ τοῖς εἴκοσι σταδίοις ἀπέχουσα τῆς εἰρημένης πόλεως Λίστα, μητρόπολις Ἀβοριγίνων, ἣν παλαίτερον ἔτι Σαβῖνοι νύκτωρ ἐπιστρατεύσαντες ἐκ πόλεως Ἀμιτέρνης ἀφύλακτον αἱροῦσιν· οἱ δ' ἐκ τῆς ἁλώσεως περισωθέντες, ὑποδεξαμένων αὐτοὺς Ῥεατίνων ὡς πολλὰ πειραθέντες, οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀπολαβεῖν, ἱερὰν ἀνῆκαν ὡς σφετέραν ἔτι τὴν γῆν, ἐξαγίστους ποιήσαντες ἀραῖς τοὺς καρπωσομένους αὐτὴν ὕστερον. Ἀπὸ δὲ σταδίων ἑβδομήκοντα Ῥεάτου Κοτυλία πόλις ἐπιφανής, πρὸς ὄρει κειμένη· ἧς ἐστιν οὐ πρόσω λίμνη τεττάρων πλέθρων ἔχουσα τὴν διάστασιν, αὐθιγενοῦς πλήρης νάματος ἀπορρέοντος ἀεί, βάθος, ὡς λέγεται, ἄβυσσος. Ταύτην ἔχουσάν τι θεοπρεπές, ἱερὰν τῆς Νίκης οἱ ἐπιχώριοι νομίζουσι, καὶ περιείρξαντες κύκλῳ στέμμασι, τοῦ μηδένα πελάζειν τῷ νάματι, ἄβατον φυλάττουσιν, ὅτι μὴ καιροῖς τισι διετησίοις, ἐν οἷς ἱερὰ θύουσιν, ἃ νόμος, ἐπιβαίνοντες τῆς ἐν αὐτῇ νησῖδος οἷς ὅσιον. Ἡ δὲ νῆσός ἐστι μὲν ὡσπερὰν πεντήκοντα ποδῶν τὴν διάμετρον· ὑπερανέστηκε δὲ τοῦ νάματος, οὐ πλεῖον ἢ ποδιαῖον ὕψος. Ἀνίδρυτος δ' ἐστί, καὶ περινήχεται πολλαχῇ, δινοῦντος αὐτὴν ἄλλοτε κατ' ἄλλους τόπους ἠρέμα τοῦ πνεύματος. Χλόη δέ τις ἐν αὐτῇ φύεται βουτόμῳ προσεμφερής, καὶ θάμνοι τινὲς οὐ μεγάλοι, πρᾶγμα κρεῖττον λόγου τοῖς ἀθεάτοις καὶ ὧν ἡ φύσις δρᾷ θαυμάτων οὐδενὸς δεύτερον'.

---

4 ἐπὶ δρυὸς ἱερᾶς καθεζομένη *libri, nisi quod* ὑπὸ *BC* περιστερὰ] *add. Stephanus* ὑπὸ δρυὸς ἱέρεια] *Urbinas Kiessl. Meineke* 7 τέτταρας] *A* τέτταρα *reliqui* 19 οἱ *om. B* 20 σκάμμασι *coni. Reiske* 21 τισὶν ἐτησίοις *Bh* τισὶν διετησίοις *Bb* τισὶ διετησίοις *reliqui* 23 ὡς περᾶν *AC* 29 ἀθεάτοις ὧν ἡ φύσις δρᾷ καὶ θαυμάτων *libri, corr. Reiske*

V.*

Sepultus sub urbe Clusio, in quo loco monimentum reliquit lapide quadrato quadratum, singula latera pedum trecenum, alta quinquagenum, in qua basi quadrata intus labyrinthum inextricabile, quo si quis introierit sine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Supra id quadratum pyramides stant quinque, quattuor in angulis et in medio una, imae latae pedum quinum septuagenum, altae centenum quinquagenum, ita fastigatae ut in summo orbis aeneus et petasus unus omnibus sit inpositus, ex quo pendeant exapta catenis tintinabula quae uento agitata longe sonitus referant ut Dodonae olim factum. Supra quem orbem quattuor pyramides insuper singulae stant altae pedum centenum. Supra quas uno solo quinque pyramides.

VI.*

Seru. Aen. I 246: 'Varro enim dicit hunc fluuium (*scil. Timauum*) ab incolis mare nominari'.

VII.*

Seru. Aen. III 386: 'Qui nunc Circeius mons a Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, insula fuit, nondum siccatis paludibus, quae eam diuidebant a continenti'.

VIII.*

Seru. Aen. V 411: 'Varro enim dicit sub Eryce monte esse infecundum campum fere in tribus iugeribus, in quo Eryx et Hercules dimicauerunt'.

V Plin. XXXVI 91—93: 'Namque et Italicum (scil. labyrinthum) dici conuenit, quem fecit sibi Porsina rex Etruriae sepulchri causa, simul ut externorum regum uanitas quoque Italis superetur. Sed cum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione eius uerbis: sepultus, inquit sub — pyramides, quarum altitudinem Varronem puduit adicere, fabulae Etruscae tradunt eandem fuisse, quam totius operis ad eas'.

---

1 urbis B^1 2 quadratum *om. C* 4 inextricabilem *Rv* improperet *R* inproperet *v* 6 ime *C* 8 fastigiatae *C* in *om. C* 10 Dodonae] eodene *C* 11 piramides *V* pyramydes quarum *B* singulas *B* stintale *R* stantale *V* 12 quinque] quis neque *C* 15 Quae *L* qui *l* circesius *FC* circaeius *LH* circa *HMEl* 16 quondam *ME* 17 continentie *F* continentia *H* 18 sub erico mente *NH* sub erico monte *LM* 19 erix *LH* 20 herculis *F*

IX.*

Plin. III 95: 'A Locris Italiae frons incipit Magna Graecia appellata, in tris sinus recedens Ausonii maris, quoniam Ausones tenuere primi. Patet $\overline{\text{LXXXVI}}$, ut auctor est Varro'.

X.*

Plin. III 109: 'In agro Reatino Cutiliae lacum, in quo fluctuetur insula, Italiae umbilicum esse M. Varro tradit'. Cf. Solin. II 2.

XI (1).

Iuxta Rhegium fluuii sunt continui septem: Latapadon, Migodes, Eugyon, Stacteros, Polme, Meleissa, Argeades; in his a matris nece dicitur purgatus Orestes, ibique diu fuisse ensem, et ab eo aedificatum Apollinis templum; cuius loco Rheginos, cum Delphos proficiscerentur, re diuina facta lauream decerpere solitos, quam ferrent secum.

XII.*

Isid. et. XV 1, 63: 'Cum Cyrus maritimas urbes Graeciae occuparet, et Phocenses ab eo expugnati omnibus angustiis premerentur, iurauerunt ut profugerent quam longissime ab imperio Persarum, ubi ne nomen quidem eorum audirent, atque ita in ultimos Galliae sinus nauibus profecti, armisque se aduersus Gallicam feritatem tuentes Massiliam condiderunt et ex nomine ducis appellauerunt. Hoc Varro trilingues esse ait, quod et Graece loquantur et Latine et Gallice'. Cf. Schol. Luc. III 339. Hieron. ad Gal. lib. II prooem. cap. 3.

XIII.*

Plin. III 45: 'Abest (scil. Italia) a circumdatis terris Histria ac Liburnia quibusdam locis centena milia, ab Epiro et Illyrico quinquaginta, ab Africa minus ducenta, ut auctor est M. Varro, ab Sardinia centum uiginti milia, ab Sicilia MD, a Corsica minus $\overline{\text{LXXX}}$, ab Issa $\overline{\text{L}}$'. Cf. Mart. Cap. VI 639.

XI Prob. in Verg. Bucol. praef.: 'Huius autem fluminis, apud quod purgatus est Orestes, Varro meminit humanarum X sic: iuxta' e. q. s.

14 ex eo *Gu 1* 16 nec *Gu 2 va* audierunt *Gu 2* 17 ita *om. Gu 2* se *om. Gu 1* 18 Marsiliam *va* 19 nuncupauerunt *vg.* nuncuparunt *al. pr.*

XIV.*

Seru. Aen. X 13: '*Sane omnes altitudines montium licet a Gallis Alpes uocentur, proprie tamen montium Gallicorum sunt; quas quinque uiis Varro dicit transiri posse, una, quae est iuxta mare per Liguras, altera qua Hannibal transiit, tertia, qua Pompeius ad Hispaniense bellum profectus est, quarta qua Hasdrubal de Gallia in Italiam uenit, quinta quae quondam a Graecis possessa est, quae exinde Alpes Graecae appellantur*'.

XV.*

Philarg. ad Georg. II 533: 'Totum mare, quod a dextra Italici litoris est, Tyrrhenum dicitur. Hoc Varro doctius diuidit in prouincias marinas'.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

16. de Italiae nomine de r. r. II 5, 3,

17. de Albula in Periplu I teste Non. 192,

18. de Tiberi de l. L. V 29 sq.,

19. de uastatis Italiae oppidis in IV libro de uita p. R. teste Non. 501,

20. de fretu inter Italiam et Siciliam in Gallo Fundanio teste Non. 205.

Liber XI.

De Italiae fertilitate.

I (1).

Ad uictum optima fert ager Campanus frumentum, Falernus uinum, Cassinas oleum, Tusculanus ficum, mel Tarentinus, piscem Tiberis.

XI, I Macr. Sat. III 16, 12: 'Quid stupemus captiuam illius saeculi gulam seruisse mari, cum in magno uel dicam maximo apud prodigos honore fuerit etiam Tiberinus lupus et omnino omnes ex hoc amni pisces? Quod equidem cur ita illis uisum sit ignoro, fuisse autem etiam M. Varro

11 optima fert] refert *B* 12 casinas *BP*

II$_4$*

Seru. Aen. VII 712: 'Velinus lacus est *circa Reate* iuxta agrum, qui Rosulanus uocatur. Varro tamen dicit lacum hunc a quodam consule in Nartem uel Naren fluuium, nam utrumque dicitur, esse diffusum: post quod tanta est loca secuta fertilitas, ut etiam perticae longitudinem altitudo superaret herbarum; quin etiam quantum per diem demptum esset, tantum per noctem crescebat'. Cf. Seru. ad Georg. II 201. Varro de r. r. I 7, 10.

III.*

Seru. Aen. X 145: '*Varro dicit propter coeli temperiem et cespitis fecunditatem campum eundem Capuanum siue Campanum dictum, quasi caput salutis et fructuum*'.

IV.*

Scholia Bern. ad Verg. II 97: 'Amineum uinum quasi sine minio dictum, id est sine rubore; nam album est. Vel Amineos Pelasgos fuisse Varro ait. Hinc ab agro Amineo hanc uitem translatam dicunt'.

V.*

Isid. et. XIV 8, 33: 'Amoena loca dicta Verrius Flaccus ait eo quod solum amorem praestant et ad amanda alliciant. Varro, quod sine munere sint, nec quicquam in his officii, quasi amunia, id est sine fructu, unde fructus nullus exsoluitur. Inde etiam nihil praestantes immunes uocantur'. Cf. Seru. Aen. VI 638.

ostendit, qui enumerans, quae in quibus Italiae partibus optima ad uictum gignantur, pisci Tiberino palmam tribuit his uerbis in libro rerum humanarum undecimo: ad' e. q. s.

---

3 Narram *v* Nastien *v* Nariam et uel Nariem *L* Naram uel Nartem *Vos.* Narriam uel Nariem *R* Narran uel Naren *Steph.* Narran uel Narren *Dan.* Nartam uel Naren *Basil.* naren uel nartem *Guelf. I* in nartem *tantum Guelf. II* 11 caput] sinum *codd.* 14 pelasgas *B* pelagas *C* 16 Verrius Flaccus] Varro *codd., corr. Arev.* 18 Varro] Verrius Flaccus *codd., corr. Arev.* in *om. Z Gu2 va* officia *Z pr. va* officiat *Lindemann in Fest. p. 298*

VI.*

Seru. Aen. VII 563: 'Est locus Italiae in medio] Hunc locum umbilicum Italiae chorographi dicunt. Est autem in latere Campaniae et Apuliae, ubi Hirpini sunt, et habet aquas sulphureas: ideo grauiores, quia ambiuntur siluis. Ideo autem ibi aditus dicitur inferorum, quod grauis odor iuxta accedentes necat: adeo ut uictimae circa hunc locum non immolarentur, sed odore perirent ad aquam applicatae: et hoc erat genus litationis. Sciendum sane Varronem enumerare, quot loca in Italia sint huiusmodi: unde etiam Donatus dicit Lucaniae esse, qui describitur, locum circa fluuium, qui Calor uocatur'.

VII.*

Isid. et. XIV 9, 2: 'Spiracula appellata omnia loca pestiferi spiritus, quae Graeci χαρωνεῖα appellant uel Acherontea. Etiam Varro spiraculum dicit huiuscemodi locum, et spiracula ex eo dicuntur loca, qua terra spiritum edit'.

VIII.*

Plin. XXXI 21: 'Ctesias tradit Siden uocari stagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur; Coelius apud nos in Auerno etiam folia subsidere, Varro aues, quae aduolauerint, emori'.

IX.*

Plin. XXXI 27: 'Necari aquis Theopompus et in Thracia apud Cychros dicit, Lycos in Leontinis tertio die quam quis biberit, Varro ad Soracten in fonte, cuius sit latitudo quattuor pedum. Sole oriente eum exundare feruenti similem, aues, quae degustauerint, iuxta mortuas iacere'.

X (Inc. fr. 4).

Charis. I 102 K.: 'Cuius nominis (*scil. nihil*) origo haec est: hilum Varro rerum humanarum intestinum dicit tenuissi-

---

2 Corographi *al.* cosmographi *al.* 9 Canusiae *al.* Canusiae uel Lucaniae *al.* 12 quem *vg., corr. Arev.* Graece *Gu 2* Acherontem *Z* 14 quibus *Z* 17 in Auerno etiam] uerno autem *E* 22 gustauerint *E*

mum, quod alii hillum appellauerunt, ut intellegeretur intesti-
2 num propter similitudinem generis'.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

11. de Italia praestantissima omnium terrarum de r. r. I 2, 3. 4. 6. 7.

Liber XII.

De insulis.

I.

3 Hieron. in Genes. cap. X u. 4, III 319 Vallars. XXIII 952 Migne: 'Legamus Varronis de antiquitatibus libros et
5 Sinnii Capitonis et Graecum Phlegonta ceterosque eruditissimos uiros: et uidebimus paene omnes insulas et totius orbis litora terrasque mari uicinas Graecis accolis occupatas, qui, ut supra dicimus, ab Amano et Tauro montibus omnia maritima loca usque ad oceanum possedere Britannicum'.

II (1).

10 Ab Erythro mare orti.

III.*

Plin. IV 66: 'Longe clarissima et Cycladum media ac templo Apollinis et mercatu celebrata Delos, quae diu fluctuata, ut proditur, sola motum terrae non sensit ad M. Varronis aetatem'.

IV.*

15 Plin. IV 62: 'Ex hac (*scil. Co insula*) profectam delicatiorem feminis uestem auctor est Varro'. Cf. Solin. VII 20. Isid. et. XIV 6, 18.

II Charis. I 61 K.: 'Ab hoc mare an ab hoc mari dici debeat quaeritur ..... Romanus ita refert: Mare. Varro de gente p. R. .... ut refert Plinius. Idem, inquit, antiquitatium humanarum XII: ab' e. q. s. Cf. I 137. Prisc. VII 11, 55 = II 331 K.

1 hilum *N* 5 Sisinnii *codd.* 10 erythro *Rr* erithro *BK* ertythro *H Prisc.* marei *N*

V.*

Seru. Aen. I 52: 'Nouem insulae, quae sunt post fretum Siciliae, appellantur Aeoliae ab Aeolo rege, Hippotae filio, licet habeant et propria nomina ... Poetae quidem fingunt hunc regem fuisse uentorum, sed, ut Varro dicit, rex fuit insularum, ex quarum nebulis et fumo Vulcaniae insulae praedicens futura flabra uentorum, inperitis uisus est uentos sua potestate retinere'. Cf. Isid. et. XIV 6, 36. Mythogr. Vatic. III 4, 10. II 52.

VI.*

Seru. Aen. V 824: 'Hic autem Phorcus dicitur Thoosae nymphae et Neptuni filius. Vt autem Varro dicit, rex fuit Corsicae et Sardiniae: qui cum ab Atlante rege nauali certamine cum magna exercitus parte fuisset uictus et obrutus, finxerunt socii eius eum in deum marinum esse conuersum'. Cf. Mythogr. I 129.

VII.*

Lact. inst. diu. I 17: 'Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Iuno adoleuerit ibique etiam Ioui nupserit'.

Liber XIII.

De prouinciis.

I.*

Plin. III 8: 'In uniuersam Hispaniam M. Varro peruenisse Hiberos et Persas et Phoenicas Celtasque et Poenos tradit'.

II.*

Commenta Bern. in Luc. IX 411: 'Quidam diuiserunt orbem in duas partes, ut Varro, id est Asiam et Europam, quidam in tris, Asiam, Europam et Africam, ut Alexander, quidam in quatuor adiecta Aegypto, ut Timosthenes'.

---

4 Varro autem dicit hunc insularum regem fuisse ex quarum *C* 6 ab imperitis *libri et Isid.* ab imperitis creditus est *mythogr. III 4, 10* 8 fortus *H* thousae *C* toosae *N* theosae *L* 9 ut] et *C* 10 athlante *CM* hatlante *L* athlam ter *H* 11 uictus et *om. mythogr.*

III.*

Plin. IV 115: ‘Ab Minio, quem supra diximus, CC, ut auctor est Varro, abest Aeminius, quem alibi quidam intellegunt et Limaeam uocant, Obliuionis antiquis dictus multumque fabulosus. Ab Durio Tagus $\overline{CC}$ interueniente Munda. Tagus auriferis harenis celebratur. Ab eo $\overline{CLX}$ promunturium Sacrum e medio prope Hispaniae fonte prosilit. |$\overline{XIIII}$| inde ad Pyrenaeum medium colligi Varro tradit, ad Anam uero, quo Lusitaniam a Baetica discreuimus, $\overline{CXXVI}$, a Gadibus $\overline{CII}$ additis’.

IV.*

Solin. 11, 30: ‘Vult ergo Varro Icarum Cretem ibi (*scil. in Icario mari*) interisse naufragio, et de exitu hominis impositum nomen loco’.

V.*

Seru. Aen. I 22: ‘Dicta autem Libya uel quod inde libs flat, hoc est africus, uel, ut Varro ait, quasi *ΑΠΠΙΥΙΑ*, id est egens pluuiae’.

VI.*

Gell. X 7, 2: ‘Varro autem cum de parte orbis, quae Europa dicitur, dissereret, in tribus primis eius terrae fluminibus Rhodanum esse ponit, per quod uidetur eum facere Histro aemulum. Histros enim quoque in Europa fluit’.

VII.*

Plin. III 142: ‘M. Varro LXXXIX ciuitates eo (*scil. in Naronam coloniam*) uentitasse auctor est’.

VIII.*

Plin. IV 78: ‘M. Varro ad hunc modum metitur: ab ostio Ponti Apolloniam $\overline{CLXXXVII}$ D p., Callatim tantundem, ad ostium Histri $\overline{CXXV}$, ad Borysthenem $\overline{CCL}$. Cherronesum Hera-

---

2 intellectu DE^1 intellectum R 3 limeam DF lineam E 7 uarro tradit] E^2F^2 *in rasura* tura prodit rata D tura proditatra E tura prodit ||| R 9 cretem] S cretae A creten LGP cretensem H 13 ΑΙΠΙΥΙΑ] C ΑΙΠΙΟΥ B αιγιγια K αιπιγια L ΑΥΠΕΙΑ / ΠΙΠΙΥΙΑ H ΑΠΤΙΥΙΑ P αιπιγι M *λιπνία τοῦ ὕειν vg.* id est *om. C* 18 Histros] *Reg. et Lugdun.* 19 LXXXVIII A 21 M. uarro F^2 *in ras.*

cleotarum oppidum $\overline{\text{CCCLXXV}}$ p., ad Panticapaeum quod aliqui Bosporum uocant, extremum in Europae ora, $\overline{\text{CCXII}}$ D, quae summa efficit $|\overline{\text{XIII}}|\ \overline{\text{XXXVII}}$ D'. Cf. Mart. Cap. VI 662.

IX.*

Plin. VI 38: 'Irrumpit autem (*scil. mare Caspium*) artis faucibus et in longitudinem spatiosis, atque ubi coepit in latitudinem pandi lunatis obliquatur cornibus, uelut ad Maeotium lacum ab ore descendens, silicis, ut auctor est M. Varro, similitudine'.

X.*

Plin. VI 51 sq.: 'Haustum ipsius maris (*scil. Scythici*) dulcem esse et Alexander Magnus prodidit et M. Varro talem perlatum Pompeio iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haut dubie influentium amnium uicto sale. Adicit idem Pompei ductu exploratum in Bactros septem diebus ex India peruenire ad Bactrum flumen, quod in Oxum influat, et ex eo per Caspium in Cyrum subuectos, et V non amplius dierum terreno itinere ad Phasim in Pontum Indicas posse deuehi merces'. Cf. Solin. XIX 3—5.

XI.*

Plin. IV 77: 'Inter duos Bosporos Thracium et Cimmerium directu cursu, ut auctor est Polybius, $\overline{\text{D}}$ p. intersunt; circuitu uero totius Ponti uiciens semel centena, ut auctor est Varro et fere ueteres'. Cf. Mart. Cap. VI 662.

XII.*

Mart. Cap. IX 928: 'In Lydia Nympharum insulas dici, quas etiam recentior adserentium Varro se uidisse testatur, quae in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum primo in circulum motae, dehinc ad littora reuertuntur'.

XIII.*

Solin. 27, 3: 'Harenis Catabathmi Aegypto insinuata, cui

---

9 maioris *C, corr. Rob. Crikelad.* 12 haut *om. C* 14 iacrum *R* iachrum *r, corr. Ritter, Asien II 560* 15 non amplius] unum pluris *C* 18 cyberium *DE* 22 lidia nimfarum *RB* 23 disse R^1B^1 eas testatur *r* 26 catapathmi *LGP*^{2} catabathi *SP*^{1} cathabati *A* aegiptio *H* egipeo *A*

proximi Cyrenenses, extenditur inter duas Syrtes, quas inaccessas uadosum ac reciprocum mare efficit. Cuius sali defectus uel incrementa haud promptum est deprehendere, ita incertis motibus nunc in breuia residit dorsuosa, nunc inundatur aestibus inquietis, ut auctor est Varro, perflabilem ibi terram uentis penetrantibus subitam uim spiritus citissime aut remouere maria, aut resorbere'.

XIV.*

Solin. 33, 1: 'Vltra Pelusiacum ostium Arabia est, ad Rubrum pertinens mare, quod Erythraeum ab Erythra rege, Persei et Andromedae filio, non solum a colore appellatum Varro dicit; qui affirmat in litore maris istius fontem esse, quem si oues biberint mutent uellerum qualitatem, et antea candidae amittant quod fuerint usque ad haustum ac furuo postmodum nigrescant colore'.

XV.*

Plin. XXXI 15: 'In Cilicia apud oppidum Cescum riuus fluit Nuus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit; at in Cea insula fontem esse, quo hebetes fiant, Zamae in Africa, ex quo canorae uoces'.

XVI.*

Lyd. de mag. III 74 p. 269 B: '*Πρὸς Πεσσινοῦντι πόλει τῆς Γαλατίας (οὕτω δὲ τὸ χωρίον ὀνομασθῆναι συμβέβηκεν ἐκ τοῦ πεσεῖν ἀπείρους ἐκεῖ, Γαλατῶν τῶν περὶ Ῥοδανὸν ἐπιπεσόντων τῇ χώρᾳ Βρέννου ἡγησαμένου, καὶ τὴν ὁμώνυμον αὐτοῖς χώραν ἐκδικεῖν βιαζομένων, ὡς Φενεστέλλας καὶ Σισένας οἱ Ῥωμαῖοί φασιν, ὧν τὰς χρήσεις ὁ Βάῤῥων ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνήγαγεν· ἐγὼ δὲ τὰς βίβλους οὔπω τεθέαμαι) ἐκεῖ τοίνυν τέμενος ἦν*' κ. τ. λ.

---

1 proximae (proxima *SA*) cyrenensis *HSA* 2 effecit *L* sale *G* 3 promptus *S* 4 nunc *om. h* breui *S* rescit *G* rescidit *LHSA* nunc breuibus extollitur nunc fluctibus inundatur, in breuia rescidit dorsuosa nunc inundatur aestibus *P* 5 et quietis *H* 6 subita *G* um *S* citissimi *a* 7 reuocare *ma* resoluere *H* 9 erithra *HSA* herytho *L* heritho *P* erico *G* 10 persarum *A* 12 mutant *H* 13 chaustum *LP* fuluo *H* 15 uiscum R^1V uisgum *r* 16 nouus R^1V M] *E* P. R^2, *om. r* 17 ad *V*, *om. r*

XVII.*

Hieron. ad Gal. II praef. = VII 425 Vallars. XXVI 353 Migne: 'Marcus Varro, cunctarum antiquitatum diligentissimus perscrutator et ceteri, qui eum imitati sunt, multa super hac gente (*scil. Galatarum*) et digna memoria tradiderunt'.

XVIII (3).

Tanaidis.

Liber XIV.

De aetate humana.

I (1).

Altera ita et altera uulneribus fatiscuntur.

II.*

Seru. Aen. V 295: 'Aetates omnes Varro sic diuidit: infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, senectam'.

III.*

Lact. diu. inst. II 13: 'Facta hominis uita est temporalis, sed tamen longa, quae in mille annos propagaretur. Quod diuinis litteris proditum et per omnium scientiam publicatum cum Varro non ignoraret, argumentari nisus est, cur putarentur antiqui mille annos uictitasse. Ait enim, apud Aegyptios pro annis menses haberi, ut non solis per XII signa circuitus faciat annum, sed luna, quae orbem illum signiferum XXX dierum spatio lustrat'.

XVIII Charis. I 145 K.: 'Tanaidis Varro antiquitatum humanarum XIII, non huius Tanais ut Tiberis, inquit Plinius'.

XIV, I Non. 479, 10 sqq.: 'Fatiscuntur pro fatiscunt Attius .... Varro Antiquitate [rerum] humanarum lib. XIIII: altera' e. q. s. (antiquitatem humana P antiquitate vg antiquitatum humanarum aliquis in marg. Iun. Antiquitate rerum humanarum Ritschl in Indice Varroniano p. 75).

---

6 item *coni. Quicherat* et *om. PCLA* altera ira, altera *Bentin. I* altera aetate, altera *ci. M., prob. Guyet* 8 adulicentiam *F* aduliscentiam *C*

IV.*

Censor. 14, 2—6: ‘Varro quinque gradus aetatis aequabiliter putat esse diuisos, unum quemque scilicet praeter extremum in annos XV. Itaque primo gradu usque annum XV pueros dictos, quod sint puri, id est inpubes. Secundo ad tricensimum annum adulescentes, ab alescendo sic nominatos. In tertio gradu qui erant usque quinque et quadraginta annos, iuuenis appellatos eo quod rem publicam in re militari possent iuuare. In quarto autem adusque sexagensimum annum seniores uocitatos, quod tunc primum senescere corpus inciperet. Inde usque finem uitae unius cuiusque quintum gradum factum, in quo qui essent, senes appellatos, quod ea aetate corpus iam senio laboraret. Hippocrates medicus in septem gradus aetates distribuit. Finem primae putauit esse septimum annum, secundae quartum decimum, tertiae duodetricensimum, quartae tricensimum quintum, quintae duo et quadragensimum, sextae quinquagensimum sextum, septimae nouissimum annum uitae humanae. Solon autem decem partes fecit, et Hippocratis gradum tertium et sextum et septimum singulos bifariam diuisit, ut una quaeque aetas annos haberet septenos. Staseas peripateticus ad has Solonis decem hebdomadas addidit duas, et spatium plenae uitae quattuor et octoginta annorum esse dixit; quem terminum si quis praeterit, facere idem quod stadiodromoe ac quadrigae faciunt, cum extra finem procurrunt. Etruscis quoque libris fatalibus aetatem hominis duodecim hebdomadibus discribi Varro commemorat. Quae duo * * ad decies septenos annos posse fatalia deprecando rebus diuinis proferre, ab anno autem LXX nec postulari debere nec posse ab deis impetrari. Ceterum post annos LXXXIV a mente sua homines abire, neque his fieri prodigia’.

---

3 usque ad *vg.* 4 secundus *D* secundos *V* 5 allescendo *DV* 6 erat *DV* 7 iuuenes *V* appellatus *B* 8 adusque .. (*erasis* ad) *D* usque ad *V* sexaginsimum *D* sexagesimū *V* 9 incipi*at* (at *d in ras.*) *D* incipiat *V vg.* 12 hippocratis *D* hyppocrates *V* aetatū *V* 17 hyppocratis *V* 20 ebdomades *V* 22 preterit *V* 24 etrursus *D* ebdomadibus *DV* 25 describi *D* que dum ad *V* 26 depraecando *V, corr. man. sec.*

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

5. de sexagenariis in l. II de uita p. R. teste Non. 523, 22.

Liber XV.

De temporum descriptionibus.

I (1).

Fros faenum messis.

II (2).

Mortuos sallant.

III.*

Plin. VII 214: 'M. Varro primum (*scil. horologium*) statutum in publico secundum Rostra in columna tradit bello Punico primo a M.' Valerio Messala cos. Catina capta in Sicilia, deportatum inde post XXX annos, quam de Papiriano horologio traditur, anno urbis CCCCXCI. Nec congruebant ad horas eius lineae, paruerunt tamen ei annis undecentum, donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit censor, diligentius ordinatum iuxta posuit; idque munus inter censoria opera gratissime acceptum est. Etiam tum tamen nubilo incertae fuere horae usque ad proximum lustrum. Tunc Scipio Nasica, col-

XV, I Charis. I 130 K.: 'Fros sine n littera ne faciat, inquit Plinius, frontis, quasi non dicatur nisi frons *τὸ μέτωπον*, quod se probare dicit, quoniam antea cum u non recipiat n, sed nec cum u uertet in o: Varro rerum rusticarum .... idem antiquitatum Romanarum libro XV: fros' e. q. s. II Diom. I 375 K.: 'Sallior frequens uidetur et tritum ut perfecto tempore salsus sum dicamus. Sed ueteres ambiguitatem appellationis uitantes et analogiam sequentes sallitus sum dixerunt a positione sallo, non sallio, ut Sallustius .... Varro ad Ciceronem .... idem antiquitatum humanarum quinto decimo: mortuos' e. q. s. (item antiquitatum A).

---

2 salant *B* sallunt *Busch.* 7 CCCLXXVII *C, corr. Salmasius* 8 ei] et *C* 11 incertae] *R* inter tot *D* incerto E^2 *in ras.* F^2 intertos F^1

lega Laenatis, primus aqua diuisit horas aeque noctium ac dierum. Idque horologium sub tecto dicauit anno urbis DXCV. Tamdiu populo Romano indiscreta lux fuit'.

IV.*

Seru. Aen. II 268: 'Sunt autem solidae noctis partes secundum Varronem hae: uespera, conticinium, intempesta nox, gallicinium, lucifer; diei: mane, ortus, meridies, occasus. De crepusculo uero, quod est dubia lux — nam 'creperum' dubium significat — quaeritur. Et licet utrique tempori possit iungi, usus tamen, ut matutino iungamus, obtinuit'.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

5. de temporum descriptionibus de l. L. VI 4—11 coll. VII 51. 72. 76—79,

6. de temporibus annali et menstruo de r. r. I 27,

7. de saeculis describendis in libro de saeculis teste Censor. XVII 14.

Liber XVI.

De diebus.

I (1).

Mortuus est anno duouicesimo, rex fuit annos XXI.

II (lib. XIII fr. 1).

Homines, qui inde a media nocte ad proximam mediam

XVI, I Non. 100, 11: 'Duouicesimo ita ut duodecimo. Varro humanarum rerum libro XVI: Mortuus' e. q. s. Gell. V 4, 5: '[. . . . Varro . . . . libro XVI humanarum duo uicesimo] hic ita scripsit: mortuus' e. q. s. II Gell. III 2, 2: 'M. Varro in libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit: homines, inquit, qui' e. q. s. Cf. Macr. I 3, 2.

---

5 conticinium] *LME* concubium *C* conticidium *H* intempesta nox] *CM* intempestum *LH* intempestatum *E* 6 galicinium *C, corr. c* gallicidium *H, corr. eadem man.* diei uero *C* meridies *e. q. s. om. C* 10 duodeuicesimo *Gelli codd.* 11 in media *Rot.* ex media *Gron. Macr.*

noctem in his horis uiginti quattuor nati sunt, uno die nati dicuntur.

III (lib. XIII fr. 2).

Gell. III 2, 4—11: ‘Athenienses autem aliter obseruare, idem Varro in eodem libro (*scil. de diebus*) scripsit, eosque a sole occaso ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonios porro aliter: a sole enim exorto ad exortum eiusdem incipientem totum id spatium unius diei nomine appellare; multos uero in terra Vmbria unum et eundem diem esse dicere a meridie ad insequentem meridiem: quod quidem, inquit, nimis absurdum est. Nam qui Kalendis hora sexta apud Vmbros natus est, dies eius natalis uideri debebit et Kalendarum dimidiarum et qui est post Kalendas dies ante horam eius diei sextam. Populum autem Romanum ita, uti Varro dixit, dies singulos adnumerare a media nocte ad mediam proximam, multis argumentis ostenditur. Sacra sunt Romana partim diurna, alia nocturna; sed ea, quae inter noctem fiunt, diebus addicuntur, non noctibus; quae igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die fieri dicuntur, qui proximus eam noctem inlucescit. Ad hoc ritus quoque et mos auspicandi eandem esse obseruationem docet: nam magistratus, quando uno die eis auspicandum est et id, super quo auspicauerunt, agendum, post mediam noctem auspicantur et post meridiem sole magno agunt auspicatique esse et egisse eodem die dicuntur. Praeterea tribuni plebis, quos

---

1 in *om. Macr.* una *Gron.* 5 occasu *Reg.* a solis occasu *Macr.* 7 totum *om. Macr.* 8 uocare *Macr.* 9 Vmbros uero unum *cet. Macr.* 10 inquit Varro *Macr.* minus absurdum *Curiatius obseru. 15, 32* 13 dimidiarum] *Reg. Rot.* dimidiatus *Gron. Macr.* et qui post Kalendas erit usque ad horam eius (eiusdem *P*) diei sextam *Macr.* 16 usque ad *Gron.* 17 sunt enim *Macr.* et ea quae diurna sunt * * * * ab hora sexta noctis sequentis nocturnis sacris tempus impenditur. Ad hoc ritus *Macr.* 22 una *Gron.* et id agendum, super quo processit auspicium *Macr.* 24 et post meridiem solem agunt *Rot. Reg. Lipsius Gron.* post exortum solem *Gryphius* et post exortum solem agunt auspicatique et egisse (auspicatiq * * g * * | eodem egisse die *P*) *Macr.* 25 et eodem *Rot.*

nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur et post primam facem ante mediam sequentem reuertuntur, non uidentur afuisse unum diem, quoniam, ante horam noctis sextam regressi, parte aliqua illius in urbe Roma sunt'. Cf. Macr. I 3, 4—8.

IV.*

Macr. I 16, 27: 'Ad rem sane militarem nihil adtinere notat Varro, utrum fastus uel nefastus dies sit, sed ad solas hoc actiones respicere priuatas'.

V.*

Macr. I 13, 20 sq.: 'Et Macer quidem Licinius eius rei originem Romulo adsignat. Antias libro secundo Numam Pompilium sacrorum causa id inuenisse contendit. Iunius Seruium Tullium regem primum intercalasse commemorat, a quo et nundinas institutas Varroni placet. Tuditanus refert libro tertio Magistratuum decemuiros, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse. Cassius eosdem scribit auctores. Fuluius autem id egisse M.' Acilium consulem dicit ab urbe condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox bello Aetolico. Sed hoc arguit Varro scribendo antiquissimam legem fuisse incisam in columna aerea a L. Pinario et Furio consulibus, cui mensis intercalaris adscribitur'.

VI.*

Seru. Georg. I 275: '*Varro dicit antiquos nundinas feriatis diebus agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbem rustici commearent, et bene per haec omnia, quae superius dixit, ostendit ferias non pollui*'.

VII.*

Macr. I 16, 33: 'Geminus ait diem nundinarum exactis iam regibus coepisse celebrari, quia plerique de plebe repetita Seruii

---

1 diem integrum *Macr.* 3 non dicuntur *Gron.* unum *om. Macr.* quando *Gron.* 4 partem aliquam *Aldus Gryph.* partem aliquam illius in urbe consumunt *Macr.* 12 interkalasse *P* 13 tutidianus *P* tutid¹anus *B* 16 M'. Acilium] *Ian.* marcum *P* martiũ *B* 18 aetonico sed hunc *P* 19 in * *P* lucio *BP* ponario B^1 20 fuuio *P* mentio *BP, corr. Zeunius* interkalaris *P* interkalandi *B* 25 cepisse *P*

Tullii memoria parentarent ei nundinis. Cui rei etiam Varro consentit'.

VIII.*

Macr. I 15, 18: 'Vt autem Idus omnes Ioui, ita omnes Kalendas Iunoni tributas et Varronis et pontificalis adfirmat auctoritas'.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

9. de diebus hominum causa constitutis de l. L. VI 27—32 coll. 53.

Liber XVII.

De mensibus.

I.*

Censor. 22, 9—15: 'Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse Fuluius et Iunius auctores sunt. Et quidem duos primos a parentibus suis nominasse, Martium a Marte patre, Aprilem ab Aphrodite, id est Venere, unde maiores eius oriundi dicebantur. Proximos duos a populo, Maium a maioribus natu, Iunium a iunioribus. Ceteros ab ordine quo singuli erant, Quintilem usque Decembrem perinde a numero. Varro autem Romanos a Latinis nomina mensum accepisse arbitratus auctores eorum antiquiores quam urbem fuisse satis argute docet. Itaque Martium mensem a Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fuerit pater, sed quod gens Latina bellicosa. Aprilem autem non ab Aphrodite, sed ab aperiendo, quod tunc ferme cuncta gignantur et nascendi claustra aperiat natura. Maium uero non a maioribus, sed a Maia nomen accepisse, quod eo mense tam Romae quam antea in Latio res diuina Maiae fit et Mercurio. Iunium quoque a Iunone potius quam iunioribus, quod illo mense maxime Iunoni honores habentur.

1 ei] in *P* 10 a *post* Maium *om. V* 11 ceteris *DV* 13 arbitrantur *D* arbitratur *dV, corr. Iahn.* actores *D* autores *d* 14 arkti *D* arkiti *d* arkyti *V, corr. Carrio* 18 ferre *D* fere *V vg.* 22 maximae *D*

Quintilem, quod loco iam apud Latinos fuerit quinto, item Sextilem ac deinceps ad Decembrem a numeris appellatos. Ceterum Ianuarium et Februarium postea quidem additos, sed nominibus iam ex Latio sumptis; et Ianuarium ab Iano, cui adtributus est, nomen traxisse, Februarium a februo. Est februum quidquid piat purgatque, et februamenta purgamenta, item februare purgare et purum facere. Februum autem non idem usquequaque dicitur: nam aliter in aliis sacris februatur, hoc est purgatur. In hoc autem mense Lupercalibus, cum Roma lustratur, salem calidum ferunt, quod februum appellant, unde dies Lupercalium proprie februatus et ab eo porro mensis Februarius uocitatur'.

II.*

Macr. I 12, 13: 'Cingio etiam Varro consentit adfirmans nomen Veneris ne sub regibus quidem apud Romanos uel Latinum uel Graecum fuisse, et ideo non potuisse mensem a Venere nominari'.

III.*

Macr. I 12, 27 sq.: 'Haec (*scil. Medea, scil. Maia*) apud Graecos ἡ θεὸς γυναικεία dicitur, quam Varro Fauni filiam tradit adeo pudicam, ut extra γυναικωνῖτιν numquam sit egressa nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec uirum umquam uiderit uel a uiro uisa sit, propter quod nec uir templum eius ingreditur. Vnde et mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse, quod Herculi, cum boues Geryonis per agros Italiae duceret, sitienti respondit mulier aquam se non posse praestare, quod feminarum deae celebraretur dies nec ex eo apparatu uiris gustare fas esset. Propter quod Hercules facturus sacrum detestatus est praesentiam feminarum et Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit ne mulierem interesse permitterent'. Cf. Lact. diu. inst. I 22.

---

1 loco iam] *D* loiam *V* sextile *D* 2 numis appellatus *D* 6 februm *DV* piat *D* ex *initio superscr. d* expiat *V vg.* 7. 10. februm *DV* 13 cangio *ut uidetur* P^1 14 regulis *P* quidem romanorum uel P^1 15 gęcũ P^1 mentem *B* 18 H] *Gudianus, om. B O P* TYNAIKEIA *B* * * * tradit *P* 19 TYNAIKΩNITIN *B* 21 uiderit nec *P* 23 gerionis *B* gerrionis *P* 25 deae] dię B^1 27 potio *P*

IV.*

Lyd. de mens. IV 52 p. 88 B: ‘*Τὴν Μαΐαν οἱ πολλοὶ τὸ ὕδωρ εἶναι βούλονται . . . . Καὶ οὐκ ἔξω λόγου ὁ Βάρρων φαίνεται ὡς καὶ μῆνα ἀναθέμενος αὐτῇ κινήσει γὰρ τοῦ ὑποβρυχίου ὕδατος γίνεσθαι σάλον τοῖς φιλοσόφοις δοκεῖ, πρώτη δὲ ἑορτὴ τοῦ Μαΐου παρὰ Ῥωμαίοις αἱ περὶ σεισμῶν ἱκεσίαι*’.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

5. de mensium nominibus de l. L. VI 33 sq.

Liber XVIII.

De annis.

I (3).

Charis. I 77 K.: ‘Balteus masculino genere semper dicitur . . . . Plinius tamen uult masculino genere uinculum significare, neutro autem lora ad ligandum apta. Sed Varro in Scauro baltea dixit et Tuscum uocabulum ait esse. Item humanarum XVIII’.

II (1).

Ad Romuli initium plus mille et centum annorum est.

III.*

Censor. 20, 2—6: ‘Annum uertentem Romae Licinius quidem Macer et postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fuisse scripserunt: sed magis Iunio Gracchano et Fuluio et Varroni et Suetonio aliisque credendum, qui decem mensum putarunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani. Hi decem menses dies CCCIIII hoc modo habebant: Martius XXXI, Aprilis XXX, Maius XXXI, Iunius XXX, Quintilis

XVIII, II Gell. I 16, 3: ‘Varro in XVIII humanarum: ad’ e. q. s. (octauo decimo] libri meliores, in octauo decimo Carrio et Gron., XVII humanarum Rot. Regius Macr. Hertz). Cf. Macr. I 5, 5.

13 mensium *V* 14 gracch***o *d* graccho *V* 17 CCCIII *DV*

XXXI, Sextilis et September tricenos, October XXXI, Nouember et December XXX; quorum quattuor maiores pleni, ceteri sex caui uocabantur. Postea siue a Numa, ut ait Fuluius, siue, ut Iunius, a Tarquinio XII facti sunt menses et dies CCCLV, quamuis luna XII suis mensibus CCCLIIII dies uidebatur explere. Sed ut dies unus abundaret, aut per inprudentiam accidit, aut, quod magis credo, ea superstitione qua inpar numerus plenus et magis faustus habebatur. Certe ad annum priorem unus et quinquaginta dies accesserunt: qui quia menses duo non explerent, sex illis cauis mensibus dies sunt singuli detracti et ad eos additi, factique dies LVII, et ex his duo menses, Ianuarius undetriginta dierum, Februarius duodetriginta. Atque ita omnes menses pleni et inpari dierum numero esse coeperunt, excepto Februario, qui solus cauus et ob hoc ceteris infaustior est habitus. Denique cum intercalarium mensem uiginti duum uel uiginti trium dierum alternis annis addi placuisset, ut ciuilis annus ad naturalem exaequaretur, in mense potissimum Februario inter terminalia et regifugium intercalatum est, idque diu factum prius quam sentiretur annos ciuiles aliquanto naturalibus esse maiores. Quod delictum ut corrigeretur, pontificibus datum negotium eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa'.

IV (2).

Censor. 17, 15: 'Quid apud Varronem legerim non tacebo, qui libro antiquitatum duodeuicensimo ait fuisse Vetium Romae in augurio non ignobilem, ingenio magno, cuiuis docto in disceptando parem: eum se audisse dicentem, si ita esset ut traderent historici de Romuli urbis condendae auguriis ac XII uulturis, quoniam CXX annos incolumis praeterisset populus Romanus, ad mille et ducentos peruenturum'.

---

3 a Numa] annum *D* 10 illis] his *V* dies *om. V* 11 LXII *DV* 12 fabruarius *V* 16 mensum (u *in ras.*) *D* mensuum *d* mensiū *V* 18 interminalia *V* 21 dilectum *D* 25 ignorabilem *V* cuius *DV* eius *m. rec. in V. in marg.* 26 doctori *V et m. rec. in D* doctiori *Lachmann.* 27 essent *D* tradebant *V* 28 CXX] ex x *DV*

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

5. de intercalandi ratione in epistolicis quaestionibus teste Seru. Georg. I 43,

6. de saeculis in libro de saeculis teste Censor. 17.

Liber XIX.

De aetate urbis Romae.

I.*

Censor. 21, 1—5: 'Nunc uero id interuallum temporis tractabo, quod historicon Varro appellat. Hic enim tria discrimina temporum esse tradit, primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam uocatur adelon, secundum a cataclysmo priore ad olympiadem primam, quod, quia multa in eo fabulosa referuntur, mythicon nominatur, tertium a prima olympiade ad nos, quod dicitur historicon, quia res in eo gestae ueris historiis continentur. Primum tempus, siue habuit initium seu semper fuit, certe quot annorum sit non potest conprehendi. Secundum non plane quidem scitur, sed tamen ad mille circiter et sescentos annos esse creditur. A priore scilicet cataclysmo, quem dicunt et Ogygii, ad Inachi regnum annos circiter CCCC**, hinc ad olympiadem primam paulo plus CCC. Quos solos, quamuis mythici temporis postremos, tamen quia a memoria scriptorum proximos quidam certius definire uoluerunt. Et quidem Sosibius scripsit esse CCCXCV, Eratosthenes autem septem et quadringentos, Timaeus CCCCXVII, Aretes DXIIII, et praeterea multi diuerse,

---

2 historicon (con *in ras.*) *D* ἱστορικὸν *vg.* 4 quod — adelon *om. V* 5 a cataclysmo priore *om. V* 9 quod *D* 12 et Ogygii] *L. de Ian.* erogycii *D* erogicii *V* et *om. vg.* iachi *V* 13 annis *V* anni sunt *Iahn.* 13 *in lacuna supplet Hultsch:* computarunt, hinc ad excidium Troiae annos DCCC *coll. Kettner. uarr. stud. 46 sq.* 14 mytichi *V* 17 emtosthenes *DV* Timeus *D* itimeus *V* 18 eretes *DV* Crates *Iahn.* δCIIII V^1, *corr. m. 2*

quorum etiam ipsa dissensio incertum esse declarat. De tertio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores dissensio in sex septemue tantummodo annis uersata: sed hoc quodcumque caliginis Varro discussit, et pro cetera sua sagacitate nunc diuersarum ciuitatium conferens tempora, nunc defectus eorumque interualla retro dinumerans eruit uerum lucemque ostendit, per quam numerus certus non annorum modo sed et dierum perspici possit'.

II.*

Plut. Rom. 12: *Ἐν δὲ τοῖς κατὰ Βάῤῥωνα τὸν φιλόσοφον χρόνοις, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατον, ἦν Ταρούτιος ἑταῖρος αὐτοῦ, φιλόσοφος μὲν ἄλλως καὶ μαθηματικός, ἁπτόμενος δὲ τῆς περὶ τὸν πίνακα μεθότου θεωρίας ἕνεκα καὶ δοκῶν ἐν αὐτῇ περιττὸς εἶναι. Τούτῳ προὔβαλεν ὁ Βάῤῥων ἀναγαγεῖν τὴν Ῥωμύλου γένεσιν εἰς ἡμέραν καὶ ὥραν, ἐκ τῶν λεγομένων ἀποτελεσμάτων περὶ τὸν ἄνδρα ποιησάμενον τὸν συλλογισμὸν, ὥσπερ αἱ τῶν γεωμετρικῶν ὑφηγοῦνται προβλημάτων ἀναλύσεις· τῆς γὰρ αὐτῆς θεωρίας εἶναι χρόνον τε λαβόντας ἀνθρώπου γενέσεως βίον προειπεῖν καὶ βίῳ δοθέντι θηρεῦσαι χρόνον. Ἐποίησεν οὖν τὸ προσταχθὲν ὁ Ταρούτιος, καὶ τά τε πάθη καὶ τὰ ἔργα τοῦ ἀνδρὸς ἐπιδὼν καὶ χρόνον ζωῆς καὶ τρόπον τελευτῆς καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα συνθείς, εὖ μάλα τεθαῤῥηκότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ γεγονέναι τοῦ Ῥωμύλου σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ τρίτῃ καὶ εἰκάδι τρίτης ὥρας, καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν δ' ἐμφανῆ γένεσιν ἐν μηνὶ Θωὺθ ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα περὶ ἡλίου ἀνατολάς. Κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ τῇ ἐνάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἰσταμένου μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης· ἐπεὶ καὶ πόλεως τύχην, ὥσπερ ἀνθρώπου, κύριον ἔχειν οἴονται χρόνον, ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως πρὸς τὰς τῶν ἀστέρων ἐποχὰς θεωρούμενον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ ξένῳ καὶ περιττῷ προσάξεται μᾶλλον ἢ διὰ τὸ μυθῶδες ἐνοχλήσει τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτοῖς'.*

---

5 conterens *DV* 23 *γεγονέναι τοῦ Ῥωμύλου*] *Vat. τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι υ*

III.*

Lyd. mag. I 2 p. 122 B: *Ἀνύονται τοιγαροῦν ἐκ τῆς Αἰνείου ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν παρόδου ἕως τοῦ πολισμοῦ τῆς Ῥώμης ἐνιαυτοὶ ϑ′ καὶ λ′ καὶ υ′ κατὰ Κάτωνα τὸν πρῶτον καὶ Βάῤῥωνα τοὺς Ῥωμαίους*.

Liber XX.

De re publica.

I (1).

Et ea, quae ad mortales pertinent, quadrifariam dispertierim: in homines, in loca, in tempora, in res.

II (3).

Omnes Tarquinios eiecerunt, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent.

III.

Ad milites facit reuersiones.

IV (2).

Neque idonei ciues aliquid habent antiquius salute communi.

V (12).

Secundum leges auitas et patrias.

XX, I Non. 92, 14: ‘Quadrifariam. Varro rerum humanarum lib. XX: et ea’ e. q. s. (rhetoricorum omnes codd., corr. Popma et Mercerus). II. III Non. 222, 16: ‘Reditus generis masculini. Vergilius .... Feminino. M. Tullius .... Varro rerum humanarum libro XX: omnes — haberent. Idem in eodem: ad’ e. q. s. IV Non. 425, 32: ‘Antiquior, melior. Varro rerum humanarum libro XX: neque’ e. q. s. V Non. 161, 7: ‘Patrium, ut auitum. Varro Manio .... Idem rerum humanarum lib. XX: secundum’ e. q. s. (de re rustica coni. Lipsius, corr. Popma).

---

5 mortalis *vg.* 7 omnis *vg.* Tarquilinios *L* eicerent *uel* eiicerent *vg.* nec quam redditionis *L* 11 leges habitasset patritas *codd.* auitas et *coni. Roth.*

VI (5).

Praeterquam duobus in primis est, scriptum [balbe], ... spectare uelit potius quam uoluntatem, debeam non datum dicere magistratum.

VII (10).

Qui in ordine erat, is aes militare merebat.

VIII (11).

In conuiuiis qui sunt instituti potandi modimperatores.

IX (6).

Eo die cis Tiberim redeundum est, quod de coelo auspicari ius nemini sit praeter magistratum.

X (9).

Vt, consules ac praetores qui sequuntur in castra, accensi dicti, quod ad necessarias res saepius acciantur ueluti accersiti.

VI Non. 80, 7: 'Balbe, obscure. Varro rerum humanarum lib. XX: Praeterquam' e. q. s. VII Non. 345, 4: 'Meret, humillimum et sordidissimum quaestum capit, et ob mercedem laborem uel infamiam corporis locat: unde et meritorii et meretrices dicuntur. Varro rerum humanarum lib. XX: qui' e. q. s. VIII Non. 142, 5: 'Modimperatores, quasi modum imperantes. Varro rerum humanarum lib. XX: in — modimperatores; [id est] magistri'. IX Non. 92, 8: 'Cis positum pro citra. Sallustius ... Varro rerum hum. lib. XX: eo' e. q. s. (rhetoricorum codd., corr. Popma). X Non. 59, 2: 'Accensi genus militiae est administrantibus proximum. Varro rer. hum. lib. XX: ut — accersiti. Quos nunc dicimus deputati' (rhetoricorum codd., corr. Scaliger).

---

1 *lacunam ineunte exemplo innuit Mercer.* scriptum balbe: spectare *Riccobon. Popma* 4 sordidissimum quaestum capit. Varro — merebat, et ob mercedem laborem uel infamiam corporis locat' *vg., corr. Merc. prob. Gerl. ed. Lucil.* inordine ratis es *H* ratis est *P* inordinerat is es *Gerl.* militia meraebat *P* ratis aes mil. *ed. 1476, corr. Merc.* 5 modiperatores *codd., corr. Popma* quis instituti *W Merc.* putendi *codd.* putandi *Bentin. Ald. Iunius, corr. Merc.* modiperatores, magistri *Gerl.* mod. potandi magistri *Passer* pot. mod. *Gothof.* magistri *ut glossema del. Quich.* 6 redeundum — auspicari *om. P* spicari *P* auspiciari *W. Iun. marg.* 7 magistrum *codd., corr. Ald.* 8 secuntur *codd.* 9 uelut accersita *P* accensiti *L Ald. Iun.* — *Tribuit Varroni sequentia uerba* quos nunc dicimus deputati *Merc., non autem Gerl.*

XI (8).

Quod uerbum censeo et arbitror idem poterat ac ualebat.

XII (7).

Cum uenerint censores, inter se sortirent.

XIII (13).

Ne quis lictorem spurcum hominem liberum prehendere iussisse uelit.

XIV (4).

Decemuiri cum fuissent arbitrati, ui nos nundinum diuisum habuisse.

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

15. de magistratuum nominibus de l. L. V 80—82,

16. de consulibus et praetoribus in II. libro de uita p. R. teste Non. 24,

17. de censoribus ibidem eodem teste l. c.,

18. de uerbis quarto et quartum praetorem fieri in disciplinarum libro quinto teste Gell. X 1, 6 coll. Non. 435.

Liber XXI.

De magistratuum imperio et potestate.

I (lib. XIX fr. 3).

Gell. XI 1, 5: 'Vocabulum autem ipsum multae idem M. Varro in uno uicesimo rerum humanarum non La-

XI Non. 519, 22: 'Censere et arbitrari ueteres cognatione quadam socia ac similia uerba esse uoluerunt. Varro rer. hum. lib. XX: quod' e. q. s. (de rustica P Gerl. de rustica WV Merc. de republica Ald. Iun. de uita p. R. Iun. in marg., corr. Popma). XII Non. 471, 1: 'Sortirent, pro sortirentur. Varro rer. hum. lib. XX: Cum' e. q. s. XIII Non. 394, 4: Spurcum, sacrum aut sanguinarium. Afranius .... Varro lib. XX rer. hum.: ne' e. q. s. XIV Non. 214, 33: 'Nundinae generis sunt feminini. Varro .... Masculini. Lucilius .... Varro Gerontodidascalo .... Idem rerum humanarum libro XX: decemuiri' e. q. s.

2 sortiant *codd.* sortiunt *Od. Müller.* 3 nec quis *P* lectorem *vg., corr. Muret.* 5 arbitrati] *edd.* arbitrari *codd.* uinos *codd. Merc.* binos *Q Ald. Iun., corr. Guyet*

tinum, sed Sabinum esse dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti'.

II (1).

In magistratu habent alii uocationem, alii prensionem, alii neutrum; uocationem, ut consules et ceteri, qui habent imperium; prensionem, ut tribuni plebis et alii, qui habent uiatorem; neque uocationem neque prensionem, ut quaestores et ceteri, qui neque lictorem habent, neque uiatorem. Qui uocationem habent, idem prendere, tenere, abducere possunt, et haec omnia siue adsunt quos uocant siue acciri iusserunt. Tribuni plebis uocationem habent nullam; neque minus multi imperiti, proinde atque haberent, ea sunt usi; nam quidam non modo priuatum, sed etiam consulem in rostra uocari iusserunt. Ego triumuirum uocatus a Porcio tribuno plebis non iui, auctoribus principibus, et uetus ius tenui. Item tribunus cum essem, uocari neminem iussi, nec uocatum a collega parere inuitum.

III (2).

Qui potestatem neque uocationis populi uiritim habent, neque prensionis, eos magistratus a priuato in ius quoque uocari est potestas. M. Laeuinus, aedilis curulis, a priuato ad praetorem in ius est eductus, nunc stipati seruis publicis non modo prendi non possunt, sed etiam ultro submouent populum.

IV.

Gell. XIII 13, 5: 'Hoc (*scil. fragm. III*) Varro in ea libri parte de aedilibus, supra autem in eodem libro quaestores neque uocationem habere neque prensionem dicit'.

II Gell. XIII 12, 5 sq.: 'Id ipsum postea in M. Varronis rerum humanarum uno et uicesimo libro enarratius scriptum inuenimus, uerbaque ipsa super ea re Varronis adscripsimus: in magistratu, inquit, habent' e. q. s. III Gell. XIII 13, 4: 'Sed ego, qui tum adsiduus in libris M. Varronis fui, cum hoc quaeri dubitarique animaduertissem, protuli unum et uicensimum rerum humanarum, in quo ita scriptum fuit: qui' e. q. s.

---

10 neque eo minus *coni. Gron. in ann.* 19 a priuato et praetore *Reg.*

Praeterea Varronem in hoc libro de eis quoque disputasse puto, quae protulit

5. de multa et poena de l. L. V 177,

6. de multa in libro primo quaestionum epistolicarum teste Fest. 142[2] 21,

7. de consulis in delectu imperio in Gerontodidascalo teste Non. 19,

8. de magistratuum honoribus in libro decimo rerum diuinarum teste Macr. VI 4, 8,

9. de eis, qui senatum habeant in libro quarto epistolicarum quaestionum teste Gell. XIV 7, 4—6. 8, 2.

Liber XXII.

De bello et pace.

I (lib. XIX fr. 1).

Indutiae sunt pax castrensis paucorum dierum. 1

II (lib. XIX fr. 2).

Indutiae sunt belli feriae.

III.

Seru. Aen. IX 606: '*Flectere autem uerbo antiquo usus est; nam equites apud ueteres flexuntes uocabantur, sicut ait Varro rerum humanarum*'. 5

IV.*

Seru. Aen. VII 664: 'Dolo est aut flagellum, intra cuius uirgam latet pugio, aut secundum Varronem ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem a fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem praeferant ligni'.

V.*

Seru. Aen. XI 502: '*Varro turmam triginta sex equites* 10 *posuit*'.

XXII, I. II Gell. I 25, 1: Duobus modis M. Varro in libro humanarum, qui est de bello et pace, indutiae quid sint definit: indutiae sunt, inquit, pax — dierum. Item alio in loco: indutiae sunt, inquit, belli' e. q. s.

VI.

Seru. Aen. XII 121: '*Varro rerum humanarum duo genera agminum dicit: quadratum, quod immixtis etiam iumentis incedit, ut ubiuis possit considere; pilatum alterum, quod sine iumentis incedit, sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca tramittatur*'.

VII.*

Sparum, telum missile, a piscibus ducta similitudine, qui spari uocantur.

VIII.*

Plut. Rom. 16: '*Ὀπίμια δὲ τὰ σκῦλα, φησὶ Βάῤῥων, καθότι καὶ τὴν περιουσίαν ὅπεμ λέγουσιν*'.

IX.*

Val. Max. III 2, 24: 'Sed quod ad proeliatorum excellentem fortitudinem adtinet, merito L. Sicci Dentati commemoratio omnia Romana exempla finierit, cuius opera honoresque operum ultra fidem ueri excedere iudicari possent, nisi ea certi auctores, inter quos M. Varro, monumentis suis testata esse uoluissent. Quem centies et uicies in aciem descendisse tradunt, eo robore animi atque corporis utentem, ut maiorem semper uictoriae partem traxisse uideretur; sex et triginta spolia ex hoste retulisse, quorum in numero octo fuisse, cum quibus inspectante utroque exercitu ex prouocatione dimicasset, XIIII ciues ex media morte raptos seruasse, quinque et XL uulnera pectore excepisse, tergo cicatricibus uacuo; nouem triumphales imperatorum currus secutum, totius ciuitatis oculos in se numerosa donorum pompa conuertentem. Praeferebantur enim aureae coronae octo, ciuicae XIIII, murales tres, obsidionalis una, torques LXXXIII, armillae CLX, hastae

VII Seru. Aen. XI 682: '*Varro ait: sparum*' e. q. s.

---

11 Sentii *in ras. A* Sentius *Paridi est* Sicinii *B Torr.* siccinei *E* sicii *Γ* 13 excedere] se extendere *D* 14 suis *om. Γ* 15 uoluisset *C et pr. A* uicesies *B* uigesies *E et corr. C Torr.* acie *BCD* 17 XXVI spolia *Par.* 18 retulisset *C* 19 probatione *BCDΓ et pr. A* 21 in pectore *C* VIII triumphales *Par.* 24 XIIII *om. E* 25 torques CIXXXIII *ABCEG Torr.* dIXXXIII *in ras. D* hastae XVIIII *E*

XVIII, phalerae XXV, ornamenta etiam legioni, nedum militi satis multa'.

X.*

Fest. 189[1] 4: 'M. Varro ait opima spolia esse, etiam si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium, — *sed prima esse, quae dux duci; neque enim, quae a duce capta* — non sint, ad aedem Iouis Feretri poni, testimonio esse libros pontificum, in quibus sit: pro primis spoliis boue, pro secundis solitaurilibus, pro tertiis agno publice fieri debere. Esse etiam Pompili regis legem opimorum spoliorum talem: cuius auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Ioui Feretrio bouem caedito, qui cepit, aeris CCC darier oportet. Secunda spolia, in Martis aram in campo solitaurilia utra uoluerit caedito, qui cepit, ei aeris CC dato. Tertia spolia, Ianui Quirino agnum marem caedito, C, qui ceperit, ex aere dato. Cuius auspicio capta, dis piaculum dato. *Ops dea* . . . . huius aedis lex nulla extat; neque templum habeat necne scitur'.

XI.

Cum in agonibus herbam in modum palmae dat aliquis ei, cum quo contentere non conatur, et fatetur esse meliorem.

XII.*

Seru. Bucol. VIII 12: '*Lauro autem triumphantes coronantur, hedera poetae* . . . . *Cur tamen triumphantes lauro coro-*

XI Seru. Aen. VIII 128: 'Hinc est illud prouerbium herbam do, i. e. cedo uictoriam. Quod Varro in antiquitatis libris ponit: cum' e. q. s. (etiis Guelf. I in Aetiis LV Vos. Steph. inoetas Lips.). Cf. Mythogr. Lat. III 10, 6.

1 pharetre *ABDEΓ* pharatre *C* pateras *pr. Par.* pharetras *corr. Par.* XXXV *Par.* 4. 5 *lacunam suppl. Hertzberg, Philol. 1846 p. 331 sqq.* hostium - ea detraxerit . . . Quod autem omnia spolia solita — non *Müll. secutus Sigonium et Brissonium* 7 bouem *cod., corr. A. Aug.* 9 compelli reges *cod., corr. A. Aug.* 10 Feretrio darier oporteat et bouem *cod., corr. Scal. et Vrs.* 11 CC *cod., corr. Vrs.* darier oportet *om. cod.* 12 in campo] in *om. Ald.* qui — dato *om. cod., suppl. Vrs.* 13 Iano *Ald. vg. Vrs. in marg.* 14. 15 cuius — dato *om vg.* Ops dea *suppl. Müll.* 16 habeant *marg. A. Aug.* neque *cod., corr. Scalig.* 18 cupit *alii* conabatur *Mythogr.*

nentur, haec ratio est: quoniam apud ueteres a laude habuit nomen, nam laudum dicebant; uel quod hanc in manu habuit Iuppiter, quando Titanas uicit; uel quod ea arbore praefecti militum, Fidenatibus uictis, se coronassent sub Romulo; uel quod semper uireat. Hedera autem ideo coronantur poetae, quoniam poetas saepe uino plurimo manifestum est uti, sicut et de Ennio ait Horatius ⟨epist. I 19, 7⟩, et Lyrici omnes in suis carminibus loquuntur, et haec herba nimium frigida est, et uini calorem temperat, nam ideo et capiti imponitur. Varro ait Liberum patrem propter calorem uini hedera coronatum. Idem Varro etiam Musas ait hedera coronari'.

XIII.*

Seru. Aen. V 269: 'Significat lemniscatas coronas, quae sunt de frondibus et discoloribus fasciis, et sicut Varro dicit magni honoris sunt'.

XIV.**

Plin. XVI 7: 'Cedunt his (*scil. ciuicis coronis*) murales uallaresque et aureae, quamquam pretio antecedentes, cedunt et rostratae, quamuis in duobus maxime ad hoc aeui celebres: M. Varrone e piraticis bellis dante Magno Pompeio, itemque M. Agrippa tribuente Caesare e Siculis, quae et ipsa piratica fuere'.

XV.*

Plin. XXII 13: 'Aemilianum quoque Scipionem Varro auctor est donatum obsidionali in Africa Manilio consule III cohortibus seruatis totidemque ad seruandas eas eductis'.

XVI.**

Gell. V 6: 'Militares coronae multifariae sunt. Quarum quae nobilissimae sunt, has ferme esse accepimus: triumphalem, obsidionalem, ciuicam, muralem, castrensem, nauale; est ea quoque corona, quae oualis dicitur, est item postrema

---

13 fasciis] *L* fasceis *reliqui* 14 magni honoris sunt] *in contextu omissa in marg. suppl. l* 18 Pompe D^1G itemque] quae D^1Gd 22 III] *R om. r*

oleaginea, qua uti solent, qui in proelio non fuerunt, sed triumphum procurant.

Triumphales coronae sunt aureae, quae imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id uulgo dicitur aurum coronarium. Haec antiquitus e lauru erant, post fieri ex auro coeptae.

Obsidionalis est, quam ii, qui liberati obsidione sunt, dant ei duci, qui liberauit. Ea corona graminea est, obseruarique solitum, ut fieret e gramine, quod in eo loco gnatum esset, intra quem clausi erant, qui obsidebantur. Hanc coronam gramineam senatus populusque Romanus Q. Fabio Maximo dedit bello Poenorum secundo, quod urbem Romam obsidione hostium liberasset.

Ciuica corona appellatur, quam ciuis ciui, a quo in proelio seruatus est, testem uitae salutisque perceptae dat. Ea fit e fronde quernea, quoniam cibus uictusque antiquissimus quercus capi solitus; fuit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii.

Aduéhitur, inquit, cum iligneá corona et chlámyde di uestrám fidem!

Masurius autem Sabinus in undecimo librorum memorialium ciuicam coronam tum dari solitam dicit, cum is, qui ciuem seruauerat, eodem tempore etiam hostem occiderat neque locum in ea pugna reliquerat . . . . .

Muralis est corona, qua donatur ab imperatore, qui primus murum subiit inque oppidum hostium per uim ascendit; idcirco quasi muri pinnis decorata est. Castrensis est corona, qua donat imperator eum, qui primus hostium castra pugnans introiuit; ea corona insigne ualli habet. Naualis est, qua donari solet maritimo proelio, qui primus in hostium nauem ui armatus transiluit; ea quasi nauium rostris insignita est. Et muralis autem et castrensis et naualis fieri ex auro solent.

---

5 hac antiquitus laurea *Rott.* hae ant. laureae erant *coni. Gron.* 11 generatum *Gron.* 12 Romanam *Lincolniensis* 16 querna *Gron.* antiquis solitus fuit capi *Rott.* quernus *Gron.* 17 solitus sit: etiam *Gron.* 19 aduehuntur *Gron.* 26 ascenderit *Reg.* escendit *Gron.*

Qualis corona murtea est: ea utebantur imperatores, qui ouantes urbem introibant. Ouandi ac non triumphandi causa est, cum aut bella non rite indicta neque cum iusto hoste gesta sunt, aut hostium nomen humile et non idoneum est, ut seruorum piratorumque, aut, deditione repente facta, 'inpluuerea' ut dici solet, incruentaque uictoria obuenit. Cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret'.

Ubi autem uiri docti atticistarum fragmenta, quae seruauit Eustathius, cum Photii lexico contulerunt, facillime plurimas glossas Photianas simillimas esse iis, quas Eustathius exhiberet, cognouerunt, ut inde etiam alia multa Photiana, quibus similia non reperiuntur apud Eustathium, illis auctoribus esse adscribenda conicere possimus. Sed aegre ferimus, quod dimidium tantum lexici Photiani seruatum est; quare ad redintegrandam atticistarum doctrinam aliis opus est auxiliis. Imprimis confugiendum est ad Suidam et Bekkeri anecdota, in quibus non pauciora fere quam in Photii lexico atticistarum fragmenta latere constat. Si autem singularum glossarum frusta particulasque undique congestas comparaueris, alium alia aut descripsisse aut omisisse apparebit, quemadmodum in excerpendis auctoribus saepissime fieri solet; cf. Eustath. p. 1369, 42:

1) De quibus cf. Naber, Prolegg. ad Phot. p. 24 sqq. et Schwartz, Prolegg. ad Ael. Dionys. fragg. Utr. 1877.

παρὰ δὲ Αἰλίῳ Διονυσίῳ φέρεται καὶ ταῦτα· δάπιδες, στρώματα ἄττα. Φερεκράτης· ‘ὁ χορὸς δ᾽ αὐτοῖς εἶχε δάπιδας ῥυπαρὰς καὶ στρωματοδέσματα’ (Mein. fr. com. II, 290). *λέγουσι δὲ καὶ ἐν τῷ ταῦ τάπιδας καὶ δάπητας δέ, φησιν, ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὰ ἐμβόλαια, οἱ δὲ νεώτεροι τάπητας ἐν δυσὶ ταῦ κτλ.* Paucissima tantum habet Photius: *τάπητες, ἐπιβόλαια ἢ στρώματα· οὕτως Ἀριστοφάνης* (Plut. 527. 542). Alter igitur alterum praebet locum, Eustathius Pherecrateum, Aristophaneum Photius; cf. praeterea Eustath. p. 1387, 17: *Αἴλιος δὲ Διονύσιός φησι καὶ ὅτι μάγαρον οὐχὶ μέγαρον εἰς ὃ τὰ μυστικὰ ἱερὰ κατατίθενται.* Eadem Photius: *μάγαρον, οὐ μέγαρον, εἰς ὃ τὰ μυστικὰ ἱερὰ κατατίθενται. οὕτω Μένανδρος* (Mein. fr. com. IV, 310). Restituenda igitur sunt e Photio Dionysii uerba *οὕτω Μένανδρος*. Redde praeterea Aelio Dionysio apud Eustath. p. 1235, 60: *οὕτως Εὔπολις* ex Photio u. *λίβηθρα* et eidem apud Eustath. p. 204, 28: *οὕτως Ἄρχιππος* ex Photio u. *σιλλοῦν*. Cuius generis sunt plurima exempla, quo fit, ut in unaquaque glossa quidquid exstat apud lexicographos — exceptis Polluce et Harpocratione de quibus uide p. 257 sqq. — diligenter conferendum esse appareat, quo atticistarum reliquiae quam possunt integerrimae in lucem protrahantur. Qua quidem ratione usus est Schwartzius, sed male rem gessit cum, quidquid apud lexicographos Eustathio auxilium non suppeditante conuenit, Aelio Dionysio soli, nihil Pausaniae redderet; in eo quoque uituperandus est ille uir doctissimus, quod lexicographos solos ad atticistam restituendum adhibuit. Etenim quod facile suspicamur atticistarum reliquias ex commentariis quoque ueterum ad scriptores atticos conscriptis erui posse, id confirmatur eiusmodi scholiis, qualia exstant ad Thuc. VI, 27, 4: *ἰστέον ὅτι Παυσανίας ἐν τῇ διαπεπονημένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ τοὺς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα τοὺς Ἑρμᾶς περικοπῆναί φησι καὶ τοὺς τοῦτο δράσαντας Ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι*, uel ad Plat. p. 406 Bekk., *ἀλιτηριώδης πρὸς βίαν ποιουμένη ἢ ἁμαρτανομένη ἐκ τοῦ ἀλιτήριοι ὀνόματος παρηγμένη. κατὰ Διονύσιον γὰρ τὸν Ἁλικαρνασσέα, λιμοῦ γενομένου Ἀθήνῃσιν οἱ πένητες προφερόμενα ἄλευρα*

διήρπαζον. ἐλέχθησαν οὖν οἱ τοὺς ἁλοῦντας ἐπιτηροῦντες ἁλιτήριοι. διέτεινε δὲ τὸ ὄνομα, ὥστε καὶ ἐπὶ πάντων τῶν μετὰ βίας τι ποιούντων ἢ ἁμαρτανόντων λέγεσθαι. Atque scholiastas istos in explicandis auctoribus usos esse atticistarum lexicis rhetoricis eo quoque demonstratur, quod saepissime atticistarum fragmenta cum scholiastarum explicationibus conueniunt. Unde conicere licet, eas quoque scholiastarum glossas ex atticistarum lexicis fluxisse, quibuscum conueniant testimonia eorum lexicographorum, quos ex atticistis sua hausisse constat. Itaque scholiis cum lexicographorum glossis collatis, quod ad hoc tempus parum factum esse constat, multo maiorem fragmentorum numerum in lucem posse protrahi et copiam singularum glossarum particulis hinc illinc collectis admodum posse augeri apparet.

Quo in genere haud dubie plurimi facienda sunt scholia in Aristophanem, Thucydidem, Platonem, Demosthenem, Aeschinem. Primus hanc uiam, quantum scio, ingressus est F. Goslingsius, qui in dissertatione, quam inscripsit ‘obseruationes ad scholia in Thucydidem’ et Lugd. Bat. a. 1874 edidit, satis multas atticistarum glossas in scholia Thucydidea fluxisse exposuit. Sed cum Goslingsius quaenam ratio intercederet inter lexicographos — imprimis Didymum, Pamphilum, Diogenianum, Aelium Dionysium, Pausaniam, Harpocrationem, Pollucem — et scholiastam Thucydidis non satis haberet perspectum, melius eandem rem gessit nuper Ernestus Schwabe in ‘quaestionibus de scholiorum Thucydideorum fontibus’ Lips. a. 1881[1]) et certas quasdam leges proposuit, qua ratione atticistarum reliquiae locupletandae essent e lexicographis, quorum opera ad nos peruenerunt, e Photio potissimum, Suida, Eustathio, Hesychio, Bekkeri anecdotis, scholiastis. Via igitur a Schwabio satis monstrata quae eius libello nondum cognito mihi uidebantur praefanda de lexicorum et scholiorum conexu nunc omittenda puto; singula quaedam, quae uidentur commemoranda, suo loco proferam.

1) Leipziger Studien IV p. 67 sqq.

Aeschineis enim scholiis cum nemo adhuc hanc rationem adhibuerit, ego ut, quid atticistarum doctrinae in illis lateret, inquirerem, mihi proposui. Plane enim omittenda in hoc genere sunt, quae de origine scholiorum Aeschineorum disputauit F. Schultzius in Jahrbb. f. class. Philologie uol. 93 p. 289 sqq., qui de principali eorum fonte, i. e. de lexicis atticistarum nihil omnino cognitum habuit. Quamquam duo sunt loci in hac scholiorum farragine, quibus recta uia potuerit monstrari, alter ad I, 89, ubi sunt uerba '*ὥς φασιν οἱ Ἀττικισταί*', quae obiter commemorauit uir doctissimus p. 302 l. 2, alter ad II, 87, scholion illud praeter cetera copiosum: *ἐπὶ Παλλαδίῳ*, de quo quid iudicii fecerit, ipsius demonstrant uerba, quae integra ascripsi p. 257 ann. 1. Quare haud scio an nimia laude Schultzium cumulauerit Fridericus Franke in Jahrbb. f. class. Phil. uol. 93 p. 606, cuius haec sunt uerba: '. . . . und es überhebt uns der vortreffliche aufsatz des letztern (sc. Schultz), in welchem die scholien nach ihrem ursprung . . . . erschöpfend behandelt werden, aller weiteren bemerkungen über dieselben'.

Neque multis moror in iis, quae Schultzius exposuit de auctoribus in scholiis Aeschineis diserte appellatis; nominantur enim Apollonius (I, 56), Apsines (III, 105), Aspasius (I, 83), Dionysius Chalcidensis (III, 90), Dionysius Halicarnasseus, ut uidetur, antiquitatum scriptor (III, 180. 189), Eumelus Peripateticus (I, 39), *οἱ περὶ Μαρκελλῖνον* (II, 5).[1] De quibus cum nihil omnino certi possit erui, hoc loco fusius agendum non est, quia, quoad potuit, hanc quaestionis partem optime absoluit Schultzius.

De codicibus Aeschineis scholiorumque editionibus idem egit in Aeschinis editione Lips. a. 1865 p. XXII sqq. et p. 249—252, quibus quod addam, nihil habeo.

Est autem Schultziana scholiorum Aeschineorum editio omnium longe praestantissima, qua sola licet uti, quoniam codicibus diligenter collatis noua multa addidit. Accedit quod

1) De Timaeo Tauromenitano (II, 10) et de Callimacho (I, 182) cf. infra cap. III § 5.

solus ea scholia diligenter a reliquis seiunxit, quae Ios. Scaliger Eduardi Bernardi editioni Aldinae adscripsisse dicitur; quae omnia uel ex Harpocratione uel e Polluce sunt deriuata, cf. schol. II, 124 u. *Αυδίαν .... ὥς φησιν Ἁρποκρατίων* et schol. III, 122 cum Harpocr. u. *ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι.*

Pauca tantum et ea haud ita magni pretii sunt, quae Sacellion e codice Patmiensi primus addidit in Bulletin de correspondance Hellénique uol. I p. 154.

Paucis his uerbis praemissis iam singula proferre properabo. Ne tamen omnia atticistis uidear redditurus esse, quae antiquitatem redoleant, eas praemittam glossas, quae nos ad auctores atticistis superiores ducunt ita quidem, ut proficiscar ab ea glossa, quae omnium est longe uberrima et quam omnium esse uetustissimam existimo.

Caput I.

De scholiis quae redeunt ad auctores atticistis antiquiores.

§ 1.

Schol. II, 31: *Ἐννέα ὁδῶν*]. *ἠτύχησαν Ἀθηναῖοι ἐννάκις περὶ τὰς καλουμένας ἐννέα ὁδούς, ὅς ἐστι τόπος τῆς Θρᾴκης, ἣ νῦν καλουμένη Χερρόνησος. ἠτύχησαν δὲ διὰ τὰς Φυλλίδος ἀρᾶς, ἣ Δημοφῶντος ἐρασθεῖσα καὶ προσδοκῶσα αὐτὸν ἐπανήξειν ἀποτελέσοντα τὰς πρὸς αὐτὴν συνθήκας καὶ ἐννάκις ἐπὶ τὸν τόπον ἐλθοῦσα, ὡς οὐχ ἥκε, κατηράσατο τοῖς Ἀθηναίοις τοσαυτάκις ἀτυχῆσαι περὶ τὸν τόπον. τὰ δὲ ἀτυχήματα ἐγένοντο τάδε· τὸ πρῶτον μὲν Λυσιστράτου καὶ Λυκούργου καὶ Κρατίνου στρατευόντων ἐπ᾽ Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρύμονι διεφθάρησαν ὑπὸ Θρᾳκῶν, εἰληφότες Ἠιόνα, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φαίδωνος. δεύτερον οἱ μετὰ Λεάγρου κληροῦχοι ἐπὶ Λυσικράτους· τρίτον οἱ μετ᾽ Εὐκλέους καὶ Θουκυδίδου· τέταρτον οἱ μετὰ Κλέωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου· πέμπτον οἱ ἐνοικοῦντες Ἠιόνα Ἀθηναῖοι ἐξηλάθησαν. ἕκτον οἱ μετὰ Σιμίχου*

στρατηγοῦντος διεφθάρησαν. ἕβδομον, ὅτε Πρωτόμαχος ἀπέτυχεν, Ἀμφιπολιτῶν αὐτοὺς παραδόντων τοῖς ὁμόροις Θρᾳξίν· ὄγδοον ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ Τιμοθέου Ἀλκίμαχος ἀπέτυχεν, αὐτοῦ παραδόντος αὐτὸν Θρᾳξίν, ἐπὶ Τιμοκράτους Ἀθήνησιν ἄρχοντος· ἔνατον Τιμόθεος ἐπιστρατεύσας ἡττήθη ἐπὶ Καλλιμήδους ἄρχοντος. τὰς δὲ Ἐννέα ὁδοὺς Ἄγνων[1] *συνοικίσας Ἀθηναῖος ἐκάλεσεν Ἀμφίπολιν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθυμένους. τὴν δὲ Φυλλίδα οἱ μὲν Φυλληΐδα, οἱ δὲ Κίασαν ὀνομάζουσι, καὶ τὸν πατέρα αὐτῆς οἱ μὲν Φίλανδρον, οἱ δὲ Κίασον, οἱ δὲ Θῆλον, Δημοφῶντι δὲ ἐκ Φυλλίδος Ἀμφίπολιν καὶ Ἀκάμαντα υἱόν φασι γενέσθαι* (Vat. Laur. Bgim.). Eadem narratio in breuius tamen contracta exstat in Bekkeri anecd. p. 251: *Ἐννέα ὁδοί· ἡ Ἀμφίπολις· ἐκλήθη δὲ ἐννέα ὁδοὶ διὰ τὸ τὴν Φυλλίδα, τὴν Φυλέως θυγατέρα, ἐννάκις καταβεβηκέναι εἰς θάλασσαν ἐπισκεπτομένην, μήπως ναῦς προσπλεῖ Ἀττική. Ἀκάμας γὰρ ὁ Θησέως υἱός, Ἀθηναῖος ὤν, ἐκ Τροίας ἐπανιὼν εἰς τὴν πατρίδα, ἦλθεν εἰς Θράκην, καὶ ξενισθεὶς παρὰ Φυλεῖ, τῷ τῆς χώρας βασιλεῖ, Φυλλίδα τὴν αὐτοῦ ἔγημε θυγατέρα, ἐρασθεῖσαν αὐτοῦ. ἀποδημήσας δὲ ὁ Ἀκάμας Ἀθήναζε, ὡς θᾶττον ἐπανήξων, οὐκέτι ὑπέστρεψεν.* Scholiasta Phyllidem Demophontis amore incensam fuisse tradit, Acamantis auctor lexici Segueriani. Utrumque esse filium Thesei palamfacit alterum scholion ad eundem locum spectans: *Θησέως παῖδες Δημοφῶν καὶ Ἀκάμας κτλ.* Alter igitur altero nomine usus est in hac re narranda. Phyllidos patri quod nomen fuerit, iam apud ueteres ualde dubium uidetur fuisse. Paucissima tantum habent ceteri lexicographi, Hesychius s. u. *ἡ νῦν Ἀμφίπολις*, Harpocration, Suidas s. u. *τόπος ἐν Θράκῃ, περὶ τὴν Ἀμφίπολιν.* Totum hoc scholion praeter cetera summam redolet antiquitatem, et hac de causa atthidographorum potissimum esse apparet. Cum autem similia atque scholiasta praebeat lexicon Seguerianum quintum, cuius permagna pars continet glossas, quarum auctores esse constat Aelium Dionysium et

1) Cf. Schol. Thuc. II, 95 *Ἄγνωνα*] *οὗτος ἔκτισε τὴν Ἀμφίπολιν* et ibid. V, 12 *τὰ Ἀγνώνεια οἰκοδομήματα*] *Ἀγνώνεια τὰ τοῦ Ἄγνωνος· ἐπειδὴ ὁ Ἄγνων Ἀθηναῖος ἦν, ὁ οἰκιστὴς τῆς Ἀμφιπόλεως.*

Pausaniam [1]), num ab his [2]) inter ipsos et atthidographos mediis intercedentibus istam quoque fabulam acceperint scholiasta et auctor lexici Segueriani, nemo prorsus poterit diiudicare. Neque iniuria hanc narrationem ad tempora atticistis antiquiora referre mihi uideor propter Hygini testimonium, qui fab. 59 p. 60 ed. M. Schmidt. haec refert: 'Phyllis-Demophoon, Thesei filius in Thraciam ad Phyllidem in hospitium dicitur uenisse et ab ea esse amatus. Qui cum in patriam uellet redire fidem ei dedit se ad eam rediturum. Qui die constituta cum non uenisset, illa eo die dicitur nouies ad littus cucurrisse, quod ex eo ἐννέα ὁδοί graece appellatur. Phyllis autem ob desiderium Demophoontis spiritum emisit. Cui parentes cum sepulcrum constituissent, arbores ibi sunt natae, quae certo tempore Phyllidis mortem lugent, quo folia arescunt et diffluunt; cuius ex nomine folia graece φύλλα sunt appellata'. Longum est hoc loco agere de fontibus, quibus sit usus Hyginus, uidetur tamen hoc αἴτιον, quod licet appellare, certe Alexandrinorum, ne dicam tragicorum poetarum uestigiis esse ingressum.[3])

Quam supra de atthidographis proposui sententiam maxime firmari uidemus testimonio Harpocrationis s. u. Ἀμφίπολις· πόλις αὕτη τῆς Θρᾴκης. πρότερον δὲ Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο, ὡς Ἀνδροτίων ἐν ιβ' Ἀτθίδος. Constat igitur Androtionem de nomine ἐννέα ὁδοί scripsisse, quare nihil obstat, quominus ipsum Androtionem, quem Isocratis discipulum fuisse scimus, nouem illas Atheniensium calamitates enumerasse arbitremur. Quod si perspectum haberemus, eadem plane intercederet ratio inter Androtionem, atticistas, Bekkeri lexicon quintum, scho-

1) F. v. Stoientin in Jahrbb. für class. Philologie uol. 119 (1879) p. 122 in quinto lex. Bekk. nec Aelii Dionysii nec Pausaniae quidquam inesse contendit. Cui sententiae non prius me addixerim, quam peculiari quaestione diligentissime rem diiudicauero.

2) Cf. infra schol. II, 10 *ἱερείας ἐνύπνιον*, quod quidem propter eximiam Photii aliorumque similitudinem sine ulla controuersia atticistis reddendum est.

3) Cf. Ouid. her. II (Seru. ad Verg. ecl. V, 10 p. 126 uol. II ed. Lion.). Callimachi frg. 505. Rohde, griech. Roman p. 37, 3. 129. 474.

liastam, quam infra p. 253 sqq. reperies, ubi glossam *ἐπὶ Παλλαδίῳ* ex atthidographis ad atticistas, Suidam, lexicon Seguerianum, scholiastam translatam esse docebimus.

§ 2.

Secundum hanc de uocabulo *ἐννέα ὁδοί* fabulam inter reliquas glossas principatum uidetur tenere scholion quod est ad I, 126: *τιτθῆς*] *τιτθὴ ἡ τροφός, τήθη ἡ μάμμη, τηθὶς ἡ θεία* (Vat. Laur. gm.).

Plura habet Photius: *τήθη· μάμμη, ἡ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ· τηθίς· θεία· πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελφή. τιτθή· τροφός·* qua cum glossa ad uerbum consentit scholion Plat. p. 397 Bekk. *τήθη· μάμμη, ἡ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ.* Nonnullis tantum uerbis mutatis eadem sunt apud Hesychium *τιτθαί, τροφοί· τιτθή, ἡ τροφός· τήθη, ἡ τῆς μητρὸς καὶ πατρὸς μήτηρ, ἡ καὶ μάμμη, καὶ τηθίς, ἡ τῶν γονέων ἀδελφή.* Suidas nonnulla bis eisdem uerbis reddit. Prima eius glossa haec est: *τήθη, μάμμη, ἡ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ· ἡ κλητικὴ τῆθα· τηθίς· ἡ θεία.* His additur locus Aristophaneus Lys. 549. Hinc denuo tres istas uoces explicat: *τήθας ἐκάλουν τὰς μάμμας, καὶ τηθίδας τὰς θείας, τὰς πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελφάς, τήθας δὲ καὶ τὰς τροφούς.* Quibuscum ad uerbum conspirat scholion Aristoph. Lys. 549.[1]) Sequitur altera glossa consentiens cum Photio: *τηθίς, θεία, πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελφή*, in tertia *τιτθή· τροφός, μάμμη* male cum *τροφός* componitur *μάμμη*. Non minus conuenit Bekk. anecd. 193, 33 *τήθη πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ, ἣν μάμμην καλοῦσιν* et ibid. 309, 29. 30 *τήθη, πατρὸς μήτηρ ἢ μητρὸς μήτηρ, τηθίς· πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελφή.* Pollucis III, 17 testimonium eodem spectat: *ἡ δὲ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ — τήθη.* Iam adeamus Eustath. p. 971, 25: . . . . . *ὥς φησί τις ἀποσημειωσάμενος ὀνόματα συγγενικά, ὃς λέγει καὶ ὅτι τήθη μὲν ἡ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πατρὸς μήτηρ* et paullo post: *ὁ θεῖος πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελ-*

1) Et in Suida et in schol. Ar. pro *τήθας* est reponendum *τιτθάς*, *καὶ* particula est delenda: '*τιτθὰς δὲ τὰς τροφούς*'.

φός, ὁ καὶ νέννος. His adde Eustath. p. 565, 30: οὕτω καὶ τήθη βαρυτόνως ἢ τηθὴ ὀξυτόνως, ἡ τοῦ πατρὸς μήτηρ καὶ ἡ τῆς μητρὸς δέ, ἡ μέντοι τηθὶς ἄλλο τί ἐστιν ἀναλογοῦσα τῷ θείῳ, περὶ οὗ ἀλλαχόθι δηλοῦται (p. 971, 25 sqq.) et p. 316, 10: ὡς δηλοῖ καὶ ὁ ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων ὧδέ πως διαστείλας· τήθη ἐστὶν ἡ τοῦ πατρὸς μήτηρ, ὡς ἡ Ἀερόπη τῷ Ὀρέστῃ καὶ ἡ τῆς μητρὸς δὲ μήτηρ ὡς τῷ αὐτῷ ἡ Λήδα et paulo post: τηθὶς δὲ ἀνάλογόν τι τῷ θείῳ, πατρὸς γὰρ ἀδελφὴ ἢ μητρός. Quis sit ὁ ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων ipse tradit Eustathius altero loco p. 648, 53: ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ Συγγενικοῖς.[1]) Ad hunc Aristophanis librum omnia, quae de cognationis et affinitatis nominibus habent grammatici superstites, uidentur esse referenda; antea uidimus de Photio, Suida, Hesychio, lexico Segueriano, Polluce, scholiis Aeschineis, Platonicis, Aristophaneis, quibus iam addamus Etym. Mag. p. 756, 34: u. τήθη ἐκ τοῦ τῆ, ἡ λέγουσα τῷ βρέφει λαβέ, θήλασον, ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ εὗρον σημαίνειν τὴν λέξιν μάμμην, ἢ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ, et Ammonium p. 138 ed. Valck. τήθη μέν ἐστιν ἡ μάμμη, ἐπιτήθη δὲ ἡ προμάμμη, τιθὴ δὲ ἡ θεία, τιτθὴ δὲ ἡ τροφός, quae bene conueniunt cum scholio Aeschineo, nisi quod pro τιθή cum Nunnesio ad Phryn. p. 25 emendandum est τηθίς.

Sane mirum est Aelium Dionysium aliter iudicare de nonnullis nominibus συγγενικοῖς, quod de τήθη uoce testatur Eustathius p. 971, 29: ἦν (sc. τήθην) ὡς δηλοῖ Αἴλιος Διονύσιος ὀκνοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ μάμμην καλεῖν, ὡς τῶν πολλῶν οὕτω τὴν μητέρα[2]) λεγόντων. Idem apparet ex iis, quae disseruit Nauckius l. c. p. 136 de uoce γάλως: ‘quam obseruationem si cognitam habuisset Aelius Dionysius, non dubito quin aliter iudicasset, quam factum esse ab eo testatur Eustathius

1) Aristophanis Byzantii περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων libri praeter hunc locum fit mentio apud Photium u. οἰκείαν, in epist. anonymi auctoris ad Alexium Comnenum saec. XI in Crameri anecd. Oxon. III p. 193, 18 sqq.; cf. Nauck. Ar. Byz. p. 128 sqq.

2) Huc spectat Photiana glossa: μάμμην τὴν μητέρα καλοῦσι καὶ μαμμίαν, καὶ τὸν πατέρα πάππαν καὶ παππίαν.

p. 648, 27: *δηλοῖ δὲ ἡ μὲν γάλως τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὴν καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται, ὁποία ἐστὶ τῇ Ἑλένῃ ἡ Κάσανδρα, κατὰ δὲ Αἴλιον Διονύσιον καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα. πρὸς ἀλλήλας γάρ φησι λέγονται.* Itaque cum Aristophanes Byzantius nomen *γάλως* de mariti sorore tantum intellexerit, contra Aelius idem de fratris muliere usurpatum contendit'.

Praeter hunc unum locum nihil Alexandrinorum doctrinae in scholiis Aeschineis potui inuestigare, nisi quod Callimachus laudatur in schol. I, 182, quod quidem scholion est atticistarum. Ad quos priusquam ipsos accedamus, res nobis est:

§ 3.

de scholio I, 163 *ἐπωβελίαν*] *οἱονεὶ τὸ ἕκτον μέρος τῆς καταδίκης, ὃ ἐδίδου μὴ ἀποδείξας ὁ κατήγορος περὶ χρέους ἐνάγων, ὁ δὲ παρανόμων κατηγορῶν μὴ ἀποδεικνὺς τὰς χιλίας προσ-ώφειλεν* (Vat. Laur. Fgm.). *ἐπωβελία οὖν τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, ὃ προσώφειλεν ὁ ἁλούς. ἐνομοθέτησε δὲ τοῦτο ὁ Ἀρχῖνος ἐγγράψας τῷ νόμῳ τὰ μὲν πρυτανεῖα εἶναι τοῖς δικασταῖς παρὰ τοῦ ἁλόντος, ὅ ἐστιν ἐπιδέκατον τοῦ τιμήματος, τὴν δὲ ἐπωβελίαν τῷ δημοσίῳ παρὰ τοῦ μὴ ἑλόντος* (Vat. Laur. gmq.). *Ἄλλως· ἐπωβελία τοῦ τιμήματος τῆς δίκης ἐστὶ κατὰ δραχμὴν ὀβολὸς ἢ ὁποσονοῦν. τοῦτο ἐπωβελία λέγεται, ἣν τῷ δικαστηρίῳ δίδωσιν ὁ ὀφλών* (Vat. Laur. gm.).

Simillima docent lexicographi. Harp.: *ἐπιτίμιόν ἐστιν ἡ ἐπωβελία τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, ὅπερ ἐδίδοσαν οἱ διώκοντες τοῖς φεύγουσιν, εἰ μὴ ἕλοιεν. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ὅτι καθ' ἑκάστην δραχμὴν ὀβολὸς ἦν, ὅπερ ἕκτον ἐστὶν ἐν ἓξ ὀβολοῖς τῆς δραχμῆς λογιζομένης.* Poll. VIII, 39: *ἐπωβελία δ' ἦν τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος, ὃ ὤφειλεν ὁ αἱρεθείς. ὠνόμασται δὲ ὅτι ὀβολὸς ἦν τὸ ἕκτον τῆς δραχμῆς.* Photius de ea re nihil habet. Suidas duplicem praebet glossam, priore (= Etym. Mag. p. 368, 48 gl. 1) pluribus exponit: *πολλῶν εἰς χρήματα συκοφαντούντων τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονας τῶν πολιτῶν, καὶ μάλιστα τοῦτο πράττειν διαβαλλομένων τῶν περὶ τὸ ἐμπόριον συμβαλλόντων ἐπὶ ναυτικοῖς τόκοις, Ἀθηναῖοι ζημίαν*

ἔταξαν κατὰ τῶν ἐγκαλούντων ὀβολὸν ἐκτίνειν, εἰ μὴ καθ' ὧν ἐνεκάλουν, τούτους ἕλοιεν. ταύτην τὴν ζημίαν ἐπωβελίαν ὠνόμασαν. Gl. 2: τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, ὃ ἐπράττοντο οἱ γραψάμενοί τινας καὶ μὴ ἑλόντες αὐτοῖς τοῖς γραφεῖσιν. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως, ὅτι καθ' ἑκάστην δραχμὴν ὀβολὸς ἦν. ἐπωβελία οὖν ἡ ζημία. — Etym. Mag. p. 368, 48 gl. 2 et Bekk. anecd. p. 255 et schol. cod. Patm.: ἐπιτίμιόν τι τοῦτό ἐστι τοῖς διώκουσι χρηματικήν τινα δίκην, ἂν μὴ ἕλωσιν. ἦν δὲ τοῦτο τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, οὗ ἐπεγράφοντο καὶ ἐδικάζοντο, καὶ ἐκαλεῖτο οὕτως, ὅτι ἐπὶ τῇ δραχμῇ ὀβολὸς ἦν, τῆς δραχμῆς λογιζομένης ὀβολῶν ἕξ. ἐλάμβανε δὲ ὁ φεύγων ἀπὸ τοῦ διώκοντος, εἰ τὴν δίκην ἀπέφευγεν. Auctorem huius glossae Didymum prodit Hesychius u. ἐπωβελία· παραβόλιον τῆς δίκης· ἔστι δὲ τὸ ἀκόλουθον τῷ τῆς καταδίκης τιμήματι ὄφλημα, ὡς Δίδυμος, τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος. Eadem atque Bekk. anecd. et cod. Patm. praebet scholion Plat. p. 457 B, ubi haec adduntur: μέμνηται δὲ ταύτης καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου, neque omittere licet schol. Dem. p. 809, 20. Dind.: ὁ δὲ μὴ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, τὴν ἐπωβελίαν προσωφλίσκανεν. ἦν δὲ ἕκτον τοῦ τιμήματος.

Quamquam facile poterat fieri, ut et Aeschinis et Platonis scholiasta ex ipso Didymo sua sumeret, tamen illud quoque probabiliter statuitur, glossam illam per atticistas e Didymo ad scholiastas peruenisse, quia Pausaniam, ut hoc utar, Didymi doctrinam secutum esse docet Eustathius p. 1039, 37: ἄφλαστον δέ φασιν οὐχὶ τὸ ἀκροστύλιον· διαφέρουσι γὰρ αἱ λέξεις, ἀλλὰ κατὰ Δίδυμον, ὡς φησι Παυσανίας, τὸ ἐπὶ πρύμνης, et nonnullis uersibus post: περὶ οὗ καὶ αὐτοῦ φησιν ὁ Δίδυμος ὅτι κτλ. et quia Aelium Dionysium imprimis de iudiciis scripsisse scimus.[1])

Ne Didymo quidem praeterea quidquam possum restituere ex Aeschineis scholiis, quare iam uenimus ad summam huius quaestionis, ut uideamus, ubi usus sit Aeschinis scholiasta lexicis rhetoricis Aelii Dionysii atque Pausaniae. Unus tan-

1) Photii de hac re testimonium in biblioth. cod. 152. uide cap. III § 6.

tum exstat locus, quemadmodum supra dixi, in scholiis Aeschineis, quo tamquam duce usus sum, ut reliquias doctrinae atticistarum per haec quoque scholia dispersas diligenter indagarem. Est autem scholion I, 89: *ἐν πόλει ἐκκλήτῳ] ὡς νῦν λέγομεν τὸ ἔκκλητον δοῦναι, ὅταν εἷς τῶν δικαζομένων ὑπονοῇ τὸν δικαστὴν παραδικάζειν δι᾽ ἔχθραν αὐτοῦ ἢ φιλίαν τοῦ ἀντιδίκου καὶ ἕνεκεν τούτου ἐκκαλῆται ἕτερον δικαστήριον κοινὸν ἀμφοτέροις· παρατηρητέον ὅτι τῷ μὲν ὀνόματι κέχρηνται οἱ παλαιοὶ τῆς ἐκκλήτου, οὐκέτι μέντοι καὶ τῷ ῥήματι, ὥς φασιν οἱ Ἀττικισταί* (Vat. Laur. Fgm.). *Ἄλλως· ἀλλοτρίᾳ, εἰς ἣν ἐξεκέκλητο ὁ κριθησόμενος. Ἄλλως· ἐκκλήτῳ παρὰ τὸ ἐκεῖ καλεῖσθαι ἐπὶ κρίσει. οἷον εἰ Ῥόδιόν τις Ἀθήνησιν ᾠτιάσατο, εἶτα ἐκλήθη Ἀθήναζε δικασόμενος* (Vat. Laur. gmq.). — Quae sunt post uocem *Ἀττικισταί*, superioribus sunt uiliora, quare de priore tantum scholii parte ago. *Ἀττικιστάς*, qui hoc loco laudantur, intellegendos esse Aelium Dionysium et Pausaniam quamquam uel hoc uno argumento efficitur, quod octo praeter hunc locis scholiastam eorundem lexicis usum esse satis luculenter statim ostendam, tamen non omittendas esse censeo reliquas causas, quibus de Aelio Dionysio et Pausania solis cogitandum esse sit manifestum. Primum haud exigui est momenti, quod commemorantur a scholiasta *οἱ Ἀττικισταί*; non unum respexit auctorem, sed dumtaxat duos, qui in hac re enarranda prorsus conuenirent quorumque rationes essent inter se coniunctae. Inter atticistas autem, quos dicere solemus, non reperiuntur alteri duo, qui pariter omnibus fere in rebus inter se possint comparari atque illi tamquam gemini, quos in hac scholiastae obseruatione agnosco. Neque uero eos, qui ante me ad hanc rem accesserunt, hoc fugit. Dicit Naber in Prolegomenis ad Phot. p. 39: ‘liquido definiri non posse, quomodo sit explicandum, quod saepe Dionysius et Pausanias si non eadem, certe simillima tradidissent’, quibus bene adiungitur Rindfleischii de hac re sententia p. 22 l. c.: ‘quamquam enim illi semper ita coniuncti nominantur, ut inde colligere aliquis possit, eos in operibus suis plane eandem rationem secutos esse etc.’ et Photii uerba in biblioth. cod. 153:

εἰ δέ τις ἐκείναις ταῖς δυσὶν ἐκδόσεσιν (sc. Aelii Dionysii) *καὶ τὴν Παυσανίου ἐγκατατάξας ἓν ἀπεργάσαιτο σύνταγμα, ῥᾷστον δὲ τῷ βουλομένῳ, οὗτος ἂν εἴη τὸ κάλλιστον καὶ χρησιμώτατον τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς Ἀττικὰς βίβλους σπούδασμα εἰσενεγκάμενος.* Quod si quis ne nunc quidem Aelium Dionysium et Pausaniam intellegendos esse sibi persuaserit, eorundem percurrat fragmenta apud Eustathium. Circiter triginta numeraui locos, quibus Eustathius in una glossa utrumque profert atticistam; ex his iam inspice apud Rindfleisch. frgg. 17, 185, 321, 337; in quibus prorsus eadem uerba ex utriusque lexico apponuntur; simillimam utriusque obseruationem deprehendimus in frgg. 19, 41, 105, 113, 144, 148, 160, 180, 223, 249 e. a. Ut his locis, ita s. u. *ἔκκλητος πόλις* uterque atticista eadem usus esse uidetur interpretatione, quam hodie exstare in scholio Aeschineo I, 89 non possum non pro certo habere. At non hac una de causa hanc sententiam amplexus sum. Quid est, de quo disserit hoc loco scholiasta? Ad ius procul dubio spectat uox *ἔκκλητος πόλις*, sed, quidquid attigerit *τὰς δίκας καὶ τὰς ἑορτάς*, singulari quadam cura tractauisse in lexico suo Aelium Dionysium, infra cap. III § 6 uidebis. Deinde Aelius Dionysius et Pausanias quam sint amantes formulae *οἱ παλαιοί*, quae hic legitur, in epimetro pluribus explanatur. Similes denique obseruationes si requiremus apud alterutrum atticistam, quibus alteram uocem improbat, probat alteram, quemadmodum fieri uidemus in scholio Aeschineo, haud magnus erit labor; monendum autem est, atticistas Hadriani tempore ea laudasse, quae essent usitata apud ueteres Atticos, improbasse, quas uoces procuderent *οἱ νεώτεροι*, non *οἱ παλαιοί*, quibus unice studebant. Vide Eustath. p. 913, 57 (Ri. fr. 81): *Αἴλιος δὲ Διονύσιος λέγει καὶ ὅτι ἀῤῥενικόν, οὐχὶ ἀρσενικόν, τὸ τῶν γραφέων παρὰ Ἀττικοῖς φάρμακον*; Eustath. p. 1387, 17 (Ri. fr. 273): *Αἴλιος δὲ Διονύσιός φησι καὶ ὅτι μάγαρον, οὐχὶ μέγαρον, εἰς ὃ τὰ μυστικὰ ἱερὰ κατατίθενται*; Eustath. p. 1419, 51 (Ri. fr. 296): *καὶ ὅτι παλλάκια δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, οὐ παλλήκια οἱ παῖδες, ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τοῖς παλαιοῖς*; Eustath. p. 1039, 37 (Ri. fr. 91): *ἄφλαστον δέ φασιν*

οὐχὶ τὸ ἀκροστύλιον· διαφέρουσι γὰρ αἱ λέξεις· ἀλλὰ κατὰ Δίδυμον, ὥς φησι Παυσανίας, τὸ ἐπὶ πρύμνης ἀνατεταμένον εἰς ὕψος κτλ. Haec hic sufficiant, quibus demonstretur quam uiam secuti sint Aelius Dionysius et Pausanias in attica dialecto explicanda, quorum esse obseruationem in scholio Aeschineo his, quas attuli, causis adducti iam non temere credemus. Rem ipsam, quae hac glossa continetur, si respicimus, facile intellegitur non solum posteriorem huius explicationis partem inde a *παρατηρητέον*, sed totam glossam haustam esse ex atticistarum lexicis propterea, quod praebent similia Bekkeri anecd. p. 247 et Etym. Mag. p. 322, 43. Utrumque enim lexicographum plurima atque praestantissima quaeque debere atticistis cognosces, si fragmenta a Rindfleischio collecta cum quinto lexico Bekkeri et Etymologo Magno comparaueris[1]); magis etiam aperta res est in Photio, quem hoc loco deficere ualde doleo. Leguntur autem in Bekk. anecd. 247 haec: *ἔκκλητος πόλις ἐστὶν ἣν ἐκκαλεῖταί τις εἰς τὸ κρῖναι αὐτῷ ἀγῶνά τινα, δῆλον ὅτι φεύγων τὴν πρώτην ὡς πρὸς ἔχθραν ἢ χάριν κρίνουσαν. ἐξῆν δὲ τοῖς ξένοις μάλιστα ἐκκαλεῖσθαι, τοῖς δὲ πολίταις ἥκιστα, ὡσαύτως δὲ καὶ δικαστήριον ἔκκλητον λέγουσιν.* Eadem praebet Etym. Mag. p. 322, 43.

Iam in eo est, ut proferam atticistarum fragmenta, quae prorsus conueniant cum scholiis Aeschineis.

Caput II.

De scholiis, quibuscum conueniunt atticistarum apud Eustathium fragmenta.

§ 4.

Schol. II, 87 *ἐπὶ Παλλαδίῳ*] *ἐπὶ τούτῳ ἐκρίνοντο οἱ ἀκούσιοι φόνοι. οἱ δὲ ἐν τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ δικάζοντες ἐκαλοῦντο*

1) Etym. Mag. p. 227, 36: *γεραῖραι παρὰ Ἀθηναίοις γυναῖκές τινες ἱεραί, ἃς ὁ βασιλεὺς καθίστησιν ἰσαρίθμους τοῖς βωμοῖς τοῦ Διονύσου διὰ τὸ γεραίρειν τὸν θεόν. οὕτω Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς.*

ἐφεται. ἐδίκαζον δὲ ἀκουσίου φόνου καὶ βουλεύσεως καὶ οἰκέτην ἢ μέτοικον ἢ ξένον ἀποκτείναντι. ὠνομάσθη δὲ ἐντεῦθεν. Ἀργεῖοι τὸ Παλλάδιον ἔχοντες τὸ ἀπὸ Ἰλίου καὶ ἐκ Τροίας ἀνακομιζόμενοι ὥρμίσαντο Φαληροῖ, καὶ αὐτοὺς τῶν ἐγχωρίων τινὲς ἀκουσίως ἀναιροῦσιν. μενόντων δὲ ἐπὶ πολὺν χρόνον τῶν νεκρῶν ἀδιαφθόρων καὶ ἀψαύστων ὑπὸ θηρίων πολυπραγμονήσαντες οἱ ἐγχώριοι ἔγνωσαν παρ᾽ Ἀκάμαντος ὅτι Ἀργεῖοι ἦσαν. καὶ τὸ Παλλάδιον εὑρόντες ἱδρύσαντό τε παρὰ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Φαληροῖ, καὶ τοὺς νεκροὺς θάψαντες δικαστήριον ἐποίησαν ἐκεῖ τοῖς ἐπὶ ἀκουσίῳ φόνῳ φεύγουσιν (Vat. Laur. gim.).

Eadem fere habet Pollux VIII, 118, 119 τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ· ἐν τούτῳ λαγχάνεται περὶ τῶν ἀκουσίων φόνων. μετὰ γὰρ Τροίας ἅλωσιν Ἀργείων τινὰς τὸ Παλλάδιον ἔχοντας Φαληροῖ προσβαλεῖν, ἀγνοίᾳ δὲ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀναιρεθέντας ἀπορριφῆναι. καὶ τῶν μὲν οὐδὲν προσήπτετο ζῴων, Ἀκάμας δὲ ἐμήνυσεν ὅτι εἶεν Ἀργεῖοι τὸ Παλλάδιον ἔχοντες. καὶ οἱ μὲν ταφέντες ἀγνῶτες προσηγορεύθησαν τοῦ θεοῦ χρήσαντος, αὐτόθι δ᾽ ἱδρύθη τὸ Παλλάδιον, καὶ περὶ τῶν ἀκουσίων ἐν αὐτῷ δικάζουσιν.

Similem narrationem iam apud Aristotelem[1]) exstitisse ostendit Harpocration, cum haec de *Παλλαδίῳ* dicit: *δικαστήριόν ἐστιν οὕτω καλούμενον, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, ἐν ᾧ δικάζουσιν ἀκουσίου φόνου καὶ βουλεύσεως οἱ ἐφέται. ἔσχε δὲ καὶ τὸ δικαστήριον τὴν τοῦ Παλλαδίου ἐπωνυμίαν καὶ οἱ δικασταὶ τὴν τῶν ἐφετῶν ἐντεῦθεν. Ἀγαμέμνονος μετὰ τῶν Ἀργείων σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναις ἐξ Ἰλίου Δημοφῶν ἁρπάζει τὸ Παλλάδιον καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀναιρεῖ. Ἀγαμέμνων δὲ δυσχεράνας δίκην τὸν ἁρπάσαντα ἀπαιτεῖ, καὶ συνίσταται τὸ δικαστήριον ἐπὶ ν᾽ μὲν Ἀθηναίων ν᾽ δὲ Ἀργείων, οὓς ἐφέτας ἐκάλεσαν παρὰ τὸ ἀμφοτέρωθεν ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ τῆς κρίσεως.*

Ex alio fonte hausisse Aristotelem apud Harpocrationem, ex alio Pollucem Aeschinisque scholiastam[2]), Agamemnonis

1) Cf. Müller. Fragm. hist. Gr. II p. 106.

2) Hoc loco statim agam de schol. Aeschin. I, 20 (med.): *Κηρύκων ἐστὶν ἐν Ἀθήναις γένη τέσσαρα, πρῶτον τὸ τῶν πανάγνων τῶν ἐν τοῖς μυστη-*

et Demophontis nomina satis demonstrant. Sed fortunae quodam beneficio accidit, ut, qua de causa inter se discrepent Pollux cum scholio Aeschineo et Aristoteles apud Harpocrationem, facile expedias, si modo Suidae testimonium adhibeas, utriusque interpretationis auctorem diserte laudantis: *ἐπὶ Παλλαδίῳ δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ οἱ ἐφέται ἀκουσίου φόνου ἐδίκαζον. Ἀργεῖοι γὰρ ἀπὸ Ἰλίου πλέοντες ἡνίκα προσέσχον Φαλήροις, ὑπὸ Ἀθηναίων ἀγνοούμενοι ἀνῃρέθησαν. ὕστερον δὲ Ἀκάμαντος γνωρίσαντος καὶ τοῦ Παλλαδίου εὑρεθέντος, κατὰ χρησμὸν αὐτόθι τὸ δικαστήριον ἀπέδειξαν, — ὡς Φανόδημος.*[1]) *Κλειτόδημος*[2]) *δέ φησιν Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναις Δημοφῶντα ἁρπάσαι τὸ παλλάδιον καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν, τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεραίνοντος κρίσιν ὑποσχεῖν ὑπὸ ν' Ἀθηναίων καὶ ν' Ἀργείων, οὓς ἐφέτας κληθῆναι διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς περὶ τῆς κρίσεως.* Cuncta sua deprompsit

---

ρίοις, οἵ εἰσιν 'ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος', δεύτερον τὸ τῶν περὶ τοὺς ἀγῶνας, τρίτον τὸ τῶν περὶ τὰς πομπάς, τέταρτον τὸ τῶν περὶ τὰς ἀγορὰς καὶ τὰ ὤνια. Quae sequuntur, sunt scholiastae (Vat. Laur. gmq.). Eadem fere profert scholiasta ad III, 18. Cum hoc scholio bene concinit Poll. VIII, 103: *κῆρυξ ὁ μέν τις τῶν μυστικῶν 'ὁπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος', ὁ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας, οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς ἐκ τοῦ Εὐπειδῶν γένους, οἱ δὲ κατ' ἀγορὰν τὰ ὤνια προκηρύττοντες.* Pauca praeter Pollucem affert Harpocration: *Κήρυκες· Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ· γένος ἐστὶν ἐν Ἀθήναις οὕτως ὀνομαζόμενον, κέκληται δὲ ἀπὸ 'Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ'*, quae descripsit Suidas. Potuit sane scholiasta hanc obseruationem apud Pollucem inuenire, nusquam uero alibi concinunt inter se optimi codices Vat. et Laur. atque Pollux, qua re multo probabilior est sententia, scholiastam ista ex atticistis habere, atticistas autem et Pollucem communem auctorem esse secutos, ut supra cognouimus in glossa *ἐπὶ Παλλαδίῳ*. Ad Androtionem hanc doctrinam referri efficio ex fragmento lexici rhet. p. 671, 16 ad calcem Photii p. 20 ed. Meier. (cf. Müller. Fr. hist. Gr. IV p. 645): *Κήρυκες * * ὡς Ἀνδροτίων ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος Κέκροπος γενέσθαι τρεῖς θυγατέρας Ἄγραυλον, Ἄρσην* (scr. *Ἕρσην*) *καὶ Πανδρόσην* (scr. *Πάνδροσον*), *ἀφ' ἧς ἐγένετο Κῆρυξ Ἑρμῇ συγγενομένης.* De tribus his Cecropis filiabus Philochorum quoque rettulisse patet e schol. Dem. p. 447, 22 Dind.

1) Cf. Müller. Fragm. hist. Gr. I p. 368.

2) Ibid. I p. 361.

Suidas *αὐτολεξεί* e Pausania, quem uide apud Eustath. p. 1419, 54: *ἐπὶ Παλλαδίῳ . . . . . ἐδίκαζον δὲ κατὰ Παυσανίαν ἐκεῖ ἀκουσίους φόνους οἱ ἐφέται. Ἀργεῖοι γάρ, φησιν, ἀπὸ Ἰλίου πλέοντες, ἡνίκα προσέσχον Φαλήροις, ὑπὸ Ἀθηναίων ἀγνοούμενοι ἀνῃρέθησαν. ὕστερον δὲ Ἀκάμαντος γνωρίσαντος καὶ τοῦ ἱστορουμένου Παλλαδίου εὑρεθέντος κατὰ χρησμὸν αὐτόθι τὸ δικαστήριον ἀπέδειξαν* (omisit Eustathius: *ὡς Φανόδημος*). *Κλειτόδημος δέ φησιν, Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος ταῖς Ἀθήναις, Δημοφῶντα τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαι καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν, τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεραίνοντος κρίσιν αὐτοὺς ὑποσχεῖν ἐπὶ πεντήκοντα Ἀθηναίων καὶ τοσούτων Ἀργείων, οὓς ἐφέτας κληθῆναι διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς περὶ κρίσεως, καὶ τὸ δικαστήριον ἐπώνυμον τῇ Παλλάδι γενέσθαι.* Comparatis igitur inter sese Suida et Eustathio illa Suidae uerba ‘*ὡς Φανόδημος*’ post *ἀπέδειξαν* Pausaniae reddenda esse satis apparet. Altera Pausanianae glossae pars transiit in quintum lexicon Bekkeri p. 311: *ἐπὶ Παλλαδίῳ· οἱ ἀκούσιοι φόνοι ἐν τούτῳ ἐκρίνοντο. φασὶ γὰρ Δημοφῶντα ἁρπάσαντα ‘Διομήδους’*[1] *τὸ*

1) Propter genetiuum *Διομήδους*, cuius mentionem uidemus omissam ab Harpocratione et a Clitodemo apud Suid., Etym. Mag., Eustath., Stoientinus de Iulii Pollucis in publicis Atheniensium antiquitatibus enarrandis auctoritate Vratislau. 1875 (libr. Leuckart.) p. 64 auctorem quinti lexici Bekk. l. c. in hac glossa conscribenda non solum Pausaniae testimonium apud Eustath. l. c. adhibuisse censuit, sed etiam alterius cuiusdam auctoris, Lysiae uidelicet coll. schol. Aristid. uol. III p. 320 Dindorf.: *ἀγάλματα διὰ τὸ Παλλάδιον φησὶ τὸ ἀπὸ Τροίας. ὁ γὰρ Δημόφιλος* (Stoientin.: *Δημοφῶν*) *παρὰ Διομήδους ἁρπάσας εἰς τὴν πόλιν ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ.* Propter solam Diomedis mentionem quinto lexico Bekk. et Lysiae apud schol. Aristid. communem minime cum Stoientino Lysiae auctoritatem hic agnosco, sed solius Pausaniae apud Eustathium, compone modo Eustath.: *ἐδίκαζον δὲ κατὰ Παυσανίαν ἐκεῖ ἀκουσίους φόνους οἱ ἐφέται* et lex. Bekk.: *οἱ ἀκούσιοι φόνοι ἐν τούτῳ ἐκρίνοντο* et sub finem: *δικάζουσι δὲ ἐν τούτῳ οἱ ἐφέται*, deinde Eustath.: *Κλειτόδημος δέ φησιν . . . . . Δημοφῶντα τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαι καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν* cum lex. Bekk.: *φασί γαρ Δημοφῶντα ἁρπάσαντα Διομήδους τὸ Παλλάδιον φεύγειν ἐφ' ἅρματος, πολλοὺς δὲ ἐν τῇ φυγῇ*

Παλλάδιον φεύγειν ἐφ᾽ ἅρματος, πολλοὺς δὲ ἐν τῇ φυγῇ ἀνελεῖν συμπατήσαντα τοῖς ἵπποις. ὅθεν πρῶτον γενέσθαι ταύτην δίκην ἀκουσίων φόνων ἐπὶ Παλλαδίῳ· δικάζουσι δὲ ἐν τούτῳ οἱ ἐφέται. Simili ratione ad Pausaniam reuocantur, quae sunt apud Hesychium u. *ἐπὶ Π.*: *δικαστήριον ἔνθα ἐδίκαζον οἱ ἐφέται τοῖς ἀκουσίων φόνων δικαζομένοις.* At ne quid uidear praetermisisse, quod huc possit referri, iam praeterea conferamus Etymologum Mag. p. 362, 43, qui Phanodemo omisso Clitodemo diserte laudato integrum fere descripsit Pausaniae locum: *δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ περὶ ἀκουσίου φόνου ἐδίκαζον. Κλειτόδημός φησιν ὅτι Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναζε Δημοφῶντα ἁρπάσαι τὸ παλλάδιον. τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεραίνοντος κρίσιν ὑποσχεῖν ἐπὶ πεντή-*

ἀνελεῖν κτλ. Certe plus Pausaniae hic agnoscimus, quam agnoscendum putat Stoientinus. Est autem illud uiro doctissimo persuasum, in quinto Bekkeri lexico perpauca aut nulla omnino deprehendi atticistarum uestigia (cf. p. 245 not. 1), quam Stoientini sententiam misere uidebis corruere examinatis iis glossis, quas in hac de scholiis Aeschineis disputatione Photium perquam probabiliter in atticistarum lexicis inuenisse exposuimus. Plane eadem, quae apud Phot. u. *παρ᾽ ἵππον καὶ κόρην*, leguntur non prorsus iisdem uerbis in quinto lexico Bekk. p. 295, cum Photio u. *ἱερείας ἐνύπνιον* singulis fere uerbis consentit quintum lex. Bekk. p. 266. Multo autem saepius auctor quinti lexici Bekk. glossas exhibet Photianis breuiores et sub finem plerumque circumcisas, quo in genere praeter ceteras hae potissimum sunt collocandae:

V. lex. Bekk. p. 279, 12 coll. Phot. u. *Μαργίτης*
V. lex. Bekk. p. 279, 18 coll. Phot. u. *Μελητίδης*
V. lex. Bekk. p. 269, 16 coll. Phot. u. *καθάρσιον*
V. lex. Bekk. p. 280, 6 coll. Phot. u. *Μητρῷον* gl. 2
V. lex. Bekk. p. 293, 3 coll. Phot. u. *πάραλος* gl. 2
V. lex. Bekk. p. 306 coll. Phot. u. *τριττύς*
V. lex. Bekk. p. 292, 30 coll. Phot. u. *πνύξ*
V. lex. Bekk. p. 287 coll. Phot. u. *ὁλόσχοινος*
V. lex. Bekk. p. 299, 28 coll. Phot. u. *ῥυτήρ*
V. lex. Bekk. p. 264 coll. Phot. u. *Θησεῖον*
V. lex. Bekk. p. 257 coll. Phot. u. *Ἑτεοβουτάδαι*
V. lex. Bekk. p. 292, 26 coll. Phot. u. *πυλαγόρος*
V. lex. Bekk. p. 313, 3 coll. Phot. u. *ὑπὸ μάλης.*

Num his propositis Stoientinus inter atticistas et quintum lexicon Bekkeri nexum quendam intercedere negare amplius conabitur?

κοντα Ἀθηναίων καὶ ν' Ἀργείων. οὓς ἐφέτας κληθῆναι διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς περὶ τῆς κρίσεως, et eodem plane spectant illa pauca in Bekk. anecd. p. 257: *ἐφέται καὶ ἐπὶ Παλλαδίῳ· δικαστήριόν ἐστιν οὕτω καλούμενον καὶ οἱ ἐν αὐτῷ κρίνοντες κριταὶ ἐφέται καλοῦνται*; conferantur praeterea s. u. *ἐφέται* Harpocratio, Pollux, Hesychius, Photius, Suidas, Bekkeri anecdota, Hesychius s. u. *δικαστήρια*, Aelianus u. h. V, 15: *ὅτι δικαστήρια ἦν Ἀττικὰ περὶ μὲν τῶν ἐκ προνοίας ἀποκτεινάντων ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, περὶ δὲ τῶν ἀκουσίως ἐπὶ Παλλαδίῳ*. Omnibus igitur istis glossis collatis habes, qui secuti sunt Pausaniam: Hesychium, Suidam, Etym. Mag., auctorem lexici Bekk., schol. Aeschineum [1]); Harpocratio autem, quippe qui laudet Aristotelem, Pausaniam certe non est secutus.

Qua occasione data paucis quaerendum uidetur de ratione, quae intercedat inter atticistas et Harpocrationem. Boysenus enim l. c. satis demonstrasse sibi uidetur Harpocrationem, quem nos habemus, usum esse lexicis rhetoricis atticistarum; equi-

1) Hoc loco uide, quid iudicauerit Schultzius de huius *ἐπὶ Παλλαδίῳ* scholii fontibus in Jahrb. für class. Philol. uol. 93 p. 304: 'so erinnert die recht ausführliche erklärung (II, 87) zu *ἐπὶ Παλλαδίῳ* zwar an die bei Harpocration aus Aristoteles citierten worte *ἐν ᾧ δικάζουσιν ἀκουσίου φόνου καὶ βουλεύσεως οἱ ἐφέται*, doch ist dieser anklang nicht genügend, um eine entlehnung, wenn auch nur indirect, begründen zu können. das weitere referat über diesen gegenstand bei Harpocration ist, wie wir bei Suidas sehen, aus Kleitodemus entlehnt, stimmt aber ebensowenig mit unserm scholiasten überein wie das, was Suidas weiter aus Phanodemus berichtet. da Suidas hier nur des Photius lexicon ausschrieb (sic!), dieser aber das lexicon des Pausanias benutzte (vgl. Dindorf zu Harpocr. 1, 127, 15), so würde daraus die wahrscheinlichkeit hervorgehen, dass die soeben angeführten autoren auch von unserm commentator nicht benutzt wurden'. Contraria ualet sententia, quam supra uides explanatam: 'usus est scholiasta Pausania'. Plane ignarus est uir doctissimus rationis a scholiastis in excerpendis auctoribus adhibitae; admodum raro ad uerbum describit scholiasta, multo saepius nonnulla omittit, noua addit, cuncta permiscet, aliis utitur uerbis, quo facilius auctorem suum dissimulet. Inter hoc uero scholion et Phanodemi narrationem apud Pausaniam l. c. tantum cernitur similitudinis, ut neminem cum Schultzio facturum esse sperem.

dem iam quam potero breuissime probaturus sum, non atticistas, Aelium Dionysium et Pausaniam, secutum esse Harpocrationem, sed quaecunque glossae atticistis et Harpocrationi sint communes, eas ad communem fontem esse reuocandas.[1]) Priusquam singula proferam, uide, quaeso, nonnullos locos ex ipso Boyseniano libello petitos, quibus satis Boysenum puto profiteri sese laborem suscepisse difficiliorem. Initio fere huius Boyseni quaestionis (p. 74) haec sunt uerba: 'tamen fatendum est, multo pauciora inueniri, quam uoluerim' (sc. atticistarum fragmenta cum Harpocrationis glossis conuenientia). Non miror, non potuit plura inuenire. Deinde audiamus Boysenum paulo post (p. 76) sic disserentem: 'cum ex Naberi prolegomenis sciamus fere omnia, quae ex lexicis rhetoricis se excerpsisse Eustathius profitetur, eisdem atticistis esse tribuenda, quid miraberis, quod harum quoque uocum complures optime cum Harpocrationeis glossis conueniunt?' Videtur igitur plane Boysenus persuasum habere, quidquid atticistarum concinat cum Harpocratione, in Harpocrationem transire nisi ex atticistis omnino non potuisse. Non satis possum mirari, quod Boysenum id, quod plurimum ualet ad rem in hac prouincia bene gerendam, prorsus effugit, nempe et Harpocrationem et atticistas non de suo sumpsisse, quidquid in libris suis ad ueteres Atticorum scriptores interpretandos afferrent, sed auctores adiisse antiquiores eorumque obseruationes persaepe ad uerbum in opera sua transtulisse. Cuius rei innumerabilia poterit inuenire exempla Boysenus, si modo Naberi ad Photium Prolegomena attento animo perlegat. Quamquam res est notissima, nonnullis tamen sententiam probabo. Quibus explicat uerbis Pausanias apud Eustathium p. 776, 39 (Ri. fr. 254) uocem *κήρυλλοι*, ea *αὐτολεξεί* descripta sunt ex Antigono Carystio coll. schol. Ar. Au. 299; Aelium Dionysium apud Eustathium p. 1167, 21 (Ri. fr. 180) in circumscribendis scaenicarum saltationum significationibus *ἐμμέλεια κόρδαξ σίκιννις* ad uerbum repetere Aristoxeni Tarentini annotationem ex primo eius de tragica sal-

1) Cf. Stoientin. l. c. p. 113—127.

tatione libro petitam, auctor est Photius s. u. *σίκιννις*. Profert Pamphilus apud Athen. IV, 171 B Artemidori obseruationem de uoce *ἐδέατρος* (cf. Naber. Proll. p. 21), quocum ad litteram fere conspirat Aelius Dionysius apud Eustathium p. 1403, 40 (Ri. fr. 156). Quantopere inter se conueniant Athenaeus XI, 473 C, secundum Pamphilum opinor, et Pausanias apud Eustathium p. 976, 3 et p. 1525, 47 s. u. *ἀμβροσία*, uide apud Rindfl. fr. 46. Si denique scire cupies, cuiusnam doctrinam exhibeat Photius s. u. *κωλακρέται· ταμίαι τοῦ δικαστικοῦ, οἳ καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα παρεῖχον*, compone schol. Ar. Au. 1541 u. *τὸν κωλακρέτην. Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς τούτους ταμίας εἶναί φησι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. οὐ μόνον δὲ τούτου τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ὥς φησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα διὰ τούτων ἀνηλίσκετο, ὡς Ἀνδροτίων γράφει οὕτως κτλ.* (cf. p. 301 sqq.). Mirum quantum affert lucis ad hanc rem bene perspiciendam hoc scholiastae testimonium; recta enim uia hanc *κωλακρέται* glossam ab Androtione, Isocratis discipulo, usque ad patriarcham Constantinopolitanum duodecim saeculorum spatium decurrisse quotcunque interpositis grammaticis licet uidere. Itaque his propositis statim hoc loco dicam, quam intercedere uidemus inter atticistas et Harpocrationem conuenientiam, ortam esse ex communi horum fonte, tum quantum opus erit in re satis dilucida, sententiam meam exemplis sustentabo ita, ut cum atticistis et Harpocratione tertium comparemus Pollucem, quem cum non plus quadraginta fere annis post atticistarum nostrorum *ἀκμήν* sua scripsisse sciamus, non atticistas compilasse censebimus, sed auctores certe antiquiores. Ubi igitur alterutrum atticistam et Pollucem, quos cohaerere inter se negamus, similia tradere cognoscemus et cum his duobus Harpocrationem congruentem inueniemus, ne hunc quidem ex atticistis sua deprompsisse necesse erit arbitrari, sed potius e communi omnium fonte. — Iam possumus illa uerba Boyseni intellegere mirantis, quod glossa quaedam, quam atticistis debere Harpocrationem existimat, apud Pollucem quoque exstet: ‘(p. 75) Nescio qua uia Iulius quoque Pollux Dionysiana (uox *γεραῖραι* coll. Etym.

Mag. p. 227, 36) in lexicon suum deriuauit VIII, 108'. Quod quomodo fieri potuerit, Boysenus unus ex omnibus uidetur ignorare. Quae habemus apud Etym. Mag. de γεραῖραι uoce Aelio Dionysio laudato sunt Dionysiana Etymologo, Hesychio, Bekkeri anecdotis p. 231, 32, minime Polluci et Harpocrationi. Quibus praemissis iam ipsam rem diiudicemus. Docet Aelius Dionysius apud Etym. Mag. l. c.: γεραῖραι παρὰ Ἀθηναίοις γυναῖκές τινες ἱεραί, ἃς ὁ βασιλεὺς καθίστησιν ἰσαρίθμους τοῖς βωμοῖς τοῦ Διονύσου διὰ τὸ γεραίρειν τὸν θεόν. οὕτω Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς. Vide Hesychium: ἱέρειαι κοινῶς· ἰδίως δὲ αἱ τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ ιδ'. Dionysiana aliis, credo, uerbis reddit Hesychius itemque auctor Bekkeriani lexici l. c. — Harpocrationis sunt: γεραραὶ αἱ τῷ Διονύσῳ ἱερωμέναι γυναῖκες, denique Pollucis: αὗται ἄρρητα ἱερὰ Διονύσῳ ἔθυον μετ' ἄλλης θεωρίας. καθίστη δὲ αὐτὰς ὁ βασιλεὺς οὔσας τέσσαρας καὶ δέκα. Sunt plane eundem fontem secuti Aelius Dionysius et Pollux, uel eundem uel alium Harpocratio; minime uero Harpocrationis glossa est Dionysio tribuenda. Ex reliquis glossis, quibus Boysenus atticistas Harpocrationis agnoscit auctores, hasce habeo, quibus eius errorem possim demonstrare; cf. Eustath. p. 1220, 45: Ἄιλιος δὲ Διονύσιος ἐν τῷ λεξικῷ αὐτοῦ τῷ ῥητορικῷ οὐκ ἐθέλει ὀνομάζεσθαι γράστιν ὅλως· φησὶ γάρ· κράστιν Ἀττικοὶ τὴν πόαν, γράστιν δὲ οὐδένες. Hesychius: κράστιν Ἀττικοί. διὰ τοῦ γ οἱ νῦν γράστιν φασίν· ἔστι δὲ ὁ χλωρὸς χόρτος. Dionysium sese nactum esse putat Boysenus in Harpocrationis uerbis: κρᾶστις· Λείναρχος ἐν τῷ πρὸς Ἀυσικράτην· κρᾶστίς ἐστιν ἡ πόα, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης. At eadem sunt apud Pollucem X, 166: φέρειν αὐτοῖς τὸν χιλόν, ὃν καὶ χόρτον καὶ πόαν καὶ κράστιν ἐκάλουν. Referuntur igitur Pollucis et Dionysii et Harpocrationis glossae ad auctorem his tribus antiquiorem, ad Pamphilum uel Didymum, quem et atticistae et Harpocratio in usum suum conuerterunt.

Venio ad Eustathii locum p. 1394, 34, quem Boysenus (p. 76) atticistarum esse bene intellexit; ubi sunt: ἔτι δὲ καὶ

ὅτι ἀδδηφάγοι ἵπποι οἱ τέλειοι· τοῖς γὰρ πώλοις φησὶν οὐκ ἐδίδοσαν τροφῆς πλῆθος. Λυσίας καὶ ναῦν ἀδηφάγον φησὶ τὴν τὸν μισθὸν λαμβάνουσαν ἐντελῆ καὶ λύχνους ἀδηφάγους τοὺς πότας· ὁποῖος ὁ ἐν Νεφέλαις παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει. Conuenit Hesychius s. u.: *τοὺς τελείους ἵππους οὕτως ἔλεγον Ἀθηναῖοι καὶ Βοιωτοὶ πρὸς τὴν τῶν πώλων διάκρισιν· Ἀργεῖοι δὲ ἄνδρας τοὺς πολλὰ ἐσθίοντας. Λυσίας δὲ κατὰ μεταφορὰν ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐκρίτου (δια)μαρτυρίᾳ τὴν ἐντελόμισθον ναῦν. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τοὺς πότας λύχνους ἀδηφάγους ἔφη. καὶ δρομεῖς δέ τινες ἐν Νεμέᾳ ἀδηφάγοι ἐλέγοντο. καὶ οἱ γυμναστικοὶ παρὰ Ἀργείοις οὕτως ἐλέγοντο.*[1]) Praeclarior etiam est Photii gl. 2 u. *ἀδηφάγοι· ἀγωνισταὶ ἵπποι οὕτως ἐκαλοῦντο, ὡς Ἀριστοφάνης καὶ Φερεκράτης· ἔφη δὲ καὶ ἀδηφαγοῦσα Σοφοκλῆς*[2]) *καὶ ἀδηφαγεῖν Ἑρμιππος. ἀλλὰ καὶ ἀδηφάγον εἶπε Λυσίας τὴν τέλειον μισθὸν λαμβάνουσαν τριήρη· Ἀλκαῖος δὲ ὁ κωμικὸς καὶ τοὺς πότας λεγομένους λύχνους ἀδηφάγους ἔφη χαριεντισάμενος. καὶ δρομεῖς δέ τινες ἐν Νεμέᾳ ἀδηφάγοι ἐλέγοντο. καὶ οἱ γυμναστικοὶ παρ' Ἀργείοις οὕτως· λέγουσι δέ τινες καὶ τὸν ἱερὸν λόχον ἀδηφάγον*; cf. Phot. gl. 1 et Bekk. anecd. p. 203, 19. Similia praebet Harpocr. s. u. *ἀδηφάγους τριήρεις Λυσίας λέγει ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐκρίτου διαμαρτυρίᾳ, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, καὶ ἀδηφάγον πεντηκόντερον Φίλιστος. λέγοιεν δ' ἂν τὰς ἐντελομίσθους καὶ πολλὰ ἀναλισκούσας. ἔοικε δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων τῶν τελείων καὶ ἀγωνιστῶν λέγεσθαι, οἵτινες εἰώθασιν ἔδμεναι ἄδδην κατὰ τὸν ποιητήν. Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πότας λύχνους ἀδηφάγους εἶπεν*, quo de loco haec sunt Boyseni uerba: 'his omnibus perlustratis facillime tibi persuadebis eiusdem

---

1) Quam Hesychii glossam propterea integram exhibeo, quia hac potissimum possumus doceri, quam praeclara Hesychius ex atticistis petiuerit; hanc enim glossam sine dubio inde sumpsit; singulos scriptores, qui afferuntur, e Photio in Hesychium transferendos esse patet. Et Hesychii et Photii glossa ex altera Dionysiani lexici editione uidetur fluxisse, de qua uide Phot. in bibl. cod. 152.

2) Elegantissimam uide Naberi coniecturam ad h. l.: pro *ἀδηφαγοῦσα* scribi uult *ἀδηφάγον νόσον* coll. Soph. Philoct. 313.

auctoris doctrinam ab Harpocratione quoque nobis tradi (sc. cuius doctrinam tradidit Eustathius)'. Nemo, credo, hoc sibi persuadebit. Ne hanc quidem *ἀδηφάγος* uocem Harpocratio secundum atticistas interpretatus est; uide modo Pollucis testimonium I, 121: *πληρώματα δὲ ἐντελῆ, ἀκριβῆ, κατεσκευασμένα· εὐδόκιμα, ἐντελόμισθα· τὴν δὲ τοιαύτην ναῦν Λυσίας καὶ ἀδηφάγον εἴρηκε.* Quem ad locum Boysenus: 'Pollux denique testis est, hanc doctrinam iam saeculo altero post Christum natum — uulgatam — fuisse'. Vulgatam doctrinam quam dicat Boysenus, hodie nescio; amplius quod addam non habeo. At iam Boyseno, si quid potero, persuadebo, eam doctrinam, quam Harpocrationem ex atticistis deprompsisse sibi persuasit, iam Clitodemi, Phanodemi, Aristotelis aetate — quinque saeculis ante atticistas — fuisse uulgatam. Scripsit Boysenus p. 76 l. 7 'cf. praeterea Pausaniae glossas *Ἀδραστεία, ἀμοργός, ἐπὶ Παλλαδίῳ, ἀργᾶς*'. Quarum glossarum paenultima est, a qua profecti sumus; quicunque loci afferendi sunt, eos supra appositos habes; quae glossa omnium luculentissime demonstrat, quae ratio inter atticistas, Harpocrationem, Pollucem intercedat. Auctores habemus antiquissimos: Clitodemum, quem laudant Pausanias apud Eustath. p. 1419, Suidas s. u. *ἐπὶ Παλλαδίῳ*, Etym. Mag. p. 362, 43, et Phanodemum apud Suidam, unde is reddendus est Pausaniae apud Eustathium, et Aristotelem teste Harpocratione. Interpretationes *ἐπὶ Παλλαδίῳ* uocis exstant duae, altera Clitodemi, Phanodemi altera; utramque coniunxit in lexico rhetorico Pausanias apud Eustathium et Suidas s. u. Deinde uides Clitodemum concinere cum Aristotele, quem in libro, qui fuit de *Ἀθηναίων πολιτεία*, eandem interpretationem praebuisse quam potest euidentissime patet ex Harpocrationis glossa. Haec omnia plane silentio praeteriit Boysenus, qui ne unum quidem uerbum facit de auctoribus istis antiquissimis; inculcaturus enim est atticistarum doctrinam Harpocrationi. Phanodemum autem secutus est et Pollux et scholiasta Aeschinis, uti docet Pausanias. Habemus igitur auctores copiosissimos quidem atthidographos — his licet annumerare hac ex parte Aristotelem — quibus imprimis usi

sunt et Harpocratio et atticistae et Pollux.[1]) Quod si statuemus, non iam cum Boyseno mirabimur, 'qua uia Iulius quoque Pollux Dionysiana in lexicon suum deriuauerit'. Phanodemi, non Dionysii doctrinam prodit Iulius Pollux, qui saepissime iisdem utitur fontibus, quibus atticistae.[2])

Plura huius sententiae praesidia quaeram ubicunque occasio dabitur. Refutanda igitur sunt illa Boyseni uerba p. 78: 'itaque non crediderim casu eandem doctrinam et ad Eustathium et ad Harpocrationem deuenisse, sed ipsis auctoribus Eustathii, i. e. Aelio Dionysio et Pausania usum esse puto Harpocrationem'. Non est usus Harpocratio. Ubi similia traduntur ab Harpocratione et atticistis, nil licet pro certo habere nisi illud, uel eodem uel simillimo ex fonte atticistas et Harpocrationem hausisse.

Haud minor quam in illo scholio II, 87 similitudo cum alterutro atticista deprehenditur in schol. I, 126: *γελοῖος ὁ γελωτοποιός, προπαροξυτόνως δὲ ὁ καταγέλαστος* (Vat. Laur. gmq.).

---

1) Cf. schol. Aeschin. III, 25: *ἀντιγραφεῖς δὲ διττοὶ ἦσαν, οἱ μὲν τῆς διοικήσεως, οἱ δὲ τῆς βουλῆς* (Vat. Laur. g.); his plane congruit Poll. VIII, 98 u. *ἀντιγραφεύς· δύο δ' ἦσαν, ὁ μὲν τῆς βουλῆς, ὁ δὲ τῆς διοικήσεως.* Harpocratio s. u. lucem affert, qua inlustretur sententia supra proposita: *διττοὶ δὲ ἦσαν ἀντιγραφεῖς, ὁ μὲν τῆς διοικήσεως, ὥς φησι Φιλόχορος, ὁ δὲ τῆς βουλῆς, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.* Si scholiastam Aeschinis pro alterutro atticista acceperis, ualet illa obseruatio, e communi fonte hausisse atticistas, Pollucem, Harpocrationem: ex atthidographis.

2) Id quod cum multae glossae, tum hae potissimum probant: Eustath. 747, 31: *τὴν δὲ κρεάγραν καὶ ἅρπαγα καὶ λύκον ὁ Παυσανίας καλεῖσθαί φησι* coll. Poll. X, 98: *καὶ κρεάγρα καὶ ἁρπάγη καὶ λύκος.* Eustath. p. 1854, 32: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος λέγει ὅτι Περσικὸν ὄνομα καὶ ὁ μανδύας· ἔοικε δέ φησι φαινόλῃ* coll. Poll. VII, 60: *ἡ δὲ μανδύη ὅμοιόν τι τῇ καλουμένῳ φαινόλῃ.* Photius (= Pausanias apud Eustath. p. 310, 33) *μιλτωρυχία· τόπος ἐν ᾧ μίλτος ὀρύσσεται· οὕτως Ἀμειψίας* coll. Poll. VII, 100: *Ἀμειψίου δὲ ἐν Μοιχοῖς μιλτωρυχίαν εἰπόντος.* Eustath. p. 948, 19: *ὅτι δὲ τὸ πτύον καὶ πτέον ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ ὕστερον Αἴλιος Διονύσιός φησι* coll. Poll. X, 128: *πτέον ὡς οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν, ἢ πτύον, ὡς Ὅμηρος.* Eustath. p. 648, 45: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος οὕτω φράζει· εἰνάτερες, αἱ τοῖς ἀλλήλων ἀδελφοῖς γεγαμημέναι, ἃς συννύμφους τινές φασιν* coll. Poll. III, 32: *αἱ δὲ ἀδελφοῖς δύο συνοικοῦσαι εἰνάτερες.* Haec omnia ante Pollucem et atticistas eandem sedem uidentur habuisse.

Vide Eustath. p. 205, 44: de *γελοῖος* et *γελοίϊος* agentem: *τοῦ δὴ τρισυλλάβου τινὲς ὀξύνουσι τὴν πρώτην συλλαβήν, ὥς φησι Διονύσιος Αἴλιος, οἱ δὲ πλεῖστοι γελοῖον μὲν προπερισπωμένως τὸν γελωτοποιὸν λέγουσιν, οἷον τὸν μῖμον, γέλοιον δὲ τὸν καταγέλαστον.*[1] *δοκεῖ δέ, φησι, τῶν παλαιῶν Ἀττικῶν εἶναι περισπᾶν τὰ τοιαῦτα, ὁμοῖον, ἑτοῖμον, γελοῖον* (Ri. fr. 109). Ut Aeschinis sic Demosthenis[2] quoque scholiasta Aelii Dionysii glossam seruauit p. 524 Dind.: *γέλοιος ὁ καταγέλαστος, γελοῖος ὁ γελωτοποιός*, neque minus schol. Lucian.[3] p. 202 uol. IV ed. Iac.: *γέλοιος καὶ γελοῖος διαφέρουσι· γέλοιος μὲν γὰρ ὁ γέλωτος ἄξιος, γελοῖος δὲ ὁ γελωτοποιός.* Deinde descripsit Dionysii uerba Ammonius ed. Valck. p. 36: *γέλοιος*

1) Omisit Rindfleisch. l. c. p. 56 uerba: '*γέλοιον δὲ τὸν καταγέλαστον*'.

2) Vide praeterea schol. Dem. p. 430 Dind. *ἀλιτήριοι*, ubi collato schol. Plat. p. 406 et 454 B. Aelii Dionysii reperies doctrinam, item schol. Dem. p. 98, 16 Dind. coll. Ael. Dionysio apud Eustath. p. 1167, 20 (Ri. fr. 180).

3) Quoniam testimoniis scholiorum Lucianeorum nonnumquam utar et in hoc capite et in tertio, nunc nonnulla afferam, unde eluceat, praeter hunc locum alios plane concinere cum atticistarum fragmentis. Quae sunt Dionysii apud Eustath. p. 1854, 20: *οὕτω κεῖται, ὡς ὁ αὐτὸς Διονύσιος λέγει, καὶ παρὰ Θεοπόμπῳ ἀβυρτάκη ὑπότριμμά τι δριμὺ βαρβαρικὸν διὰ πράσων καὶ καρδάμων καὶ κόκκων ῥοᾶς καὶ ἑτέρων τοιούτων*, iis simillimum est schol. Lucian. l. c. p. 151: *ἀβυρτάκη σκεύασμα βαρβαρικὸν διὰ καρδάμων καὶ πράσων*; neque minus cum eodem Dionysio apud Eustath. p. 1166, 55: *ἀλλαχοῦ δὲ* (sc. *λέγει Αἴλιος Διονύσιος*) *ὅτι χιτῶνος εἶδος καὶ ἡ ἐξωμίς. ἐξωμὶς γάρ, φησι, χιτὼν ἅμα καὶ ἱμάτιον τὸ αὐτὸ* .... conuenit multo copiosior eiusdem *ἐξωμίς* uocis interpretatio in schol. Lucian. p. 87: *τὸ δὲ ἦν χιτὼν παχὺς καὶ τραχύς, ἅτε ἄγναπτος, κατὰ τὴν ὀριστερὰν χεῖρα ῥαφὴν οὐκ ἔχων, δι' ὃ καὶ ἑτερομάσχαλος ἦν. ἀχειρίδωτος δὲ ὢν τοὺς ὤμους παρεῖχε γυμνοὺς ὁρᾶσθαι. παρ' ὃ καὶ ἐξωμὶς ἐκαλεῖτο. οὐ μόνον δὲ χιτὼν ἡ ἐξωμίς, ἀλλὰ καὶ περίβλημα.* Quam huius uestis descriptionem Pollux quoque habet IV, 118: *κωμικὴ δὲ ἐσθὴς ἐξωμίς. ἔστι δὲ χιτὼν λευκὸς ἄσημος, κατὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν ῥαφὴν οὐκ ἔχων, ἄγναπτος.* Eustathium autem p. 1166, 55 ex parte tantum reddere istius uocis interpretationem Aelii Dionysii propterea suspicor, quod uocem *ἑτερομάσχαλος*, quae est in scholio Lucianeo, Photius quoque sic explicat: *ἑτερομάσχαλος· χιτὼν δουλικὸς ἦν ἐξωμίδα λέγουσιν* neque minus schol. Ar. Vesp. 444: *ἐξωμίδων· ἱμάτια δουλικὰ καὶ ἑτερομάσχαλα.* Malo igitur pro Eustathii loco uberius hoc scholion Lucianeum in fragmentis atticistarum collocare.

μὲν ὁ καταγέλαστος, γελοῖος δὲ ὁ γελωτοποιός, nec non Suidas, qui duas habet glossas, alteram una cum Thoma Magistro p. 75 Ritschl.: *γελοῖον (οὐδετέρως μόνον) τὸ γέλωτος ἄξιον*, alteram cum Aelio Dionysio: *γέλοιος ὁ καταγέλαστος προπαροξυτόνως, γελοῖος δὲ ὁ γελωτοποιός*. Ordinem uerborum plane perturbauit Thomas Magister l. c. in priore glossa: *γελοῖος ὁ καταγέλαστος, γέλοιος δὲ ὁ γελωτοποιός*, quae iam iustum in ordinem redigenda sunt.

Hoc quoque loco licet comparare testimonium Etymologi Magni Dionysiana interpretatione usi p. 224, 45: *γέλοιος λέγεται ὁ γέλωτος ἄξιος, γελοῖος δὲ ὁ γελωτοποιός*. Leuitatis magis quam doctrinae uidetur esse distinctio a Moeride p. 193 Bekk. proposita: *γέλοιον βαρυτόνως Ἀττικοί, γελοῖον προπερισπωμένως Ἕλληνες*, quibus similia profert schol. Ar. Ran. 6: *γέλοιον ἀττικῶς, γελοῖον δὲ κοινόν, ἡ δὲ σημασία ἡ αὐτή*. Photius h. l. deficit. Dionysio igitur auctore sunt usi: Ammonius, Etymologus M., Suidas, scholiastae Aeschinis, Demosthenis, Luciani, Thomas Magister; cf. Hesych. Lob. Phryn. 226, Bachm. A. G. p. 184.

Quoniam in scholiorum Aeschineorum collectione Aelium Dionysium et Pausaniam semel nominatim laudari uoce *Ἀτθικισταί* in schol. I, 89 intelleximus, atque duo scholia (II, 87 u. *ἐπὶ Παλλαδίῳ* et I, 126 u. *γελοῖος*) haud dubie e lexicis rhetoricis atticistarum fluxisse demonstrauimus, iam in iis, quae sequuntur, eius quoque generis obseruationes scholiastae Aeschinis ad eundem fontem reuocandas esse licebit arbitrari, quae ex parte tantum possint comparari cum atticistarum reliquiis apud Eustathium seruatis. Eius generis est scholion ad

I, 191 *ἐπακτροκέλητα*] *κέλης καὶ ἐπακτρὶς εἴδη πλοίων εἰσίν. καὶ ἐξ αὐτῶν σύνθετον ἐπακτροκέλης, λῃστρικὸν πλοῖον* (Vat. Laur. gmq.). *Ἄλλως. πλοιάριον λῃστρικόν. εἴρηται δὲ οὕτω παρὰ τὸν κέλητα, ὅπερ ἐστὶν εἶδος πλοίου μικροῦ, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῇ α΄ Θουκυδίδου, καὶ τὴν ἐπακτρίδα, ἥτις ἐστὶ πάλιν εἶδος πλοίου μᾶλλον λῃστρικοῦ* (Vat. Laur. Fgm.). Paucissimis haec uox explicata est in cod. Patm.: *πλοῖον λῃστρικόν*. Hanc *ἐπακτροκέλης* uocem attigisse in lexico suo Aelium Dionysium

hodie scimus ex duobus Eustathii locis, quos iam uideamus: p. 1539, 25: *ἐπακτροκέλης δὲ πλοῖον λῃστρικὸν μεταξὺ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος, ἃ καὶ αὐτὰ πλοιάριά ἐστιν*, ad quam annotationem spectat alter locus p. 1871, 62 (Rindfl. fr. 186): *ὅτι δὲ ἀπὸ τῆς ῥηθείσης ἐπακτρίδος καὶ ἐπακτροκέλης κατὰ Αἴλιον Διονύσιον πλοῖον λῃστρικόν, προδεδήλωται.*

Primum uideamus de priore huius scholii parte *κέλης καὶ ἐπακτρὶς εἴδη πλοίων εἰσίν. καὶ ἐξ αὐτῶν σύνθετον ἐπακτροκέλης. λῃστρικὸν πλοῖον.* Adiectiuum *σύνθετον* si respicimus, haec scholiastae uerba certe sic licet interpretari: *ἐπακτροκέλης* uocabulum est compositum e *κέλης* et *ἐπακτρίς* uocibus, quae sunt uehiculorum species. Sic de uerborum compositione cogitatur. Alius interpretandi rationis auctor nuper exstitit Stoientinus l. c. p. 125 sqq. de composito nauis apparatu accipiens adiectiuum *σύνθετον*. Qui uir doctissimus Boyseni sententiam refutans cum lexicographorum de uoce *ἐπακτροκέλης* testimonia inter se composuisset, eam disceptationis suae summam proposuit, duo glossarum genera distinguenda esse, alterum ductum ex Aelii Dionysii doctrina, quam supra habes, alterum cum Harpocratione cohaerens, cuius hanc habemus glossam: s. u.: *εἶδος δ' ἐστὶ πλοίου σύνθετον ἔχον τὴν κατασκευὴν ἔκ τε ἐπακτρίδος καὶ κέλητος*, qua in glossa uerba *σύνθετον ἔχον τὴν κατασκευήν* satis dilucide indicant, glossae auctorem de nauis apparatu cogitasse. Hinc profectus Stoientinus et glossam quinti lexici Bekk. p. 255, 13: *ἐπακτροκέλης· λῃστρικὸν καὶ βραχὺ πλοῖον. ἔστι δὲ τὸ ὄνομα σύνθετον ἀπὸ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος* et glossam in Etym. Mag. p. 353, 7: *ἐπακτροκέλης: συνετέθη ἔκ τε κέλητος καὶ ἐπακτρίδος· πλοῖα δὲ ἦν βραχέα λῃστρικά κτλ.* cum Harpocrationis glossa potius coniungendas esse exponit quam cum Dionysiana atque sententiam suam his uerbis defendit: ‘das *συνετέθη* wollte der Etymolog jedenfalls nicht von der wortcomposition verstanden wissen, sondern im sinne Harpocrations. Denn im ersten falle würde er das perfectum *σύγκειται* oder nach seiner sonstigen gewohnheit überhaupt kein verbum gesetzt haben. Die glosse des Etym. M. selbst wird man sich nun viel eher

aus einer fassung wie die Harpocrations als aus Dionysios hervorgegangen denken können, das ἔστι δὲ τὸ ὄνομα σύνθετον des Bekk. lex. endlich viel eher aus einem missverstandenen συνετέθη der fassung des Etym. M. oder meinetwegen auch direct aus der Harpocrations als aus dem μεταξύ des Dionysios. Auch bei der glosse des Bekk. lex. also spräche schon nach dieser erwägung die wahrscheinlichkeit für einen nicht-Dionysischen ursprung'. Dubium igitur non est, quin Stoientinus Aeschineum illud scholion, quod sit simillimum glossae lexici Bekkeriani V., ad Harpocrationem potius reuocandum esse censeat quam ad Aelium Dionysium. Haec uerba Stoientini a me allata quamuis eruditissime uideantur inuenta, male tamen iis habebis fidem. Omnia quae loco supra apposito disseruit Stoientinus, nituntur sententia eius de Etymologi M. elocutione, quae, quam sit falsa, demonstrare iam meum est. Ut de Etymologi M. elocutione, quantum quidem pertinet ad uoces συνετέθη et σύγκειται, recte possem iudicium facere, unam de octo partibus totius Etymologi farraginis attentissime perscrutatus sum, p. 352—462 ab eodem fere loco profectus, quo exstat glossa ἐπακτροκέλης. Quicunque loci huc spectant, eos, quo deinceps sunt in Etymologo ordine, hic dabo:

1. p. 355, 5: τὰ δὲ παρὰ τὸ βάλλω μὴ μετὰ προθέσεως συντεθέντα πρὸ μιᾶς ἔχουσι τὸν τόνον, ἐλαφηβόλος, ἑκηβόλος.
2. p. 371, 49: Ἐριχθόνιος· ὁ Ἑρμῆς. Μετασυντέθειται ἡ λέξις i. e. decompositum nomen.
3. p. 389, 37: ἢ σύνθετόν ἐστι τὸ εὔδιος παρὰ τὸ Δία, ἵν' ᾖ ὁ εὐάερος. Δία γὰρ καὶ τὸν ἀέρα φησὶ Πλάτων ὁ κωμικός κτλ.
4. p. 393, 6: τὰ δὲ ἀπὸ τῶν εἰς ος οὐδετέρων εἰς ης γινόμενα σύνθετα ὀνόματα .... βαρύνεται.
5. p. 396, 36: τὰ δὲ εἰς υς ὀξύτονα συντιθέμενα ἀποβάλλει τὸ ς.
6. p. 399, 38: ἀλλὰ τὰ παρὰ τὸ φύω τότε εὐ καὶ δυς σύνθετα διὰ τοῦ ι γράφεται.

7. p. 411, 22: *τὰ δὲ παρ᾽ αὐτοῦ* (sc. *ζήλου*) *συγκείμενα, εἴτε κατ᾽ ἀρχὰς εἴτε κατὰ τὸ τέλος τὴν αὐτὴν φυλάττει γραφήν, οἷον πολύζηλος, δύσζηλος.*
8. p. 411, 38: *σύνθετον δέ ἐστιν ἐκ τοῦ ζα καὶ τοῦ τρέω, τὸ φοβοῦμαι, ζάτρεον καὶ ζήτρειον.*
9. p. 413, 47: *τὰ γοῦν παρ᾽ αὐτοῦ* (sc. *ζωῆς*) *συγκείμενα τὴν αὐτὴν φυλάττει γραφήν, ζωηφόρος κτλ.*
10. p. 414, 10: *διὸ καὶ τὰ παρ᾽ αὐτοῦ συγκείμενα διὰ τοῦ ω μεγάλου, οἷον ἄζωνος, βαθύζωνος κτλ.*
11. p. 416, 55: *συνετέθη δὲ ἐκ* (sc. uox *ἤτοι*) *τοῦ ἤ συναπτικοῦ καὶ τοῦ τοι παραπληρωματικοῦ ἤτοι.*
12. p. 430, 32: *τὰ εἰς υς συντεθέντα φυλλάττει τὸ υ.*
13. p. 435, 55: *ἐπειδὴ τὰ διὰ τοῦ ηθης σύνθετα ὀνόματα βαρύνεται.*
14. p. 438, 25: *τὸ γὰρ παρὰ μέλλοντα συντιθέμενα τρέπει τὸ ω εἰς ι· μνήσω — Μνησίθεος, στήσω — Στησίχορος, οὕτως ἥσω — Ἡσίοδος.*
15. p. 454, 22: *καὶ πάντα τὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ συγκείμενα θηλυκὰ διὰ τοῦ ι γράφεται.*
16. p. 459, 3: u. *θυρεπανοίκτης· σύνθεσιν ἐπὶ συνθέσει ἀνεδέξατο· ἦν γὰρ ἀνοίκτης· προσῆλθεν ἡ ἐπί, καὶ ἐγένετο ἐπανοίκτης· καὶ οὕτω τὸ θύρα προσετέθη, καὶ ἐγένετο θυρεπανοίκτης· ὁμοίως καὶ τὸ δυοκαιεικοσίπηχυς· πρῶτον τὸ εἰκοσίπηχυς· καὶ οὕτω συνετέθη.*

Sedecim locos ascripsi, quorum duodecim contra Stoientinum pugnant, quattuor tantum sententiam eius defendunt. Huc accedit, quod forma *σύγκειται*, quam in eiusmodi explicationibus praeter ceteras exspectandam esse docet Stoientinus, in centum illis paginis a me examinatis ne semel quidem inuenitur. Habemus autem apud Etymologum istas uerborum compositionis significationes: *σύνθετον* (*παρά τι*) 3. 6, *συντιθέμενα* (*παρά τι*) 14, *συντεθέντα* (*παρά τι*) 1, *συντιθέμενα* (*εἴς τι*) 5, *συντεθέντα* (*εἴς τι*) 12, *σύνθετα* (*διά τινος*) 13, *σύνθετα* (*ἀπό τινος*) 4, *σύνθετον* (*ἔκ τινος*) 8, *συνετέθη* (*ἔκ τινος*) 11, *συγκείμενα* (*παρά τινος*) 7. 9. 10, *συγκείμενα* (*ἀπό*

τινος) 15, *μετασυντέθειται* 2, *καὶ οὕτω συνετέθη* 16. Hunc ultimum locum propterea non cum undecimo coniunctum exhibeo, quod luculentissime docet, minime ab Etymologi more abhorrere formam *συνετέθη*, ubi cogitandum est de uerbis componendis, undecimo autem loco, ubi prorsus iisdem utitur uerbis Etymologus atque p. 353, 7 u. *ἐπακτροκέλης*, uel Stoientinum concessurum esse spero de nulla re nisi de uerborum compositione cogitandum esse, quod, quominus item faciamus p. 353, 7, nihil omnino impedit. Magis etiam quam sexto decimo, res est loco altero manifesta, Stoientinum parum Etymologi elocutionem curauisse; etenim si ullo, hoc praeter ceteros loco aptissimum erat ad loci naturam perfectum *μετασύγκειται* pro longiore illo *μετασυντέθειται*, at non habuit Etymologus, cur non ita scriberet. Haec quidem mihi dicenda erant de Etymologi forma *συνετέθη* s. u. *ἐπακτροκέλης*, quam equidem non minus quam *σύνθετον* illud in schol. Aeschin. I, 191 ad uerborum compositionem spectare pro certo habeo. Quam deinde profert Stoientinus opinionem nimis praeiudicatam de glossa in lexico Bekkeri, ubi uerba *ἔστι δὲ τὸ ὄνομα σύνθετον ἀπό κτλ.* orta esse suspicatur ex forma quadam, qualis est *συνετέθη*, apud Etymologum male intellecta, hanc uel pueri reicient. Minime igitur Stoientinus demonstrauit, non ex Aelio Dionysio fluxisse glossas in Etym. Mag. et Bekk. lex. V. Denique si quis hanc proponeret sententiam, ex Aelii Dionysii uerbis *μεταξὺ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος* fieri potuisse uel *σύνθετον ἀπὸ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος* uel *συνετέθη ἔκ τε κέλητος καὶ ἐπακτρίδος* uel *ἐξ αὐτῶν* (sc. *ἐπακτρ. καὶ κέλ.*) *σύνθετον ἐπακτροκέλης*, hunc certe non magis temeritatis argueremus, quam illum, qui, quo facilius uerbis suis fidem haberemus, plus momenti tribuendum esse putauit librarii cuiusdam errori, de quo nemini quidquam persuasum est, quam uerbis nulla ex parte mutilis atque ea sola de causa addubitatis, quod suae ipsius de hac re sententiae essent contrariae. Nequaquam igitur audacius rem agemus, si existimabimus priorem huius scholii partem, quae communia habeat cum Aelio Dionysio uerba *λῃστρικὸν πλοῖον*, huic lexicographo redden-

dam esse, id quod confidentius nobis persuadebimus, si alteram huius scholii partem respicimus, in qua uocabulum *πλοιάριον* Aelium Dionysium prodit auctorem. Priore enim Eustathii loco p. 1539 genuina Dionysii uerba etiamnunc exstare bene ostendit Stoientinus l. c. p. 125 collato Suida: u. *ἐπακτροκέλης· πλοῖον λῃστρικὸν μεταξὺ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος, ἅπερ καὶ αὐτὰ πλοιάριά ἐστιν*, quibus simillima tradit Ammonius p. 81 Valck.: *κέλης καὶ ἐπακτροκέλης διαφέρει, κέλης μὲν γάρ ἐστι πλοιάριόν τι μικρόν· ἐπακτροκέλης δὲ κακοῦργον καὶ λῃστρικὸν σκάφος μεταξὺ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου*, qui non minus quam scholiasta et Suidas hanc glossam ex Aelii Dionysii lexico uidetur petiuisse. Optimo igitur iure hanc quoque scholiastae annotationem Aelii Dionysii esse censebimus; cf. praeterea Thom. Mag. p. 207, 9 Ritschl.: *κακοῦργον καὶ λῃστρικὸν σκάφος* et Etym. Mag. p. 502, 44: *ἐπακτροκέλης ἐστὶν εἶδος πλοίου λῃστρικοῦ, ὅ ἐστι γαλαία.* Hesychii glossa *ἐπακτροκέλης εἶδος πλοίου* melius quam ad Aelium Dionysium reuocatur ad similem atque Harpocrationis fontem.

Hinc transimus ad nonnulla eius generis scholia, quae non iam plenis explicationibus, sed singulis tantum uerbis congruant cum atticistis apud Eustathium, ubi tamen, quominus scholiastam Aelii Dionysii uel Pausaniae opibus usum esse dicamus, nihil uidemus obstare.

Sunt autem haec in schol. II, 40 u. *παιπάλημα*] *παίπαλα τοὺς τραχεῖς τόπους καλοῦσιν. τὸν οὖν μὴ εὐγενῆ μηδ' ἁπλοῦν οὕτω προσαγορεύουσιν. Ἄλλως. τοὺς μὴ εὐθεῖς ταῖς γνώμαις, ἀλλὰ πλαγίους καὶ ποικίλους οὕτως ἐκάλουν. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν ὁδῶν· τὰς γὰρ μὴ εὐθείας, ἀλλὰ πολλὰς ἐχούσας ἐκτροπὰς παιπάλους ἐκάλουν* (Vat. Laur. B. gim.). *Ἄλλως. οἷον 'περίτριμμα ἀγορᾶς'*[1]*, τὸ λεγόμενον ἀεὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ ὡς περὶ πανούργου τινός. κυρίως δὲ παιπάλημα λέγεται τὸ λεπτότατον τρίμμα τοῦ ἀλεύρου* (Vat. Laur. B. F. gim.).

1) Demosthenis sunt uerba in or. XVIII, 127; uide Westermanni ad h. l. annotationem.

Scholiasta in utraque annotationis parte et propriam et translatam *παιπάλημα* uocis notionem curauit, id quod significant uerba *μετῆκται δὲ ἀπὸ κτλ.* et sub finem scholii *κυρίως δὲ κτλ.* Similem in modum tractauit hanc uocem Suidas, apud quem tres exstant glossae:

gl. 1. *παιπάλη· ἄλευρον ἀπὸ κριθῶν ἢ ἀπὸ κέγχρου. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις* (u. 260), *ἀντὶ τοῦ τραχύς, δυσκατάληπτος, ἐπεὶ παίπαλα καλοῦμεν τὰ τῶν χωρίων δύσβατα* (= schol. Ar. Nub. 260 p. 93 Dübn.).

gl. 2. *παιπάλημα· τὸν πανοῦργον καὶ ποικίλον ἐν κακίᾳ καὶ παμπόνηρον σὺν ἀγχινοίᾳ.*

gl. 3. *παιπάλημα· ὁ πολλὰς ἐκτροπὰς καὶ διόδους ἔχων. κυρίως δὲ τὸ λεπτὸν ἄλευρον* (= schol. Ar. Au. 430 p. 220 Dübn.).

Quae Suidas exhibet in tertia glossa ab Aristophanis scholiasta petita fere omnia redeunt apud scholiastam Aeschinis eundemque uidentur fontem prodere. Quae praeterea habet Suidas in prima, excepto Aristophaneo scholio inde a uoce *ἀντί*, et in altera glossa, ad uerbum conspirant cum Photii glossis prima et altera, cuius tertia haec est glossa: *παιπάλημα· οἱ μὲν ὁ τραχὺς καὶ ἀνώμαλος ἄνθρωπος. καὶ γὰρ Ὅμηρος τὰς ἀνωμαλίας τῶν ὀρῶν παιπάλημα*[1] *λέγει· οἱ δὲ τὸν εὐρίπιστον καὶ εὐμετάβολον ἀπὸ τοῦ λεπτοτάτου ἀλεύρου.* Tres Photianas glossas si cum Aeschineo scholio comparamus, quamquam haud multa, nonnulla tamen reperiuntur apud utrumque similia: *τραχύς* adiectiuum initio scholii de locorum natura positum est, apud Photium gl. 3 *ἄνθρωπος* dicitur *τραχύς*, quos dicit scholiasta *μὴ εὐθεῖς ταῖς γνώμαις*, cum his potest componi *ὁ ἀνώμαλος ἄνθρωπος* apud Phot. gl. 3, quod deinde habet scholiasta *ποικίλος* uocabulum, item est in Photii glossa altera, quae incipit a uerbis *τὸν πανοῦργον*, quibuscum licet conferre scholiastae uerba illa sub finem annotationis *ὡς περὶ πανούργου τινός*, denique iis, quae inde in exeunte scholio ex-

1) Naber ad h. l. annotauit coll. Odyss. *κ* 97 *παιπαλοέσσας* adiectiuum reponendum esse.

stant: *κυρίως δὲ παιπάλημα· λέγεται τὸ λεπτότατον τρίμμα τοῦ ἀλεύρου*, non sunt dissimilia extrema uerba in Photii tertia glossa: (*παιπάλημα*) *ἀπὸ τοῦ λεπτοτάτου ἀλεύρου*. Inde licet colligere scholiastam sua hausisse ex fonte simillimo atque Photium. Photii autem glossas omnes ex eodem fonte emanasse est uerisimillimum, in quo sicut in scholio Aeschineo et propriam et translatam *παιπάλημα* uocis notionem fuisse expositam licet opinari. Quod si statuerimus, nonnihil profecerimus ad communem horum auctorem inuestigandum Eustathio in auxilium uocato, qui haec profert p. 898, 8 (Rindfl. fr. 295): *πάλη δὲ κυρίως κατὰ Αἴλιον Διονύσιον λεπτότατον ἄλευρον καὶ τέφρα. Φερεκράτης Ἴπνῳ· ἀνέπλησα τὠφθαλμιὼ πάλης, φυσῶν τὸ πῦρ*᾽ — quibuscum uidentur esse coniungenda, quae idem Eustathius habet p. 786, 19: *τὸ δὲ παλύνειν δηλοῖ μὲν τὸ λευκαίνειν, κυρίως δ᾽ ἐπὶ ἀλεύρου λέγεται, ὅθεν καὶ ἡ παιπάλη* [1]) et paucis uerbis interpositis sequuntur haec: *καὶ ἔστι, φασί, πάλη τὸ ἀποπαλλόμενον λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου, ἐξ οὗ καὶ τὸ παλύνειν, καὶ ἡ παιπάλη κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν καὶ ἐπένθεσιν τοῦ ῑ*, qui locus ipse quoque redolet Dionysii doctrinam docetque, idem ualere *πάλην* atque *παιπάλην* uocem, maledicentium autem uidetur fuisse forma *παιπάλημα*, cui similia sunt *ἀπόβλημα* (cf. schol. Ar. Vesp. 545), *κάθαρμα*, alia.

Cum satis constet, Photium longe plurima et praestantissima ex atticistarum lexicis deprompsisse, has quoque glossas *παιπάλη* et *παιπάλημα* eum debere his grammaticis admodum est probabile, praesertim cum attigisse Aelium Dionysium hanc uocem sciamus, quam quidem in eius lexico pluribus tractatam fuisse suspicari possumus. Videtur enim Eustathius utroque loco auctoris sui copiam ex parte tantum descripsisse atque ea omisisse, quae Aelius Dionysius de notione uocis *παιπάλημα μεταφορικῶς* usurpatae annotauerat, quae haud scio an etiamnunc lateant in scholio Aeschineo Photique glossis. —

1) Cf. schol. Ar. Nub. 261 (med.) *λέγεται δὲ παιπάλη τὸ λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου· ἀφ᾽ οὗ παλύνειν τὸ λευκαίνειν* et ibid. schol. ad u. 965 (extr.) *κριμνώδη· κρίμμα εἶδος ἀλεύρου, ἐξ οὗ ἡ παιπάλη γίνεται, ὅ ἐστι τὸ ἄλευρον. καὶ τὸ λευκαίνειν παλύνειν. Ὅμηρος.*

Metaphoris enim atticistas, quippe qui in comicorum poetarum elocutione illustranda haud exiguam operae suae partem collocauerint, uel diligentissime studuisse singula docent fragmenta: conferas utrumque atticistam apud Rindfl. fr. 113 de uoce *γέῤῥα*, Aelium Dionysium fr. 47 u. *ἄμβων*, fr. 202 u. *εὖστρα*, fr. 239 u. *κάπραινα γυνή*, fr. 364 u. *ὦτος*, Pausaniam fr. 164 u. *εἰλίποδες*. Omnino autem eius generis obseruationes, quibus hominum mores describuntur, plures etiam seruatae sunt, cf. Rindfl. fr. 8 u. *ἀγύρτης*, fr. 38 u. *ἀλιτήριοι*, fr. 69 u. *Ἀργεῖοι*, fr. 80 u. *ἀῤῥάβαξ*, fr. 99 u. *βλεπεδαίμων*, fr. 293 u. *λευκοί*, fr. 320 u. *ῥᾳδιοῦργος*, fr. 340 u. *ὑπόξυλος*. Quod Pherecratis uersum solus habet Eustathius, non mirabimur; si duo librarii idem ex eodem fonte acceperunt, saepissime alter ex altero locupletandus est. Veluti plura e communi fonte hausit Photius s. u. *καρδιώττειν* coll. Rindfl. fr. 243, s. u. *κατουλάδα* coll. fr. 246, s. u. *μάγαρον* coll. fr. 273 et multis praeterea locis, integrum autem scriptoris testimonium ab atticista adhibitum prorsus omisit Photius s. u. *ἰτέας· τὰς ἀσπίδας* coll. Rindfl. fr. 234: *καὶ ἰτέας δέ τινας ἀσπίδας Αἴλιος Διονύσιος ἱστορεῖ, φέρων καὶ χρῆσιν ἐξ Ἀριστοφάνους ταύτην· ᾽ἀνὴρ πεδήτης ἰτέαν ἐνημμένος᾽*, itaque hoc loco re uera factum esse uides, quod in *παιπάλη* glossa factum esse suspicamur.

Luculentissimum autem exemplum atque ad istam de uariis excerpendi rationibus obseruationem uel aptissimum hoc unum habeo: uocis *γεώλοφος* interpretationes habemus complures, proprie positae in schol. Theocr. I, 12 p. 6 l. 37 ed. Dübner. (Ri. fr. 116): *λέγει δὲ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ὅτι γεώλοφός ἐστιν ὁ ὑψηλὸς τόπος·* Translatam quandam huius uocabuli notionem discimus ex Eustath. p. 962, 22 (Ri. fr. 115): *χρήσιμον καὶ τὸ τοῦ Αἰλίου Διονυσίου εἰπόντος ὅτι γεώλοφον οἱ παλαιοὶ καλοῦσι τὸν παχὺν καὶ ἀναίσθητον ἄνθρωπον.* Utraque explicatio — nisi quod pro *ὑψηλὸς τόπος* legitur *ὄρος*, *ὕψωμα γῆς* — in unam glossam conflata est in Etym. Mag. p. 222, 52 et apud Suidam s. u.: *γεώλοφον ὀρεινόν*[1]), *ὄρος*

1) Hoc unum uocabulum deest Etymologo.

ὕψωμα γῆς. καλοῦσι δ' οὕτως καὶ τὸν παχὺν καὶ ἀναίσθητον ἄνθρωπον. Perrara quidem talia sunt in hoc genere. Quibus propositis non iam temere licet hanc sequi coniecturam, scholiastam Aeschinis et Photium non solum ea, quibus similia suppeditat Eustathius p. 898, 8, sed etiam reliqua debere Aelio Dionysio, quam quidem opinionem praeclare uidetur defendere praeter Photium scholiasta Luciani p. 238 Iac. s. u. *παιπάλημα· ὁ πανοῦργος ἄνθρωπος, κυρίως ὁ ὡσπερεὶ ἄλευρον τοῖς κακοῖς συναληλεσμένος καὶ συντετριμμένος,* quae quamquam non eadem, tamen simillima sunt iis, quae sunt in scholio Aeschineo et apud Photium. Luciani autem scholiasta, qui alia multa debet atticistis, haec quoque indidem nancisci potuit. Illa uerba, quibus concinit Aelius Dionysius cum scholiasta, eadem fere redeunt apud Photium et Suidam s. u. *πέλανοι· πέμματα ἐκ παιπάλης, τουτέστιν ἀλεύρου λεπτοτέρου*; conferatur praeterea Hesychius s. u. *παιπάλη* et *παιπάλημα*, qui maxima ex parte congruit cum Photio, lex. Bekk. quintum p. 295, 18 (= Phot. gl. 3).

Eadem fere argumentandi ratione, qua modo usi sumus ad redintegrandam Aelii Dionysii doctrinam in *παιπάλημα* glossa tractanda, atticistae manum fortasse agnoscemus in alio scholio Aeschineo simillimo, quod est ad II, 99 *ἀργᾶς*] *ἀργᾶς καλεῖται ὁ ὄφις παρὰ Δωριεῦσι. θέλει οὖν αὐτὸν ὀφιώδη τὸν τρόπον δεῖξαι καὶ οἱονεὶ θηριώδη καὶ ἀνάνθρωπον* (Vat. Laur. Fgim.). *εἶδός τι ὄφεως ἀναιρετικοῦ, ἢ ὁ ἀργῶν ἐπὶ τῶν ἄλλων, γράφων δὲ λόγους* (Vat. Laur. Fgim.). *ἢ ἀπὸ ποιητοῦ τινος πονηροῦ οὕτω καλουμένου* (Vat. Laur. gim.). *ἢ ἀργᾶς ὁ πονηρός. ἔστι γὰρ εἶδος ὄφεως ἀναιρετικοῦ* (Vat. Laur. gm.). — *ὁ Δημοσθένης ἄργας* (scr. *ἀργᾶς*) *ἐκλήθη ὡς κακῶν ἔργων ποιητής* (cod. Patm.), quae etiam exstant in V. lex. Bekk. p. 206, ubi adduntur: *οἱ δὲ ἄργαν* (scr. *ἀργᾶν*) *ὄφιν εἶναί φασιν.*

Ἀργᾶς igitur dicitur homo maleficus, a quo non minus iniurias insidiasque metuunt homines quam a serpentibus morsus; apparet hanc metaphoram esse simillimam metaphorae antecedentis scholii, ubi hominem uersutissimum comparari uidimus cum hordeo in subtilissimam farinam molito, et Aelii

Dionysii illi apud Eustath. p. 962, 22 annotationi, qua stolidi hebetisque hominis ingenium tumuli dicitur instar esse. De hoc uocabulo ἀργᾶς similia atque scholion docent lexicographi omnes ad hunc Aeschinis locum, ut uidetur, spectantes.

Audiamus Harpocrationem s. u. ἀργᾶς· *πιθανώτερόν ἐστι λέγειν ὅτι Ἀωριεῖς, μάλιστα δ' Ἀργεῖοι, τὸν ὄφιν ἀργᾶν ἐκάλουν, ὡς Ἀχαιὸς ἐν Ἀδράστῳ. Τίμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος* (scr. *Τιμαχίδας* coll. Eustath. p. 1067, 45) *οὐ κατὰ γλῶτταν καλεῖσθαι τὸν ὄφιν ἀργᾶν φησιν, ἀλλὰ γένος τι εἶναι ὄφεως τοὺς ἀργᾶς.*[1]) *λέγεσθαι οὖν εἰκὸς τὸν Δημοσθένην ἐπιτροπῆς τοῖς ἐπιτρόποις δίκας λαγχάνοντα ὄφιν διὰ τὸ θηριῶδες. καὶ αὐτὸς τοὺς τοιούτους ὄφεσιν εἰκάζει ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος .... ἔνιοι δὲ τοῦ δράκοντος εἶναί φασι τὸ ἀργᾶν ἐπίθετον.* Cum his compone sextum lex. Bekk. p. 442, 30 (= Bachm. lex. p. 141, 14) s. u. ἀργᾶς· *ὁ δεινότατος παρ' ἡλικίαν αργας* (scr. ἀργᾶς) *καλεῖται. Οὕτως ἔλεγον καὶ τὸν Δημοσθένην. ἄλλοι δέ φασι τοῦτον κακὸν ποιητὴν γεγονέναι. Οἱ δὲ ὅτι κατὰ Ἀωριεῖς καὶ μάλιστα Ἀργεῖοι τὸν ὄφιν ἀργᾶν ἐκάλουν. Τίμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος* (scr. *Τιμαχίδας*) *οὐ κατὰ γλῶτταν οὕτως καλεῖσθαί φησιν, ἀλλὰ γένος εἶναι ὄφεως τοὺς ἀργᾶς.* In sexto lexico Bekkeri permultas atticistarum glossas etiamnunc seruari inter omnes constat. Optime de hac re egerunt Naber in Proll. ad Phot. p. 134 sqq. et Rindfleischius l. c. p. 19. Hanc quoque glossam atticistis attribuere placet propter Suidae glossam admodum similem, quam hic licet omittere. Quod si statuamus, quaerendum erit, quomodo similitudinem inter Harpocrationis et Bekkeri auctoris glossam definire possimus. Hanc autem disputationis partem iamdudum habemus absolutam in

1) Mirum quoddam etymologiae specimen Didymo tribuitur ab Etym. Mag. s. u. p. 136, 47, quod quia plane contra Pausaniam pugnat, integrum profero: *Δίδυμος δὲ διὰ τοῦ ι γράφει* (sc. *ἀργειφόντης*), *λέγει γάρ, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἀρι ἐπιτατικοῦ γίνεται ἀριδείκετος, οὕτω τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀπὸ τοῦ ἀρι γίνεται ἀριφόντης καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ ἀργιφόντης*; cf. quae de hac forma disseruit M. Schmidt. Didym. Chalcent. fragg. Lips. 1854 p. 337 et de γ epenthetico ibid. p. 317—318. Pausaniae explicandi rationem praeferendam esse puto propter tot reliquorum lexicographorum testimonia.

Naberi Prolegomenis p. 159 sqq. qui, grammaticus Bekkeri et Harpocratio cum persaepe penitus inter se conspirent, Aelium Dionysium et Pausaniam, quibus sua debeat auctor sexti lexici Bekk., et Harpocrationem ‘omnes eundem, nempe uetustiorem quendam grammaticum sequi’ putandum esse exponit. Itaque Naber, postquam ad hanc sententiam firmandam nonnulla luculentissima exempla attulit, p. 163 componi iubet ‘Bekk. p. 442, 30, schol. Aesch. et Hesychium’ et statim addit: ‘uidebis omnes ex eodem fonte hausisse’. Hesychii glossa, cuius inclusam partem Schmidtius ex Bekkeri lexico expleuit, haec est: *ἀργᾶς· ὄφις καὶ ποιητὴς μοχθηρός. (Δωριεῖς καὶ μάλιστα Ἀργεῖοι τὸν ὄφιν) ἀργᾶν ἐκάλουν. καὶ Δημοσθένης ὑπὸ Αἰσχίνου ἀργᾶς ὀνομάζεται. οἱ δὲ ὄνομα τυράννου.* Non est, cur Naberi sententiam probare nolimus. Timachidae testimonium quis primus adhibuerit, non potest explanari, uidetur autem in sextum lexicon Bekkeri fluxisse ex alterutro atticista, cui sua itidem debere censeo scholiastam Aeschinis, qui haud pauca in hac glossa communia habet cum lexico Bekkeriano. Incipit scholion a uerbis: *ἀργᾶς καλεῖται ὁ ὄφις παρὰ Δωριεῦσι,* habet lex. Bekk.: *οἱ δὲ ὅτι κατὰ Δωριεῖς καὶ μάλιστα Ἀργεῖοι τὸν ὄφιν ἀργᾶν ἐκάλουν,* bis habet scholiasta: *ἀργᾶς· ἔστιν εἶδος ὄφεως ἀναιρετικοῦ,* conuenit lex. Bekk. secundum Timachidam: *γένος εἶναι ὄφεως τοὺς ἀργᾶς,* deinde scholiasta: *ἢ ἀπὸ ποιητοῦ τινος πονηροῦ οὕτω καλουμένου,* lex. Bekk.: *ἄλλοι δέ φασι τοῦτον κακὸν ποιητὴν γεγονέναι.* Suidas, qui eundem fontem secutus est, quem auctor Bekkeri, exhibet uerba: *ἄλλοι δὲ τὸν δεινότατον καὶ θηριώδη τὸν τρόπον,* quibuscum bene concinunt scholiastae uerba: *θέλει οὖν αὐτὸν ὀφιώδη τὸν τρόπον δεῖξαι καὶ οἱονεὶ θηριώδη.* Haec omnia eiusdem auctoris uidentur esse, quem Pausaniam fuisse licet conicere ex Eustathii testimonio p. 183, 12 (Ri. fr. 70): *ἔτι ἰστέον καὶ ὡς ἐν τῷ Παυσανίου λεξικῷ φέρεται ἀργειφόντης ὁ ὀφιοκτόνος· ἄργην* (scr. *ἀργᾶν*) *γάρ, φησιν, ἔνιοι τὸν ὄφιν καλοῦσιν. οὐ μέντοι ἱστορεῖ καὶ πῶς ὀφιοκτόνος ὁ Ἑρμῆς.*

Quod scholiasta cum Bekkeri grammatico Dorum (imprimis Argiuorum) hanc serpentis significationem fuisse nominatim

testatur, Pausanias apud Eustathium obiter *ἐνίων*, non est quod quis miretur. Procul dubio Eustathius ex Pausaniae glossa tantum attulit, quantum illo loco opus erat ad nomen *ἀργειφόντης* interpretandum. Simile quid commisit Eustathius p. 1496, 56 (Ri. fr. 276): *Αἴλιος δὲ Διονύσιος καὶ μασταρύζειν φησὶ τὸ κακῶς μασᾶσθαι καὶ βλακικῶς.* Quorumnam autem proprium fuerit hoc uerbum non ex hoc Eustathii loco discimus, sed ex Photii glossa *μασταρύζειν· τὸ κακῶς μασᾶσθαι· Κυρηναῖοι.* Itaque licet uidere Aeschinis scholiastam certe ex parte conuenire cum Pausania. Reliqua uero, quae profert scholiasta cum Bekkeri auctore et Suida de Demosthene contumeliose *ἀργᾶς* uocato, num quis poterit sibi persuadere, talia defuisse rhetorico Pausaniae lexico, quae pertinerent ad splendidissimum caput oratorum atticorum? Immo eruditissimam de hac re glossam Pausaniae fuisse dixerim sub lemmate *ἀργᾶς*, quae annotatio uidetur continuisse uocem *ἀργειφόντης* non primariam, sed secundariam glossam, quod quidem efficio ex ultimis uerbis Eustathii l. c.: *οὐ μέντοι ἱστορεῖ* (sc. *Παυσανίας*) *καὶ πῶς ὀφιοκτόνος ὁ Ἑρμῆς.* Etenim quia non tam *ἀργειφόντης* quam *ἀργᾶς* uocem sibi proposuerat Pausanias explicandam, pauca, ut opinor, disseruit de *ἀργειφόντης* uocabulo, quae transtulit Eustathius, plura de uoce *ἀργᾶς*, quae parum curauit archiepiscopus. Postremo his addo Suidae quae sunt uerba s. u. *Δημοσθένης· ὅθεν νέος ὢν .... Βάταλος ἐκλήθη .... ἀργᾶς δὲ μετὰ τὸ εἰς ἄνδρας τελέσαι, ὅπερ ἐστὶν ὄνομα ὄφεως.*

Haec tria habui scholia (I, 191 *ἐπακτροκέλης*, II, 40 *παιπάλημα*, II, 99 *ἀργᾶς*), quae in hac expositione medium tenerent locum.

Quibus iam addamus nonnulla scholia, quae, quamquam frustulis tantum exiguis atticistarum speciem uidentur prae se ferre, tamen non esse praetermittenda censemus. Accedamus igitur ad schol. I, 97 u. *ἀμόργινα] τὴν λινοκαλάμην ἀμοργίδα λέγουσιν. ἔνιοι δὲ ἀμόργινα πάντα τὰ λεπτὰ ὑφάσματα, ἁλουργὰ δὲ τὰ εὐανθῆ διὰ τὴν βαφήν ....* (Vat. Laur. gmq.). *ἀμόργη εἶδος ξύλου ποιοῦν ἔρια, ὥσπερ ἐστὶ τὸ ἐριόξυλον. τινὲς δὲ λέγουσι τὸ ἐν τοῖς καλάμοις ὥσπερ ἔριον εὑρισκόμε-*

νον. ἐσθῆτα δὲ ποιῆσαι ἀπὸ τούτων ἐστὶ δυσχερές, καθὸ λεπτότατόν τί ἐστιν, ὡς ὑμήν. κατὰ τοῦτο δὲ καὶ πολύτιμα (Vat. Laur. Fgm.).

Extrema scholii uerba inde ab *ἐσθῆτα δὲ κτλ.* ipsius scholiastae additamentum esse existimo. Quae post uocem *ἔνιοι* in hoc scholio exstant, unde fluxerint, mihi non liquet, cum nulla ex parte similia possim afferre. At ea uocis *ἀμόργινα* interpretatio, quae ineunte scholio exstat: *ἀμοργίδα τὴν λινοκαλάμην λέγουσιν*, fidem uidetur facere hoc quoque loco scholiastam ad manum habuisse lexicon atticistae, dico Pausaniae, quem laudat Eustathius in Dionys. Perieg. u. 525 (Ri. fr. 50): *Παυσανίας δέ, οὗ τὸ Ἀττικὸν λεξικόν, ἄλλο τι ἐμφαίνει λέγων, ἀμοργὸς ὅμοιον βύσσῳ, καὶ ὅτι ἀμοργὶς κυρίως ἡ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς ἐνδύματα Ἀμοργίδια λεγόμενα, ὡς ὁ κωμικὸς ἐν Ἀνσιστράτῃ δηλοῖ.* Aristophanis est locus Lys. u. 150: *χιτωνίοισι τοῖς ἀμοργίνοις.*

Quamquam unum uocabulum *λινοκαλάμη* commune uidemus esse scholiastae et Pausaniae, nemo prorsus infitiabitur, Pausaniam auctorem esse scholiastae. Reliqua huius scholii uerba, cum ne eorum quidem lexicographorum et scholiastarum annotationibus sint similia, qui Pausaniam compilauerunt, sumpta esse puto ex opella recentioris aetatis ab atticistarum lexicis aliena. Superstites autem lexicographi de *ἀμοργίς* uoce haec docent: Harpocratio s. u. *ἀμοργός· ἔστι παραπλήσιόν τι βύσσῳ*, quibus similia sunt uerba Pausaniae *ἀμοργὸς ὅμοιον βύσσῳ*, quae e communi fonte fluxisse est probabile. Pollux VII, 74: *τὰ δὲ ἀμόργινα γίνεσθαι μὲν τὰ ἄριστα ἐν τῇ Ἀμοργῷ, λίνου δ' οὖν καὶ ταύτας εἶναι λέγουσιν. ὁ δὲ ἀμόργινος χιτὼν καὶ ἀμοργὶς ἐκαλεῖτο*, quae uerba haud sunt ita dissimilia illis Pausaniae, qua re iterum eundem fontem Pollucem atque Pausaniam secutum esse licet opinari. Hesychius: *καλάμη τις, ἐξ ἧς ἔνδυμα γίνεται ἢ ὑφασμα ἢ χιτών*, item secutus esse Pausaniam uidetur. Photius cum deficiat, Suidas restat ut conferatur; qui quattuor praebet glossas, quas coniunctas ei suppeditasse auctorem uerisimillimum est, gl. 1: *ἀμόργη ἡ τρυγία* similis est gl. 3, gl. 2: *ἀμόργινον ὅμοιον βύσσῳ καὶ*

πολυτελές. λέγεται καὶ ἀμοργίνα Θηλυκῶς, et gl. 3: *ἀμοργὶς κυρίως ἡ λινοκαλάμη ἐξ ἧς γίνεται ἐνδύματα ἀμόργινα λεγόμενα. ἢ ἡ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη καὶ ἡ τρὺξ τοῦ οἴνου. ἔστι δὲ ἡ ἀμοργὶς ὅμοιον ἀλεπίστῳ λίνῳ. προλεπίζουσι δὲ αὐτὸ καὶ ἐργάζονται. ἔστι δὲ σφόδρα λεπτὸν ὑπὲρ τὴν βύσσον ἢ τὴν κάρπασον.* Quae e Pausania fluxisse conicio ita quidem, ut, quid addiderit uel permiscuerit Suidas, non sit satis exploratum. Cum glossa tertia congruit scholion Ar. Lys. 735, cum glossa quarta: *ἀμόργεια χρώματος εἶδος ἀπὸ νήσου Ἀμοργοῦντος ὡς Θήραια ἀπὸ Θήρας νήσου* scholion Ar. Lys. 150; unde sint allata, non expedio. Auctor lexici Bekkeriani quinti duobus locis explicat hanc glossam, p. 204: *ἀμόργινα τὰ πορφυροβαφῆ νήματα καὶ λεπτά* et p. 210: *ἀμοργὶς τί ἐστι· τοῦ καλάμου τῆς ἀνθήλης τὸ λεπτότατον, ἔοικε δὲ βύσσῳ, οθεν ἀμόργινα ἱμάτια*, quae quidem Pausaniae reddere neminem dubitaturum esse spero. Etymologus Mag. p. 85, 15 haec habet: *ἀμόργινος· χιτῶνα σημαίνει· ἐκδέχονται τὸν ἀπὸ τῆς Ἀμόργης νήσου καθὰ καὶ Θηραῖον τὸν ἀπὸ τῆς Θήρας. δηλοῖ δὲ καὶ χρώματος ὁμοιότητα παρὰ τὴν ἀμόργην, ὁμοίαν βύσσῳ καὶ πολυτελῆ ἐσθῆτα. οὕτω Μεθόδιος.* Neque non est usus Methodius Pausaniae interpretatione, undecumque sua petiuit.

Restat iam ut uerba faciamus nonnulla de iis, quae Rindfleischius l. c. p. 42 disseruit de Pausaniae forma *ἀμοργίδια* apud Eustathium seruata: ‘cum et Aristophanes et Suidas, qui descripsit explicationem uocis *ἀμοργίς*, praebeant *ἀμόργινα* pro *ἀμοργίδια*’ — *ἀμόργινα* praeter hos duos, ut uidimus, est in Bekk. anecdotis, Polluce, Etymologo Magno — ‘recte id restituit Pausaniae Meierus’. Quod fecit Meier in opusc. acad. II p. 88, cum diceret: ‘quamquam *ἀμοργίδια* non caret auctoritate’. Iam porro audiamus Rindfleischium: ‘Ceterum quae Suidas addit, puto equidem e Pausania esse sumpta, exstitisse autem apud doctissimum nostrum atticistam non s. u. *ἀμοργίς, ίδος* (linum amorginum), sed s. u. *ἄμοργις, εως* (olei sedimentum) et a Suida illa esse confusa’. Quibus praemissis non ueretur Rindfleischius eum locum afferre, quo prorsus docemur, neque corrigendum esse *ἀμοργίδια* in *ἀμόργινα*, neque quidquam confu-

disse Suidam: schol. Plat. p. 464 u. *ἀμοργίς· κυρίως ἡ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς γίνεται ἐνδύματα ἀμόργινα ἢ ἀμοργίδια λεγόμενα· οἱ δὲ τὰ παραπλήσια βύσσῳ. ἔστι δὲ ἀμοργὶς καὶ ἡ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη καὶ ἡ τρὺξ τοῦ οἴνου.*

Haud facilius atticistam fortasse quispiam agnouerit in schol. III, 166: *φορμορῥαφούμεθα*] *ἀντὶ τοῦ συρράπτουσί τινες καθ' ἡμῶν πράγματα, ἀπὸ τῆς φορμοῦ. φορμὸς γὰρ λέγεται τὸ ψιαθῶδες πλέγμα, ὡς καὶ ὁ Θουκυδίδης* (4. 48) *φορμηδὸν λέγει* (Laur. F.). Eadem fere interpretatio, quae hoc loco est uocis *φορμός*, uoci *φορμίον* adscripta est in schol. Plat. p. 320 B u. *φορμίσκων*] *καλαθίσκων· πλεκτῶν ἀγγείων ἤτοι σπυρίδων. φορμίον δὲ πλέγμα τι ψιαθῶδες παρ' Ἱππώνακτι.* Cum his uerbis porro coniungendae sunt tres Hesychii glossae 1: *φορμίς· σπυρίς.* 2: *φορμίον· πλέγμα ψιαθῶδες, φορμίδιον.* 3: *φορμός· ἀγγεῖόν τι πλεκτὸν ψιάθοις ὡς κόφινος*, quibus additur Aeschinis uerbum *φορμορῥαφούμεθα· ὡς φορμοὶ καταῤῥαπτόμεθα.* Quia ne hoc quidem loco confugere licet ad Photium, his adiungam Suidae glossas, 1: *φορμηδόν· ψιαθηδόν. φορμὸς γὰρ ψίαθος παρὰ Θουκυδίδῃ ἐναλλὰξ ἔχων τὸ πλέγμα.* 2: *φορμίσκοι· καλαθίσκοι.* 3: *φορμός· προκάλυμμα, ἢ πλεκτὸν ἀγγεῖον ἐκ φλοιοῦ ἐν ᾧ εἰώθεσαν αἱ ἰσχάδες κομίζεσθαι, καὶ φορμοκοιτῶ· ἐν ψιαθίῳ κοιμῶμαι. φορμὸς οὖν πλέγμα ὡς κόφινος.* Similia reperiuntur in Bekkeri anecd. p. 315: *φορμός ἐστι πλέγματός τινος μεγάλου εἶδος, ἐν ᾧ ἐκοιμῶντο οἱ πένητες, ἢ κατετίθεντο τὰ ὄσπρια. τάχα δὲ ἡ λεγομένη ἀποκαλά.* Etym. Mag. p. 798, 51 s. u. *φορμίσκος* conuenit cum Suidae glossa tertia, s. u. *φορμηδόν* cum Bekk. anecd. p. 315. Quattuor quas reperimus uoces a uerbo *φέρειν* ortas: *φορμός, φορμίον, φορμίσκος, φορμίς* antiquissimis temporibus diligenter distinctas fuisse coniectura possumus assequi et propter Pollucis testimonium X, 169, ubi eo quo posui ordine inueniuntur, et propter eam singularum uocum interpretationis proprietatem quam etiamnunc uidemus esse Hesychio potissimum duce usi; cui si addideris glossam '*φορμίσκοι· καλαθίσκοι*', eam effeceris distinctionem, quam olim factam esse a ueteribus facile quis putet collatis lexicographorum reliquiis:

φορμός· ἀγγεῖον πλεκτὸν ὡς κόφινος,
φορμίον· πλέγμα ψιαθῶδες,
φορμίσκοι· καλαθίσκοι,
φορμίς· σπυρίς.

Quibus iam addamus locum Eustathii p. 1452, 18; quem quidem locum pleniorem exhibebo, quam Rindfleischius l. c. p. 109: *καὶ φορμὸς ὁ κόφινος, καὶ φορμίσκος κατὰ Παυσανίαν λεπτόν τι ἀγγεῖον. ἕτεροι δέ φασιν οὕτω ἐκ τοῦ φέρω φορμός, ἤγουν πλέγμα, σπυρίς· ἐν ᾧ καὶ σῦκα ἔφερον.*

Omnibus uerbis, quae antea repperimus, in hac glossa persequenda docemur, non ea tantum quae cum ipso Pausaniae nomine coniuncta uidemus apud Eustathium, sed reliqua quoque uerba in unam atticistarum glossam esse contrahenda ita, ut ‘*ἕτεροι δέ*’ ad Aelium Dionysium spectare putemus. Scholiasta igitur Aeschinis cum uerba *ψιαθῶδες πλέγμα* habeat communia cum Platonis scholiasta, qui sua uidetur debere Pausaniae apud Eustath. p. 1452, 18 laudato, Aeschinis scholiasta cum alia tum hanc quoque *φορμός* uocis explicationem inuenire potuit apud Pausaniam; cuius glossam de *φορμός* uoce copiosiorem exstitisse quam apud Eustathium l. c. conicio ex Hipponactis testimonio a Platonis scholiasta allato, ab Eustathio, ut uidetur, omisso, sicut uerbi causa fecit p. 310, 34 (Ri. fr. 279), ubi Ameipsiae nomen eum praetermisisse satis demonstrat Photius s. u. *μιλτωρυχία*. Hipponactis testimonium alias quoque adhibitum fuisse apud atticistas licet opinari propter quattuor eius testimonia in Photii lexico s. u. *ἐψιοῦσα*, u. *πασπάλη*, u. *ῥυφεῖν* coll. Ael. Dionys. apud Eustath. p. 1430, 39, u. *φαρμακός*.

At alio quoque nomine me offendit hic Eustathii locus, quod non accidisse Rindfleischio diu in hisce rebus uersato ualde miror, praesertim cum laudauerit scholiastam Platonicum, a quo uno ei persuaderi debebat, Eustathii locum esse sanandum ‘mutato uocabulo *λεπτόν* in *πλεκτόν*’, quam correcturam facillimam satisque probabilem esse censeo. Quo facto concinit Eustathius cum scholio Platonico: Hesychio, Suida gl. 3, schol. Ar. Vesp. 58: *φορμίδες· ἀγγεῖά τινα πλεκτὰ*

εἰς σῦκα ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον et schol. Ar. Plut. 542 *φορμόν· φορμὸς πᾶν πλεκτόν, ἐνταῦθα δὲ τὸ ψιάθιον*, quae Aristophanis scholiasta non minus quam ceteri ex atticistarum lexicis potuit haurire. Probatur autem praeterea hoc Eustathii loco, nonnulla adhuc exstare in commentariis Eustathii, quae Dionysii uel Pausaniae nomine omisso procul dubio istis grammaticis sint reddenda, quemadmodum hoc loco Hesychius, Suidas, scholiastae praecipue tres testes sunt, non solum pauca, quae praebet uerba Rindfleischius p. 109, atticistarum esse, sed omnia illa, quae ex Eustathio transscripsi. Eadem fere indole, qua is locus, de quo modo dixi, est alter apud Eustathium p. 310, 34: *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι μιλτωρυχία ἐλέγετο τόπος, ἐν ᾧ μίλτος ὀρύσσεται, καὶ ὅτι κατὰ τὸν Παυσανίαν μίλτος ἐλέγετο καὶ ἡ ἐρυσίβη κτλ.* Quae uerba ita sunt distinguenda, ut prior pars contineat uerba ab *ἰστέον* usque ad *ὀρύσσεται*, quae restant, altera. Nullius fere est momenti, quod altera glossae pars Pausaniae nomen prae se fert, altera non fert, uno enim Photii testimonio, qui uerba *μιλτωρυχία — ὀρύσσεται* descripsit *αὐτολεξεί*, elucet priorem glossae partem uel ipsam quoque Pausaniae esse, uel — id quod uidetur Rindfleischio — Aelii Dionysii, ut omittamus, eadem uerba praeter Photium praeberi ab Hesychio. Talia Rindfleischius nonnullis locis bene intellexit, multo autem saepius atticistarum fragmenta nimis caute adeo circumcidit, ut eum interdum oculis occaecatis adiisse Eustathium facile quis credat.[1])

Iam finem huius capitis faciat schol. II, 89 *προξενίας κατασκευαζόμενοι] γινόμενοι πρόξενοι· πρόξενοι δέ εἰσι πόλεων οἱ ἐν ταῖς αὐτῶν πατρίσι τῶν πόλεων ἐκείνων προϊστάμενοι ὧν εἰσι πρόξενοι* (Vat. Laur. gim.), idemque fere exstat in schol. III, 138 u. *Θράσων: — εἰσὶ δὲ πρόξενοι οἱ ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσιν ἄλλων προνοοῦντες πόλεων* (Vat. Laur.).

Similia sunt apud Hesychium: gl. 1 *πρόξενοι οἱ προστάται καὶ ξενίας ἐπιμελούμενοι, ἤγουν τοὺς ξένους ὑποδεχόμενοι*, gl. 2: nostro scholio similior: *πρόξενος, φίλος, ὁ ἐν τῇ ἑαυτοῦ*

1) Vide quae attuli in Epimetro.

ξένων προϊστάμενος. Plus etiam similitudinis cernitur inter haec scholia Aeschinea et Photii Suidaeque interpretationem uocis *πρόξενος* s. u. *ἰδιόξενος· ὁ ὅλης πόλεως ξένος, παρ᾽ ᾧ καὶ οἱ πρέσβεις κατάγονται· καὶ προσάγει οὗτος τὰς πρεσβείας πρὸς τὸ δημόσιον καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖ καὶ διαπράττει ἐν τῇ πατρίδι τῇ ἑαυτοῦ τὰ τῇ πόλει ἐκείνῃ διαφέροντα ἧς προξενεῖ*. Quae autem huius glossae uerba ex parte quidem uidemus conuenire cum scholio Aeschineo, ea arcte cohaerent cum superioribus, quae Aelii Dionysii esse docet Eustathius p. 405, 36 (Ri. fr. 286): *ἰστέον δὲ ὅτι τεσσάρων τούτων ὄντων· πρό-ἀστό- δορύ- καὶ ἰδιο-ξένων πρόξενοι μὲν κατὰ Αἴλιον Διονύσιον οἱ ὅλης πόλεως ξένοι, παρ᾽ οἷς καὶ πρέσβεις κατάγονται καὶ αὐτοὶ πρεσβείας προσάγουσι πρὸς τὸ δημόσιον*.

Duas autem ferri posse sententias censeo de horum locorum natura: aut scholiastam Aeschinis in breue contraxisse illa Dionysii uerba, quae sunt apud Eustathium, ita ut manifesta, quam desideramus, similitudo deleretur, aut Eustathium non plenum reddidisse Dionysii locum, ita ut Dionysium singulis *προξένων* negotiis expositis plura adiecisse putemus uniuerse de rebus a *προξένοις* gerendis, quem in modum facere uidemus scholiastam Aeschinis. Quarum sententiarum hanc esse probandam putauerim propter alterum Eustathii locum, quo id, quod priore loco omiserit, uidetur supplere p. 485, 20 *περὶ μέντοι τῶν ἐκ τούτων συνθέτων .... προδεδήλωται ὅτι .... πρόξενος μὲν ὁ ὑπὸ πόλεως ἠξιωμένος ἐν τῇ σφετέρᾳ προϊστασθαι ξένων*, quae quidem prope accedunt ad scholiastam et Hesychii glossam alteram. Praeterea scholiastae uerba ‘*πρόξενοί εἰσι πόλεων*’ non pugnant contra Dionysii ‘*πρόξενοι οἱ ὅλης πόλεως ξένοι*’. Eandem causam esse puto duorum locorum in schol. Dem. p. 175, 21 Dind.: *πρόξενός ἐστι ὁ προστάτης ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει ἄλλης πόλεως* et p. 651, 20: *πρόξενοι δὲ ἐκαλοῦντο οἱ χειροτονούμενοι ὑπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τῷ τὰς πρεσβευούσας πόλεις ὑποδέχεσθαι*; neque ab his quae attulimus discrepat schol. Ar. Au. 1022: *προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ηκοντας*, quibuscum conuenit ad uerbum Suidae

glossa tertia u. *πρόξενος*. Itaque et scholion Aeschineum illud et haec Demosthenica e Dionysio apud Eustath. p. 405 laudato fluxisse puto.

Non idem in hac re ualet de Suidae glossa altera u. *πρόξενος*: *'οἱ προστάται τῶν πόλεων καὶ φροντισταὶ' καὶ ξενίαις ὑποδεχόμενοι* et Bekk. anecd. p. 163, 21: *'πρόξενός ἐστιν ὁ προστάτης καὶ φροντιστής'*. Quibus similior, quam Dionysiana interpretatio, est locus Aristophanis Byzantii apud Nauck. p. 191, quem alia de causa plenum iam praebeo: *ξένοι λέγονται οἱ ἐξ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ἐπιδημοῦντες· ἰδίως δὲ πάλιν τινὸς ξένοι οὓς ἐν τῇ ἰδίᾳ τις ὑπεδέξατο οἰκίᾳ καὶ συγκατέπραξε τὰ χρήσιμα. ἰδιόξενοι δέ εἰσιν οἱ ἐκ πλείονος χρόνου, τυχὸν δὲ καὶ ἀπὸ πατέρων παραδοχῆς τηροῦντες ἀλλήλοις ὁμόνοιαν, κἂν τῇ οἰκήσει καὶ ταῖς πατρίσιν ἀλλήλων ἀπέχωσιν, οἱ καὶ διὰ σφραγίδων καὶ ἄλλων συμβόλων ἀλλήλοις δύνανται ὁμιλεῖν καὶ οὓς βούλονται συνιστάναι. πρόξενοι δὲ καλοῦνται οἱ κατὰ δόγμα πολιτικὸν 'προστάται' πόλεων ὅλων γινόμενοι 'καὶ φροντισταί', δορύξενοι δὲ ὡς εἰκὸς οἱ κατὰ τὸν πόλεμον ἀλλήλοις φιλοποιησάμενοι.* Unde Aelium Dionysium haud ita multa petiuisse licet uidere; nihil enim utriusque grammatici uerbis commune est, nisi *ὅλος* adiectiuum; nihilominus Naber in Prolegg. ad Phot. p. 74 Aristophanem esse fontem illius Dionysianae obseruationis apud Eustath. p. 405 contendit. Quod utut est, certe non facio cum Valckenario in Animadu. ad Ammon. p. 198 sqq. locos ueterum grammaticorum, quorum plerique ex atticistis fluxerint, colligente; qui sub finem eius disceptationis, postquam Lucianum initio Phalar. II T. I p. 741 Demosthenis locum pro Rhod. libert. p. 79^{c} imitari demonstrauit, de scholio ad illum Luciani locum haec profert: 'quae in scholiis leguntur, non sunt unius assis'. Qua ratione ductus Valckenarius praeclarissimum illud scholion Lucianeum tam plane neglegendum esse censeat, uidere omnino non possum; immo plurimi esse faciendum dixerim, continet enim et Aristophanis Byzantii et Aelii Dionysii fragmentum, quae iam uide; schol. Lucian. p. 138 Iac. u. *πρόξενος ὤν· ⟨πρόξενος ὁ ὅλης πόλεως ξένος, ἰδιόξενος ὁ ἰδίᾳ καθ' αὐτὸν ξένος*

ὤν}.[1]) *πρόξενος δὲ καὶ ἰδιόξενος καὶ ἀστόξενος ταύτῃ διαφέρει. πρόξενος μὲν ὁ φανερῶς πόλεώς τινός τισι πολίταις κατὰ τρόπον ξένος, ἰδιόξενος δὲ ὁ ἰδίως ἑνὶ ξένος, ἀστόξενος δὲ ὁ κοινῇ πᾶσι τοῖς ἐκ τῆς πόλεως ξένος, ὁποῖοί ποτ' ἂν ὦσι τὸ ἦθος. οἱ μέντοι νεώτεροι τῶν ῥητόρων προξένους καλοῦσι τοὺς παραιτίους τινὸς πράξεώς τισι γενομένους· καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ καὶ τοὺς προξένους συσπουδάζειν τοῖς ὧν εἰσι πρόξενοι τὰ παραίτια τῶν καταθυμιῶν καὶ ἐκπορίζειν ἐπὶ τὸ ῥᾷστον προάγοντας· ἢ καὶ ἐπὶ τῶν χειρόνων παρείληπται τοῦτο καταχρησαμένων οὕτω λοιπὸν τῶν μὴ κεκριμένως τῇ κρίσει προσεχόντων (ἕτεροι δὲ προξένους μέν φασι τοὺς κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάτας ὅλων πόλεων γενομένους· ἰδιοξένους δὲ τοὺς ἐκ πλείονος χρόνου ἢ ἐκ πατέρων διὰ παραδοχῆς τηροῦντας ὁμόνοιαν, κἂν πολὺ ταῖς πατρίσιν ἀπέχωσιν, οἳ φαίνονται καὶ σφραγῖδας ἀλλήλοις δεικνύντες καὶ σύμβολά τινα ποιούμενοι, ἵνα οὓς ἂν πέμπτωσιν ἀγνῶτας, οἷον υἱοὺς ἢ οἰκείους, προσδέχωνται ἕτεροι διὰ τὰ σύμβολα. φασὶ δὲ καὶ δορυξένους οὗτοι τοὺς κατὰ πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησαμένους, ὡς Διομήδης Γλαῦκον. ξένους δὲ ἁπλῶς τοὺς ἐξ ἑτέρας πόλεως παρεπιδημοῦντας, ἐάν τε ἀγνῶτες ὦσι, ἐάν τε ἐγνωσμένοι. τοὺς δὲ ἰδίως ξένους τινός, οὓς ἐν οἰκίᾳ τις ὑποδέξαιτο καὶ συμπράξειέ τι τῶν χρησίμων ἢ μηνύσειε τῶν ἀπορουμένων.) {πρόξενος δὲ ὁ ὅλης πόλεως ξένος· ἰδιόξενος δὲ ὁ ἰδίᾳ καθ' αὑτὸν ξένος ὤν.}* Versibus inde a 1—10 exceptis integra habes et Aristophanis grammatici uerba his signis (—) inclusa et Aelii Dionysii et ineunte et exeunte scholio repetita, quae his uncis {—} circumscripsi. Quae restant quamuis sint uiliora, illas tamen ueterum grammaticorum reliquias num amplius cum Valckenario nullius esse putabimus assis?

Haec quidem habui, quibus Aeschinis scholiastam probarem atticistarum doctrina usum esse ita, ut fragmentis apud Eustathium nominatim laudatis sententia proposita defendi posset.

1) Cf. Eustath. p. 405, 36: *πρόξενοι μὲν κατὰ Αἴλιον Διονύσιον οἱ ὅλης πόλεως ξένοι .... ἰδιόξενοι δὲ οἱ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτοὺς ξένοι ὄντες.*

Caput III.

De scholiis, quae ad alterutrum atticistam redeunt.

Quoniam in altero capite locis utrimque comparatis atticistarum reliquias in scholiis Aeschineis seruatas cognouimus, in ea, quae sequitur, parte quaestionis iam licebit numerum multo maiorem eius generis locorum inuenire, qui quidem propter manifestam cum lexicographis similitudinem — id quod in proferendis fragmentis nominatim laudatis etiam atque etiam proposuimus — item in atticistarum fragmentorum numero sint habendi atque illi, quibus auctores apud Eustathium laudatos habemus. Necesse igitur est hoc loco deliberare, quaenam ratio intercedat inter atticistas et lexicographos adhuc superstites, praecipue Hesychium, Photium, Suidam, Bekkeri lexica, quibus optimo iure praeclarum Platonis scholiastam licet annumerare.

Qua in re diiudicanda sane iisdem argumentis hoc loco niti licet, quibus uiri docti adhuc demonstrauerunt, quinam lexicographi atticistarum lexica rhetorica maxime in usum suum conuerterint; itaque singula proferre hoc loco superuacaneum est.[1])

Inter eos autem, qui atticistarum libris maxime sint usi, principatum tenere Photium, Suidam, Eustathium, lexica Bekkeriana V et VI satis constat; alterum tenent gradum et Hesychius, qui permultas glossas decurtauit et circumcidit, et Etymologus Magnus. Quorum quidem omnium ad indagandas atticistarum reliquias Photium praeclarissimam nobis ferre opem nemo ignorat. Bene Rindfleischius p. 20, quamquam dimidium fere lexici Photiani nobis ereptum sit, tamen a Photio glossas quadraginta duas Pausaniae, quinquaginta duas Dionysii descriptas esse exponit; numerus autem fragmentorum a Rindfleischio collectorum est circa 360, quorum tamen 178 incidunt in lacunam, quae est apud Photium inde ab ἀδιάκριτος usque

1) Cf. Rindfl. l. c. p. 19 sqq., Cobet. Mnem. X p. 60 sqq., Naber. Prolegg. ad Phot. p. 24 sqq., alios uide apud Schwabium l. c. p. 98 ann.

ad *ἐπώνυμοι*, ita ut circiter 180 restent, horum autem circa 90 redeant apud Photium. Quare in hac altera quaestionis parte ea scholia maxime ex atticistis sumpta esse uidebimus, quibuscum conuenit Photius.

De reliquis lexicographis non habeo, cur hoc loco pluribus agam, nisi quod de Suidae fontibus uerba facere plane cogor errore quodam a Nabero fortissime defenso, quem sequi uiri docti nimia fide properant. Melius enim quam in quaestione de ratione inter Harpocrationem et atticistas intercedente rem gessit Boysenus in refutanda illa Naberi sententia 'Suidam quidquid habeat depromptum ex Aelio Dionysio, Pausania, Harpocrationis epitome et Timaeo, haec omnia eum Photio debere'. Quamquam Boysenus p. 36 sqq. satis probauit, Suidam non tam Photium, quam illius auctores — hoc loco uideamus de solis atticistis Aelio Dionysio et Pausania — adiisse, tamen usque ad hoc tempus adeo ualet sententia Naberiana, ut infringi posse omnino non uideatur. Uniuscuiusque uero esse censeo suis ipsius oculis Photium et Suidam intueri neque credulitate satis mirabili iurare in uerba Naberi, id quod etiamnunc fieri uehementer doleo, scilicet a Stoientino l. c. p. 121.

Unum fere ex omnibus, qui hac re diligenter examinata Boysenum secutus sit, repperi Schwabium l. c. p. 93 (fin.): 'hoc loco monendum uidetur, uerisimile esse, Suidam saepius Photium non ipsum exscripsisse, sed illius auctores maioris antiquitatis et amplioris eruditionis', cui pro 'saepius non' potius 'numquam' erat scribendum. Docet autem Naber in Proll. ad Phot. p. 164 sqq. 'Suidam Photii codicem nactum paene totum in farraginem recepisse, alia casu, consulto alia omisisse, cetera cum puluisculo exhausisse'. Deinde p. 165: 'uideo in utroque Photii et Suidae lexico corruptelas et lacunas easdem; uideo e Photio nihil in Suida deesse, quod sit operae pretium dicere'. Postremo autem eandem corruptelam exstare demonstrat apud Photium atque Suidam s. u. *ἐξωκέλης*, et nimis insolenter addit: '*δυσπειθής* sit, qui etiamnunc pergat obloqui'. Cum autem ne Naberum quidem fugerit, in nonnullis glossis

Suidam et meliora et uberiora praebere, exquisitissimo uidelicet utitur artificio ita quidem, ut introducat librarium ἀπὸ μηχανῆς, 'qui cum incompositam, quam offenderat, uerborum seriem in ordinem redigeret, commisit errores non multos quidem, sed commisit tamen, quos nunc intellegis, cur in Suida non appareant'.

His igitur praesidiis nititur argumentatio Naberi: librarium supponit, de quo omnino nihil constat; neque enim ulla causa potest inueniri, cur superstitem adhuc Photii farraginem a librario quodam tantopere peruersam atque confusam esse suspicemur, quantopere uidetur Nabero; unam affert glossam, qua probaturus est, omnes corruptelas Photio Suidaeque communes in Suidam translatas non esse nisi e Photio, summa cum temeritate affirmat, se e Photio nihil uidere in Suida deesse, quod sit operae pretium dicere.

Primum consideremus Naberi illud: 'uideo in utroque corruptelas easdem'. Valde sane debemus mirari, quod uir doctissimus, qui tam multa tamque praeclara profecerit in hac prouincia, nititur hoc argumento omnium fere infirmissimo: eandem enim corruptelam si praebent Photius et Suidas, hac re non minus probatur, communem eorum fontem, codicem atticistarum dico, fuisse deprauatum, quam Photium a Suida compilatum esse. Atticistarum autem codicem, quo utebantur Photius, Suidas, Eustathius, corruptelas exhibuisse satis ueteres, semel saepius licet uidere. In glossa *νύμφαι*, quam infra atticistis restitui, et in Photii codice Galeano et apud Eustath. p. 1736, 5 scriptum est *νυμφαῖοι* pro *νύμφαι· οἱ*, in glossa *οἰνιστήρια*, quam uide, cum Photio male scripsit *οἰνιαστήρια* Eustathius p. 907, 18; et apud Eustathium p. 1423, 6 et in Photii codice exstat *οἰκοτρύβλιον* pro *οἰκοτρίβαιον* coll. Poll. III, 76; Eustathius p. 1423, 5 exhibet glossam: *οἰκοπορεῖα· τὰ κατ' οἰκίαν σκεύη*, ubi Naber coll. Poll. X, 11 restituit emendatam lectionem *οἰκητήρια*. Photii codicem testis est Naber simile mendum accepisse: '*οἰκυπορεῖα*'. Cur autem hoc loco praetermisit Naber Suidae glossam in eundem modum atque Eustathii deprauatam: *οἰκοπορεῖα· τὰ κατ' οἰκίαν σκεύη* —?

Nimirum quia hac glossa nil nisi illud demonstratur, Suidae fontem nullo pacto esse Photium, sed atticistarum codicem, in quo ueterem corruptelam *οἰκοπορεῖα* exstitisse manifestum est; Photii autem librarius unus ex his tribus perperam descripsit *οἰκυπορεῖα*. — Neque minus antiquitatem redolet corruptela Photio, Suidae, Eustathio communis *φεννίς* pro *φαινίνδα*, quam a Dobraeo sanatam esse infra indicaui. Haec glossa aliam ob causam imprimis notabilis est, quippe quae euidentissime demonstret, Suidam sua non e Photio, sed ex atticistis habere. Exstat enim apud Eustath. p. 1554, 37 hoc atticistarum fragmentum: *ἡ δ' αὐτὴ* (sc. *παιδιὰ*) *καὶ φεννὶς* (scr. *φαινίνδα*) *ἐλέγετο. ἔστι γάρ, φασι, φεννὶς παιδιὰ διὰ σφαίρας, ὁπηνίκα ἑτέρῳ προδεικνύντες, εἶτα ἄλλῳ ἀφιᾶσι τὴν σφαῖραν ὥσπερ φενακίζοντες.* Quae uerba redeunt *αὐτολεξεί* apud Suidam: *φεννίς· παιδιὰ διὰ σφαίρας, ὁπηνίκα ἑτέρῳ προδεικνύντες εἶτα ἄλλῳ ἀφιᾶσι τὴν σφαῖραν ὥσπερ φενακίζοντες*, contra Photius: *φεννίς· παιδιὰ διὰ σφαίρας, ὅταν ἑτέρῳ ἀφιῶσι τὴν σφαῖραν, ὥσπερ φενακίζοντες.* Contraxit igitur Photius in breue, quae nactus est, ad uerbum descripsit Suidas. Num quisquam affirmare conabitur, Suidae auctorem esse Photium? Nihil hic praesidii petet Naber a librario suo, *ὁπηνίκα* coniunctio satis probat, ipsum atticistam exscriptum esse a Suida, minime Photium, qui ut hoc loco ita nonnullis aliis locis breuiorem exhibet glossam. Est profecto ualde mirandum talia fugisse Naberum, qui cuncta perscrutatus sit.

Audiamus porro Eustathium p. 1726, 19: *παροιμία παρὰ Παυσανίᾳ λέγουσα, ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον, ἣν ἔλεγέ φησιν ἀμφιθαλὴς παῖς Ἀθήνησιν ἐστεμμένος ἀκάνθαις μετὰ δρυΐνων καρπῶν λίκνον βαστάζων πλῆρες ἄρτων αἰνισσόμενος τὴν ἐκ τοῦ παλαιοῦ βίου ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν.* Conuenit Photius: *ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον· νόμος Ἀθήνησιν, ἀμφιθαλῆ παῖδα ἐστεμμένον ἀκάνθαις μετὰ δρυΐνων καρπῶν λίκνον βαστάζοντα ἄρτων πλέον τοῦτο λέγειν, αἰνισσόμενον τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν.* Utroque pleniorem hanc glossam seruauit Suidas: *ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον· τάττεται ἐπὶ τῶν ἀπὸ κακοῦ εἰς κρεῖττον ἐλθόντων. ἔθος γὰρ Ἀθή-*

νησιν ἐν γάμοις στέφεσθαι ἀμφιθαλῆ παῖδα ἀκάνθας μετὰ δρυΐνων καρπῶν φέροντα καὶ λίκνον πλῆρες ἄρτων, καὶ λέγειν τὸ προκείμενον αἰνισσόμενον τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν. τὸ γὰρ ἐκ τῶν δρυῶν καὶ ἀκανθῶν στέμμα κακὸν ἔλεγον. Plane eadem est glossa, minime autem e Photio, sed ex ipso Pausania profecta. Quem casu factum est, ut hi tres in hac glossa ita excerperent, ut nullius glossa ad uerbum conspiraret cum glossa unius ex reliquis duobus. At iam scio, quid contra dicturus sit Naber: nempe Suidam descripsisse integram Photii glossam, hodie exstare a librario deminutam, quod quidem eum sibi Iudaeoque Apellae iubeo persuadere. Verba *ἐν γάμοις* apud Suidam solum exstant, Suidas cum Eustathio habet *πλῆρες ἄρτων*, Photius *ἄρτων πλέον*, Photius scripsit *νόμος*, Suidas *ἔθος* uocem, quae sufficiunt ad refutandum Naberum.

Glossa *Παναθήναια* talis est apud Photium: *Ἀθήνησιν ἑορτή, ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γενομένῳ συνοικισμῷ, πρὸ τοῦ Ἐριχθονίου τοῦ Ἡφαίστου καὶ Γῆς· Ἀθηναίων· ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως· πεντέτης· καὶ ἀγωνίζεται παῖς, Ἰσθμικοῦ πρεσβύτερος. καὶ ἀγενείου· ἀνήρ· τὸ δὲ νικῶντι δίδοται ἆθλον ἔλαιον ἀμφιφορεῦσι· καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλεκτῇ.*

Haec est corruptissima codicis Galeani lectio, glossa autem procul dubio atticistarum est, minime, id quod uidetur Nabero, Boethi.[1]) Adnotauit autem Naber: ‘est glossa Platonica, quae non multum emendatius legitur apud schol. Parm. 127 A p. 329 B: *ἡ τῶν Παναθηναίων ἑορτὴ καὶ ὁ ἀγὼν ἐτέθη μὲν πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου τοῦ Ἡφαίστου καὶ τῆς Ἀθήνης, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ· ἄγεται δὲ ὁ ἀγὼν διὰ πέντε ἐτῶν· καὶ ἀγωνίζεται παῖς Ἴσθμια οὐ πρεσβύτερος καὶ ἀγένειος καὶ ἀνήρ. τῷ δὲ νικῶντι διδόασιν ἔλαιον ἐν ἀμφορεῦσι καὶ στεφανοῦσιν αὐτὸν ἐλαίᾳ πλεκτῇ*’. Nunc uide, quam egregius criticus sit Naber, qui quidquid suae rationi est contrarium, prorsus omittit, dico Suidae glossam priorem: *Παναθήναια Ἀθήνησιν ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γενομένῳ*

1) Cf. Schwabe l. c. p. 115.

συνοικισμῷ, πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου τοῦ Ἡφαίστου καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ· ἄγεται δὲ ὁ ἀγὼν διὰ ε΄ ἐτῶν καὶ ἀγωνίζεται παῖς Ἴσθμια οὐ πρεσβύτερος καὶ ἀγένειος καὶ ἀνήρ. τῷ δὲ νικῶντι δίδοται ἆθλον ἔλαιον ἐν ἀμφιφορεῦσι, καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλεκτῇ. Huius Suidae glossae Naber in Proll. ad Phot. p. 60 mentionem fecit nullam. Sin fecisset, plane cognoscere debebat, Suidam suam doctrinam non e Photio deprompsisse, sed ex atticistarum codice, uti testis est scholiasta Platonis, cuius uerbis glossa Suidae multo melius respondet, quam Photii loco horum trium longe corruptissimo. *πρῶτον ὑπὸ* habent scholiasta Platonis et Suidas, Photius male: *πρὸ τοῦ*. Erichthonium Vulcani et Mineruae filium esse tradunt scholiasta Platonis et Suidas, Photius Vulcani et *Γῆς*, qua de differentia cf. schol. Plat. p. 426 B s. u. *Γῆς δὲ καὶ Ἡφαίστου*. Photius habet *πεντέτης* pro illorum pleno enuntiato: *ἄγεται — πέντε ἐτῶν*, uel corruptelis inter se sunt dissimiles Photius — *Ἴσθμικοῦ* — et scholiasta Platonis cum Suida: *Ἴσθμια οὐ*, quod quidem Rangabé egregie emendauit: (*ἀγωνίζεται παῖς*) *ις΄ ἐνιαυτῶν οὐ πρεσβύτερος*, denique uerba *συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ* post *Θησέως* unus Photius omisit, quare miseret me Photii librarii, qui Naberi delicta luet, immeritus, ut uidetur. Extremum autem enuntiatum actiuo genere profert scholiasta Platonis, passiuo Photius et Suidas, nisi quod in Photii codice *ἐν* praepositio deest.

De prouerbio *ἐς κόρακας* doctissima reperitur glossa Pausaniae apud Eustathium p. 1746, 65: cuius priorem partem dabo: *Παυσανίας δέ φησιν ὅτι Βοιωτοῖς ἔχρησεν ὁ Θεός, ἔνθα* (adde *ἂν*) *λευκοὶ κόρακες αὐτοῖς ὀφθῶσιν, ἐκεῖ κατοικεῖν· ἰδόντες οὖν φησι κόρακας πετομένους περὶ τὸν Παγασιτικὸν κόλπον, οὓς ἄκακοι παῖδες ἐγύψωσαν, ᾠκησαν ἐκεῖ, καλέσαντες τὸ χωρίον Κόρακας. ὕστερον δὲ Αἰολεῖς ἐκβαλόντες αὐτοὺς ἔπεμπον ἐκεῖ τοὺς φυγαδευομένους.* Simillima tradit Photius: s. u. *ἐς κόρακας· Βοιωτοῖς ὁ Θεὸς ἔχρησεν, ὅπου ἂν λευκοὶ κόρακες ὀφθῶσιν, ἐκεῖ κατοικεῖν· περὶ δὲ τὸν Παγασιτικὸν κόλπον ὑπὸ παίδων ἀκάκων γυψωθέντας κόρακας ἰδόντες περι-*

πετομένους * τοῦ Ἀπόλλωνος * [1]) ᾤκησαν (adde ex Eustathio: ἐκεῖ καλέσαντες τὸ) χωρίον Κόρακας· ὕστερον δὲ Αἰολεῖς ἐκβαλόντες αὐτοὺς τοὺς φυγαδευομένους ἐς αὐτὸ ἔπεμπον. Suidas, qui eandem glossam in farraginem recepit, simili plane argumento utitur, minime iisdem uerbis: ἐς κόρακας· Βοιωτοῖς Ἄρνην ποτὲ οἰκοῦσιν ἐρρήθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐκπεσεῖσθαι τῆς χώρας λευκῶν κοράκων φανέντων· νέοι δὲ μεθυσθέντες ποτὲ συλλαβόμενοι κόρακας ἐγύψωσαν κατὰ παίγνιον, καὶ ἀπέστειλαν πωτᾶσθαι. ἰδόντες δὲ οἱ Βοιωτοὶ ἐταράχθησαν ὡς τῆς μαντείας λαβούσης τέλος. καὶ φοβηθέντες οἱ νεανίσκοι τὸν θόρυβον ἔφυγον, καὶ ᾤκησάν τινα τόπον, ὃν ἐκάλεσαν κόρακας· εἰς ὃν μετὰ ταῦτα οἱ τὴν Βοιωτίαν οἰκοῦντες τοὺς ἁμαρτάνοντας ἔπεμπον. Quos tres locos si diligenter comparaueris, inter se simillimos esse uidebis Photium et Eustathium, horum dissimilem esse Suidam, id quod uel Naberum spero concessurum esse. Huc accedit, quod post ea, quae supra adscripsi, uerba ad litteram conspirant Photius, Suidas, Eustathius, apud unum quemque laudantur deinceps Aristoteles, Aesopus, Aristides. Inde autem apparet, tantum abesse, ut Suidas priorem huius glossae partem Photio debeat, ut eam ne eidem auctori quidem debeat, ex quo et Photius et Eustathius hauserunt, i. e. Pausaniae. Videmus igitur aliquid e Photio deesse in Suida. Cum autem in priore glossae parte describenda Suidas nullo pacto Photium [2]) uideatur usurpasse, ne alteram quidem glossae partem debere eum Photio quisquam credet, sed communi horum omnium auctori.

In glossa Ἐτεοβουτάδαι, quam Aeschinis scholiasta secundum alterutrum atticistam profert, rerum summa continetur his uerbis: καὶ ἐκ τοῦ γένους τούτων ἱέρεια γίνεται τῆς Ἀθηνᾶς

1) Quid lateat sub τοῦ Ἀπόλλωνος, sese non exputare posse profitetur Naber in annott. ad h. l.: auxilium fert schol. Ar. Nub. 133 et Plut. 604; qui diligentius descripsit: περὶ τὸν Παγασιτικὸν κόλπον εἶδον περιιπταμένους τοὺς τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροὺς κόρακας, unde sanandus est Photius.

2) Melius quam Photius comparatur Zenobius III, 87 p. 78. Paroemiogr. Gr. ed. Leutsch. et Schneidewin.

τῆς Πολιάδος, quibuscum conueniunt Photiana: ἐκ δὲ τούτων καθίστατο ἡ ἱέρεια τῆς Πολιάδος. At Suidas uniuerse refert: ἀφ' οὗ (sc. γένους) οἱ ἱερεῖς καθίσταντο Ἀθήνησιν, quae nullo pacto debet Photio.

Sed adeamus iam nonnullas glossas, quae certe multo magis in Naberi cadent offensionem, cuius generis est glossa οἰκόσιτος, quam Eustathius p. 1423, 5 secundum alterutrum atticistam sic interpretatur: οἰκόσιτος, ὁ οἴκοθεν ἤτοι τὰ ἑαυτοῦ ἐσθίων. ἢ μισθωτὸς τρέφων ἑαυτόν. Haec glossa diuisa est in duas particulas ἢ uoce interposita, quarum prior occurrit apud Photium: οἰκόσιτος· ὁ τὰ οἴκοθεν καὶ τὰ ἑαυτοῦ ἐσθίων — οὐχὶ τὰ τῶν πέλας, quod est Photii additamentum —, apud Suidam altera: οἰκόσιτος· ὁ ἑαυτὸν τρέφων μισθωτός. Scire uelim, quibus auxiliis hanc difficultatem expediturus sit Naber. Procul dubio enim Eustathius, id quod in deliciis habet, particula ἤ et Dionysianam et Pausanianam huius uocis interpretationem conglutinauit, unde Photii auctorem Aelium Dionysium, Suidae esse Pausaniam liquet uel uersa uice.

Venio ad Eustathium p. 1278, 52: ἴσως δὲ ἐκ τούτου καὶ κάλλαια παρὰ τῷ κωμικῷ 'οἱ πώγωνες τῶν ἀλεκτρυόνων', καὶ τὰ ἐν τῇ αὐτῶν δὲ οὐρᾷ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, quem plane secutus est Suidas adscripto Aristophanis uersu Equ. 494: 'κάλλαια οἱ πώγωνες τῶν ἀλεκτρυόνων', a quibus paululum differt Photius: κάλλαια· τὰ τῶν ἀλεκτρυόνων γένεια. Cum autem forte fortuna scholiasta Aristophanis et Photii et Suidae interpretationem seruauerit, huius laudato loco Equ. 494 (extr.): κάλλαια δὲ τοὺς πώγωνας ἀλεκτρυόνων, illius ibid. 48: κάλλαια γὰρ τούτων (sc. ἀλεκτρυόνων) τὰ γένεια, Suidae glossam ad Aelium Dionysium, Photii ad Pausaniam reuocandam esse facile quis opinetur, minime uero Photius est Suidae auctor.

Porro uide de prouerbio ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι eum Epimetri locum, ubi monui ad restituendam atticistarum glossam asciscendum esse scholion Plat. p. 460 B. Sunt autem apud Photium s. u.: ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι· τὸ γὰρ παλαιὸν τρι-

σὶν ἐχρῶντο κύβοις πρὸς τὴν παιδιάν· διχῶς δὲ λέγεται καὶ ὁ ἀναῤῥιπτούμενος καὶ ἰδίως ὁ κενός, a quibus plane discrepat Suidae glossa: *ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι· τὸ μὲν τρὶς ἓξ τὴν παντελῆ νίκην δηλοῖ, τὸ δὲ τρεῖς κύβοι τὴν ἥτταν*, quae iisdem uerbis exstat in medio illo scholio Platonico. Quia autem et Photium et Platonis scholiastam sua ex atticista petiuisse uidemus, iterum atque iterum licet cognoscere, alium alia e communi fonte hausisse, cuius quidem rei fidem affert extrema scholii Platonici pars: *τοὺς δὲ κύβους τοὺς τοιούτους οἱ Ἴωνες καλοῦσιν οἴνας καὶ τὴν παροιμίαν οὕτως ἐκφέρουσιν· ‘ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς οἴνας’*, quam glossam Suidas quoque habet u. *οἴνας· οὕτως καλοῦσιν Ἴωνες τοὺς κύβους, ἔνθεν καὶ ἡ παροιμία· ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς οἴνας’*. Non habet Photius. Fluxit igitur haec *οἴνας* glossa non minus quam prior *ἢ τρὶς κτλ.* in Suidam scholiastamque Platonis ex alterutro atticista, Photius omnino non descripsit.

Profitetur quidem Naber l. c. p. 60 l. 18 ‘quam utilis sit Photii comparatio cum scholiasta Platonis’; immo uero utilissima est Photii comparatio cum scholiasta Platonis et cum Suida, quorum trium integris glossis opus est u. *ὑπὸ μάλης*. Omnium tenuissima est glossa Photiana, qua uberior est obseruatio scholiastae Platonis p. 347 B; utraque exstat in Epimetro, ubi atticistis hanc glossam restitui. Integerrimam autem, ut uidetur, atticistae adnotationem accepit Suidas, scholio Platonico copiosior, u. *ὑπὸ μάλης· ὑπὸ μασχάλης· κεῖται δὲ τὸ ὄνομα παρὰ τοῖς ῥήτορσι· ἀεὶ δ’ οὕτως αὐτὸ παραλαμβάνουσι μετὰ τῆς προθέσεως, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ‘ἀλλὰ μὴν οὐχ εἷς οὐδὲ δύο ταῦτ’ ἴσασιν, οὐδ’ ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις γέγονεν, ἀλλ’ ἐν τῇ ἀγορᾷ μέσῃ πολλῶν παρόντων’. καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Κλεινίαν· ‘ἐπειδὴ πάντες κατέδαρθον, ἐσκευασμένος τῶν χαλκωμάτων ὅσα οἷός τ’ ἦν πλεῖστα ὑπὸ μάλης λαβὼν ἐξήγαγε ξίφος ἔχων’ καὶ τὸ μὲν ἑνικὸν οὕτω μετὰ τῆς προθέσεως, τὸ δὲ πληθυντικὸν μασχάλας καὶ ἄλλοι πλεῖστοι καὶ Λυσίας ἐν ἐπιστολῇ· ‘καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλήν, τὰς δὲ μασχάλας δασείας’*.

Unde hoc testimoniorum schema efficitur:

	ὑπὸ μάλης	μασχάλας
apud Suidam	*Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Κλεινίαν*	*Λυσίας ἐν ἐπιστολῇ*
apud Schol. Plat.	*Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον*	*Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Μετάνειραν ἐπιστολῇ*
apud Photium	—	*Λυσίας.*

Huc accedit, quod Photii glossa, quam nunc habemus, nulla ex parte uidetur mutila. Si autem hic quoque Naber confugerit ad Photii librarium, qui tam exiguam tantummodo partem pristinae glossae ab ipso patriarcha perscriptae retinuerit, uix habeo, quod reponam. Ad suam quisque libidinem communem fontem, codicem atticistarum, excerpsit, minime Photius est Suidae auctor.

Aliis argumentis non iam opus est, satis luculenter apparet, parum diligenter uersatum esse Naberum in hac quaestione diiudicanda; nil uidit Naber nisi hoc, permultas glossas apud Photium Suidamque exstare ad litteram conspirantes, unde collegit alteri alterum sua debere, minime uero de communi utriusque lexicographi fonte cogitauit, id quod multo magis probatur rerum natura. Neque enim licet propter *ἐξωκέλης* illud graecitatis monstrum, quod dicit Naber, prorsus desistere a quouis refutandi Naberi conatu. Sine dubio unicuique, qui negat Suidam Photii lexicon descripsisse, nonnihil facessit negotii talis corruptela utrique lexicographo communis, qualis fertur in Photio s. u. *κέλευθος* et in Suida s. u. *ἐξωκέλης*, sed quoniam supra iis, qui a Naberi stant partibus, complures difficultates proposuimus superandas, quas haud sine labore eos remouere posse confido, satis habeo hoc loco ostendisse Naberi argumentationem admodum uersari in lubrico. Puerile

haud scio an uideatur, quod dicam; dicam tamen, nos non omnia penitus posse expedire in hac prouincia satis scopulosa, id quod ne Naber quidem potuit. Ut Suidas uocem ἐξωκέλης solam ex confusa Photii glossa κέλευθος excerpserit atque in ε littera collocauerit, reliqua omnia, quae sana sunt apud Photium in illa glossa, non transscripserit, id qui sit factum, liquido definire puto uel Naberi ingenio fore satis arduum. Certe plus ualeret hoc Naberi argumentum, si eodem, quo in Photio loco, iisdemque uerbis circumclusa uox illa monstruosa in Suida hodie exstaret. Minime exploratum est, hoc mendum non ex communi fonte accepisse Suidam. Neque plus auxilii Nabero fert Stoientinus, qui l. c. p. 121 in lexico Bachmanni glossas ἐφόλκια et ἔφοροι integras, in eundem modum perturbatas exstare refert et in Photio et in Suida; etiam atque etiam illud est monendum, errorem quendam ubiuis ortum inde ad complures posse transire, id quod nusquam fere saepius intellegitur, quam in lexicographis, qui sine ullo plerumque iudicio transscribunt, quidquid occurrit. Acutioribus relinquo singula in hac quaestione enucleanda, sed nunc licet haud temere hoc affirmare, nihil pro Nabero ualere uel sexcentas atticistarum glossas apud utrumque iisdem totidemque litteris perscriptas contra decem glossas antea expositas, quarum unaquaque refutetur necesse est Naberi sententia. Descripsit Photius, descripsit Suidas, centum fere anni inter utrumque sunt transacti, intra quos atticistarum codicem, quo utebatur Photius, periisse nulla de causa suspicaremur, uel si nesciremus, Eustathium duodecimo saeculo iisdem, quibus Photium, lexicis rhetoricis usum esse. Quid igitur obstare uidemus, quominus ipsos atticistas a Suida compilatos esse dicamus, non Photium? Nescio quid praeclarum atque egregium transegisse mihi uiderer, si Naberi errorem aliquando inlustratum cognoscerem.

Quibus expositis redeamus ad scholia Aeschinea. Antequam ipsam rem propositam adimus, breuiter monendum esse censeo, quam fidem illi rationi atticistarum fragmenta quaerendi (cf. p. 286) possimus habere. In iis glossis tractandis, quas iam 'non nominatim apud Eustathium laudatas' e scholiis

Aeschineis eruturi sumus, multo maiores superandas esse difficultates, quam in iis, quae supra sunt, ubi nomine apud Eustathium seruato atticistarum auctoritatem defendere licebat, facile intellegitur. Quidquid assequemur, assequemur coniectura. Permulti sane occurrent loci, quibus quisque aliquantulum in hac re uersatus possit cognoscere, nihil omnino interesse, omissumne sit atticistarum nomen an positum; in aliis difficilius fortasse quispiam Aelii Dionysii uel Pausaniae doctrinam inesse sibi persuadebit. Utut res se habet, nullo pacto dubitari potest, quin possit fieri, ut una uel altera glossa ea, qua usuri sumus, ratione iniuria his atticistis adscribatur; neque uero minus id omnibus manifestum esse debet, hac quaestione diligenter instituta permagnum fragmentorum numerum, quae in tenebris adhuc latere existimauimus, in lucem posse protrahi. In proferendis autem singulis scholiis rem ita instituam, ut primum ea scholia exhibeam, quibuscum conuenit Photius, quae ob eam causam haud dubie atticistis sunt reddenda (§ 5), deinde eas glossas, quae bene cum Hesychio comparantur (§ 6) — desunt omnes in Photii codice Galeano —, tum eas, quibus similia praebet Suidas (§ 7) — hae quoque desunt in codice Galeano —, postremo eius generis glossas, quae conspirant cum aliquo lexicographo uel scholiasta, quem aliis locis atticistis usum esse constet (§ 8).

§ 5.

Conuenit Photius.

Nonnulli reperiuntur loci, quibus quamquam nihil simile Photius seruauit, scholiastam satis diligenter atticam dialectum curasse patet ex eius significationibus, quales sunt: *ἀττικῶς* uel *ἀττικὸν ἔθος* uel *κατ᾽ ἀττικὴν συνήθειαν*. Docet in schol. I, 100: *ἐπὶ Θρασύλλῳ δὲ Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ πρὸς τῷ Θρασύλλου μνήματι* .... (Vat. Laur. gmq.), quibus similem adnotationem exhibet Harpocratio s. u. *ἐπὶ Θρασύλλῳ· Ἀττικὸν ἔθος ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῷ Θρασύλλου μνήματι*. Optimi codices Aeschinei Vat. et Laur. nihil continent ex Harpocratione pe-

titum, quare scholiastae obseruationem reuoco ad atticistam, ad communem fontem atticistae et Harpocrationis. Simillima porro uide in schol. I, 122 u. *ἐναπολογήσασθαι*] *ἡ ἐν πρόθεσις ἐπερίσσευσε κατ᾽ Ἀττικὴν συνήθειαν*, schol. III, 41 *ὑποκηρυξάμενοι*] *ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ κηρύξαντες, χαίρουσι γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῖς παθητικοῖς* (cf. Eustath. p. 1387, 10: — Rindfl. fr. 45 — *χαίρουσι γάρ φησιν Αἴλιος Διονύσιος τῇ δασείᾳ οἱ Ἀττικοί*, et Eustath. p. 1481, 51 — Rindfl. fr. 93 — *ὅτι δὲ χαίρουσι Δωριεῖς .... δῆλον .... ἐκ τῶν Αἰλίου Διονυσίου*), schol. III, 77 *ἑβδόμην δ᾽ ἡμέραν*] *οὕτως οἱ Ἀττικοί· θέλει δὲ εἰπεῖν ὅτι πρὸ ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμερῶν*, schol. III, 104 *χαλκοῦ οὐδὲν*] *ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ οὐδενὸς χαλκοῦ*, quibuscum compone schol. Plat. p. 311 B *τῶν λόγων εἱστία*] *ἀττικὴ ἡ σύνταξις* (*τὸ ἐπὶ*) *μέρους λέγειν· Ἀττικοὶ γοῦν καὶ ἔφαγον τοῦ ἄρτου φασὶν κτλ.*, schol. III, 107 *μαντείαν ἐμαντεύσατο*] *ἀττικισμός ἐστιν ὡς τὸ ἀποδρὰς ᾤχετο*, schol. III, 154 *ἐκεῖνό γε*] *ἀττικῶς εἶπε, δέον εἰπεῖν ἀναμνησθεὶς ἐκείνου κτλ.*

Hinc transeamus ad schol. II, 21 u. *ὁλοσχοίνῳ*] *οἱ μὲν λέγουσιν ἁπλῶς σχοίνῳ, φασὶ δὲ ὡς οἱ Ἀττικοὶ ὁλόσχοινον αὐτὸ καλοῦσιν. οἱ δέ φασιν ὅτι εἶδός ἐστι φυτοῦ ἱμαντώδους, ὡς περὶ τῶν λύγων λέγει ὁ ποιητής ....* (Vat. Laur. BFgim.).

Ipsa scholiastae uerba ‘*φασὶ δὲ ὡς οἱ Ἀττικοί*’ significant hanc glossam ex atticistarum lexicis petitam esse; *τὴν σχοῖνον* attice *ὁλόσχοινον* appellari praeter scholiastam docet Photius: *ὁλόσχοινος· ἡ σχοῖνος, καὶ Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι* et Bekk. anecd. p. 287: *ὁλόσχοινος, ἣν λέγομεν ἡμεῖς*[1] *σχοῖνον, ἐκ γῆς ἀναφυομένην ὥσπερ καλάμην*. Praeterea conferatur Harpocratio et Suidas s. u.

Schol. II, 10 *ἱερείας ἐνύπνιον*] *περὶ τὴν γραφὴν ἡμάρτηται· δεῖ γὰρ γεγράφθαι ‘Ιμεραίας· Τίμαιος γὰρ ἐν τῇ ἕκτῃ ἱστορεῖ γυναῖκά τινα τὸ γένος ‘Ιμεραίαν ἰδεῖν ὄναρ ἀνιοῦσαν αὐτὴν εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ πρός τινος ἄγεσθαι θεασομένην τὰς τῶν θεῶν οἰκήσεις. ἔνθα ἰδεῖν καὶ τὸν Δία καθεζόμενον ἐπὶ θρόνου, ἐφ᾽ ᾧ ἐδέδετο πυρρός τις ἄνθρωπος καὶ μέγας*

1) Cf. Cobet. Mnem. X, 75 sqq.

ἀλύσει καὶ κλοιῷ· ἐρέσθαι οὖν τὸν περιάγοντα ὅστις ἔστιν, αὐτὸν δὲ εἰπεῖν, ἀλάστωρ ἐστὶ τῆς Σικελίας καὶ Ἰταλίας, καὶ ἐάνπερ ἀφεθῇ, τὰς χώρας διαφθερεῖ. περιαναστᾶσαν δὲ χρόνῳ ὕστερον ὑπαντῆσαι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ μετὰ τῶν δορυφόρων, ἰδοῦσαν δὲ ἀνακραγεῖν ὡς οὗτος εἴη ὁ τότε ἀλάστωρ δειχθείς, καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσαν περιπεσεῖν εἰς τὸ ἔδαφος ἐκλυθεῖσαν· μετὰ δὲ τρίμηνον οὐκέτι ὀφθῆναι τὴν γυναῖκα, ὑπὸ Διονυσίου διαφθαρεῖσαν λάθρα. οὗτος ἱερειάν φησιν εἶναι τὴν γυναῖκα μηδενὸς τοῦτο ἱστορήσαντος (Vat. Laur. Bgim.). Extrema uerba sunt scholiastae. Timaeus in hac re secutus est Heraclidem Ponticum, Platonis discipulum, quemadmodum patefacit Tertullianus [1]) de anim. 46 p. 346 Rigalt. ‘Sed et Dionysii Siciliae tyrannidem Himeraea quaedam somniauit; Heraclides prodidit’. Timaeum diligenter uertit Valerius Maximus I, 7, 6.[2])

Quamquam scholiasta Timaeum Tauromenitanum diserte laudat, tamen minime Timaeus scholiastae auctor[3]) fuisse mihi uidetur propterea, quod idem exhibent Photius, Suidas, Bekk. anecd. p. 266 ss. uu.: Audiamus Photium: *ἱερείας ἐνύπνιον·*

---

1) Cf. Meineke, Anal. Alex. p. 355.

2) Intra priuatum autem habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente Himeraea quaedam non obscuri generis femina inter quietem opinione sua caelum conscendit atque ibidem deorum omnium lustratis sedibus animaduertit praeualentem uirum flaui coloris, lentiginosi oris, ferreis catenis uinctum Iouis solio pedibusque subiectum; interrogatoque iuuene, quo considerandi caeli duce fuerat usa, quisnam esset, audiit, illum Siciliae atque Italiae (schol. Aeschin. *τῆς Σικελίας καὶ Ἰταλίας*) dirum esse fatum, solutumque uinculis multis urbibus exitio futurum. Quod somnium postero die sermone uulgauit. Postquam deinde Dionysium inimica Syracusarum libertati capitibusque insontium infesta fortuna coelesti custodia liberatum uelut fulmen aliquod otio ac tranquillitati iniecit, Himeraeorum moenia inter effusam ad officium et ad spectaculum eius turbam intrantem ut adspexit, hunc esse, quem in quiete uiderat, uociferata est. Id cognitum tyranno curam tollendae mulieris dedit.

3) Prorsus decepit scholiasta Schultzium l. c. p. 305 (med.) sic concludentem: ‘am richtigsten können wir natürlich auch hier urtheilen, wo uns eine quelle angegeben wird . . . ., des Timaeus 6. Buch wird (2, 10) angeführt für die anecdote von Dionysios etc.’

ἄλλοι δέ φασι δεῖν μᾶλλον Ἱμεραίας ἐνύπνιον λέγεσθαι· Ἱμεραία δέ, γραῦς τις, ὡς φασιν, ὁρᾶν ἑαυτὴν ἐδόκει εἰς οὐρανοὺς ἀναγομένην καὶ δῆτα ἐλθοῦσαν εἰς τὰ τοῦ Διὸς οἰκήματα θεάσασθαι ἄνδρα πυῤῥὸν δεδεμένον ἁλύσει σιδηρᾷ ὑπὸ τὸν βασίλειον θρόνον· πυθομένην δὲ τίς εἴη, ὁ ἀλάστωρ ἀκοῦσαι τῆς Σικελίας· τὸ μὲν ἐνύπνιον ἐν τούτῳ· ὕστερον δὲ χρόνοις ἰδοῦσα τυραννοῦντα τὸν Διονύσιον τό τε ὄναρ πολλοῖς διηγήσατο καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν τεθεαμένον ἀπήγγελλεν· ἣν ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν ὁ Διονύσιος. Cum Photio conuenit Suidas fere ad uerbum, maxima ex parte Bekk. anecd. p. 266 s. u. *ἐνύπνιόν τινος ἱερείας. ἔστι δὲ τοιοῦτο. ἔδοξεν αὐτὴν ὁρᾶν ἀγομένην ὑπό τινος εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ περιάγεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀνενεγκόντος εἰς τὰς οἰκήσεις τῶν θεῶν. καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὰ τοῦ Διὸς οἰκήματα, καὶ θεάσασθαι ἄνδρα τινὰ πυῤῥόν, δεδεμένον ἁλύσει σιδηρᾷ ὑπὸ τὸν βασίλειον θρόνον, καὶ πυνθάνεσθαι τοῦ ἀνενεγκόντος τίς οὗτος εἴη ὁ δεδεμένος· τὸν δὲ εἰπεῖν ὅτι οὗτος ἀλάστωρ ἐστὶ Σικελίας. μετὰ χρόνον δὲ ἰδοῦσα τυραννοῦντα τὸν Διονύσιον, πολλοῖς διηγήσατο τὸν ὄνειρον καὶ εἶπεν ὅτι οὗτός ἐστιν, ὃν ἐθεασάμην δεδεμένον ὑπὸ τὸν θρόνον τοῦ Διός.* Quibus locis inter se collatis ueri simillimum esse puto hanc de Himeraeae somnio fabulam a Timaeo profectam transiisse ad atticistas, inde ad scholiastam Aeschinis, Photium, Suidam, Bekkeri anecdota.

Haec restituendi ratio sustentatur scholio Platonico p. 319 B s. u. *κοινὰ τὰ τῶν φίλων· ἐπὶ τῶν εὐμεταδότων. φασὶ δὲ λεχθῆναι πρῶτον τὴν παροιμίαν περὶ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' οὓς χρόνους ὁ Πυθαγόρας ἔπειθε τοὺς αὐτὴν κατοικοῦντας ἀδιανέμητα πάντα κεκτῆσθαι. φησὶ γοῦν ὁ Τίμαιος ἐν τῇ ε' οὕτω· 'προσιόντων δ' οὖν αὐτῷ τῶν νεωτέρων καὶ βουλομένων συνδιατρίβειν οὐκ εὐθὺς συνεχώρησεν, ἀλλὰ ἔφη δεῖν καὶ τὰς οὐσίας κοινὰς εἶναι τῶν ἐντυγχανόντων'. εἶτα μετὰ πολλά φησι· 'καὶ δι' ἐκείνους πρῶτον ῥηθῆναι κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὅτι κοινὰ τὰ τῶν φίλων'. ἐμνήσθη δὲ ταύτης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Θ' τῶν Ἠθικῶν. Κλέαρχος δέ φησιν ὑπὸ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ πεμφθῆναι δῶρα εἰς Δελφοὺς Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι. τῶν δὲ Δελφῶν μαντευομένων εἰ ἐξ ἴσης τὴν ἀνά-*

θεσιν ποιήσωνται, ἔφησεν ὁ θεός· ʻκοινὰ τὰ τῶν φίλωνʼ. καὶ Μένανδρος ἐν. Ἀδελφοῖς. Neminem unum ex his quattuor auctoribus sua manu euoluit scholiasta, sed totam hanc eruditissimam obseruationem inuenisse eum apud atticistas probat Photius, qui circumcisam praebet istam glossam: s. u. *κοινὰ τὰ φίλων· Τίμαιός φησιν ἐν τῷ Θ'* [1]) *ταύτην λεχθῆναι κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' οὓς χρόνους Πυθαγόρας ἀνέπειθεν τοὺς ταύτην κατοικοῦντας ἀδιανέμητα κεκτῆσθαι· κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Μένανδρος Ἀδελφοῖς.* Eadem uia Photius Timaei testimonia adeptus est s. u. *Καλλικύριοι* et u. *σαρδόνιος γέλως*, qua cum glossa eadem ratione componatur scholion Plat. p. 396 B, ubi aeque atque in Photio Timaeus appellatur. Unde discimus, Aelium Dionysium et Pausaniam in lexicis suis non solum *τὰ ἀττικὰ ὀνόματα* aequalibus suis ad ueterum Atticorum scriptores melius intellegendos explicasse, sed haud minore cura, quidquid ad uniuersam eorum memoriam renouandam aliquid uideretur afferre, in operibus suis diffusis, eruditis, nec minus uariis, quam ipsae res erant ueterum Atheniensium, diligenter enarrauisse. An illam de Himeraeae feminae somnio fabulam alienam fuisse censes a ratione eius grammatici, qui in lexico suo pluribus explanauerat, *ὅτι κύριόν ἐστιν ὄνομα ἡ Αἰώρα γυναικὸς ἀπαγξαμένης καὶ διὰ τί ἀπαγξαμένης* (cf. Eustath. p. 389, 43. Ri. fr. 26)? Immo uero singulari quodam amore anquirebant dicta factaque memorabilia, fabulas, quae de priscis terrarum, urbium, locorum nominibus, de hominum moribus rebusque cotidianis circumferebantur, cuius generis ingens copia fuit in copiosissimis *ἀτθιδογράφων* ueterumque historicorum libris, quibus potiorem doctrinae suae partem debent atticistae. Supra uidimus in schol. Aeschin. II, 87 coll.

1) Apud Müller. Histor. Graec. Fragm. nec in primo, nec in quarto uolumine, ubi, quae antea eum fugerant, addit, mentionem fieri memini scholii Platonici a me supra adscripti, sed Photii tantum glossam in Timaei fragmenta recepit. Ceterum scholiasta Platonis, qui saepissime sanam praebet lectionem contra aliorum corruptelas, quintum Timaei laudat librum, nonum Photius; plus fidei tribuerim scholiastae testimonio; ex Ε facillime potuit fieri Θ, quod habet Photius.

Rindfl. fr. 189 Pausaniam *τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ δικαστήριον* interpretantem Clitodemi et Phanodemi de origine illius fori narrationes in lexicon suum transtulisse, quae ad rem illustrandam nihil ferme afferunt. At habent in deliciis atticistae illa *μυθολογούμενα* uocum atticistarum interpretationibus inserere. Maximi uero est momenti, quod ex hoc exemplo luculentissimo discimus: primum Phanodemum et Clitodemum in Pausaniae lexico diserte fuisse laudatos, deinde Suidam, qui utrumque, et Etymologum Magnum, qui alterum nominat atthidographum, horum nomina apud Pausaniam inuenisse, non inspexisse ueterrimos illos auctores, id quod se suspicaturum esse Schultzius dicit, si Aeschinis scholiasta item nominauisset Phanodemum, sicut in schol. II, 10 Timaei nomen ascripsit.

Eiusdem Clitodemi et primum et quartum librum *Ἀτθίδος* laudauerat in lexico suo Pausanias, ubi disserebat de loco quodam prope Athenas sito, cui *Ἄγραι* uel *Ἄγρα* erat nomen, ubi celebrabantur minora (*τὰ ἐν Ἄγραις*) Eleusinia, atque de clarissimo Dianae *Ἀγραίας* templo, quod hodie scimus e sexto lexico Bekk. p. 326, 24 collato Pausania apud Eustath. p. 361, 37. Ri. fr. 14. Num quis iam mirabitur, quomodo in Photii lexicon satis multa atthidographorum testimonia irrepserint? Non omnia possum adscribere, sed uide glossam 2 u. *παρθένοι·* quae hoc loco de Erechthei filiabus inueniuntur, sumpta sunt ex quinto Phanodemi libro. Simillima est fabula apud Photium s. u. *λεωκόριον* gl. 2, quae ipsa quoque nos ducit ad nonum librum Phanodemi *Ἀτθίδος* coll. Harpocr. u.

Ad uocem *τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι* haec annotauit scholiasta Platonis p. 325 B: *τὰς γὰρ τρίτας σπονδὰς καὶ τὸν τρίτον κρατῆρα ἐκίρνων τῷ Διῒ τῷ σωτῆρι. τέλειος γὰρ ὁ τρία ἀριθμός, ἐπειδὴ καὶ ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τέλος ἔχει, καὶ πρῶτος οὗτος τῶν ἀριθμῶν ἀρτιοπέριττος κτλ.* Naber, qui Boethi sui nimio quodam amore incensus est, huius agnoscit doctrinam, mihi alterutrius atticistae uidetur esse propter Photii glossam u. *τρίτος κρατήρ· Διὸς τελείου σωτῆρος· πρῶτος γὰρ τέλειος ἀριθμὸς ὁ τρία, ὅτι ἔχει ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μέσα, ὡς Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ Ἡμερῶν.* Quae si cui audacius proposita

uidebuntur, mecum examinet Photii glossam *Ἑρμοκοπίδαι*, quam patriarcha pleniorem transscripsit, quam Thucydidis scholiasta ad VI, 27, 4, scilicet ex Pausania (Ri. fr. 198). Extrema autem Photii uerba *φασὶ δὲ Ἀλκιβιάδην συμπράττοντα τοῖς Κορινθίοις τοῦτο πρᾶξαι* cum composuisset Naber cum scholio Ar. Lys. 1094 p. 261 Dübn. (*τὴν δὲ αἰτίαν ταύτην οἱ μὲν τοῖς περὶ Ἀλκιβιάδην προσέγραφον, ὡς Θουκυδίδης*), *οἱ δὲ Κορινθίοις, ὡς Φιλόχορος* (*μόνον δέ φησιν οὐ περικοπῆναι τὸν Ἀνδοκίδου Ἑρμῆν*)[1]), ipse quoque Pausaniam e Philochoro hausisse censuit. Pausanias apud Eustath. p. 772, 26. Ri. fr. 43 memorat *τὴν Ἁλῶα καλουμένην ἑορτήν*, de qua Philochorum *ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν* egisse demonstrat Harpocrationis glossa u. *Ἁλῶα*. Eruditissima est obseruatio de Panathenaeis in schol. Plat. p. 329 B a Nabero Proll. ad Phot. p. 60 Boetho reddita; quam si mecum atticistis dare malueris, horum auctorem inuenies uel in scholio Ar. Vesp. 544 p. 147 Dübn., Philochorum dico, uel apud Harpocrationem s. u. Hellanicum, Androtionem, Istrum. Utilis est comparatio Photii u. *τετράδι γέγονας· ἐπὶ τῶν ἄλλοις πονούντων· καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα τετράδι γεννηθέντα Εὐρυσθεῖ ταλαιπωρῆσαι· Φιλόχορος δ' αὐτὴν καὶ ἐπὶ Ἑρμοῦ δύνασθαι λέγεσθαι κτλ.* cum scholio Plat. p. 331 B l. 6: *οἱ γὰρ τετράδι γεννώμενοι πονοῦντες ἄλλοις καρποῦσθαι παρέχουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ πρώτῃ περὶ Ἡμερῶν ἱστορεῖ. ταύτῃ δὲ καὶ Ἡρακλῆ φασι γεννηθῆναι.* Inter scholiastam Photiumque et Philochorum medium intercessisse arbitror atticistam. Quibus Photius docet uerbis *οἱ νομοφύλακες τίνες* (s. u.), ea *αὐτολεξεί* per atticistas a Philochoro ad Photium uidentur translata, si modo Photii uerba (sub finem glossae): *ἠνάγκαζον δὲ καὶ τὰς ἀρχὰς χρῆσθαι τοῖς νόμοις κτλ.* cum Harpocrationeis his composueris (s. u. *νομοφύλακες*) . . . *Φιλόχορος δὲ ἐν τῷ ζ' ἄλλα τέ τινα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν καὶ ὅτι οὗτοι τὰς ἀρχὰς ἐπηνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι.* Vel optimae frugis in hoc genere est duplex Photii glossa u. *νηφάλιοι θυσίαι* et u. *νηφάλια ξύλα·* Prior est: *νηφάλιοι θυ-*

1) Cf. schol. Aeschin. I, 125.

σίαι· ἐν αἷς οἶνος οὐ σπένδεται, ἀλλ᾽ ὕδωρ καὶ μελίκρατον, quae Naber coll. Eustath. p. 1493, 51 Aelii Dionysii esse uidit. Hanc obseruationem redire ad Philochorum ostendit scholion Soph. O. C. 100 p. 47 Elmsley. u. *νήφων ἀοίνοις*, ubi initio glossae haec sunt: *οὐ γὰρ σπένδεται οἶνος αὐταῖς, ἀλλ᾽ ὕδωρ. καὶ νηφάλιαι καλοῦνται αἱ σπονδαὶ αὐτῶν.* Nonnullis uerbis interiectis, quibus appellatur *Πολέμων ἐν τῷ πρὸς Τίμαιον*, mentio fit Philochori; ad hunc igitur annotationem Photii pertinere facile quis suspicetur, re uera esse Philochori mox uidebis adsumpta altera glossa Photiana *νηφάλια ξύλα· τὰ μὴ ἀμπέλινα μήτε σύκινα μήτε μύρσινα, — ἐκεῖνα γὰρ οἰνόσπονδα λέγεται* (haec sunt Photii); cum his compone, quae porro exstant in scholio Soph.: *ὁ δὲ Φιλόχορος ἀκριβέστερόν φησι* (sc. *Κράτητος τοῦ Ἀθηναίου*) *τὰ μήτε ἀμπέλινα μήτε σύκινα, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν θύμων νηφάλια* (sc. *ξύλα*) *καλεῖσθαι.*

De ueterum Atheniensium seruis supplicibus ad Thesei sacrum confugientibus exponitur apud Photium s. u. *Θησεῖον*; quamquam res non est certa, tamen huius quoque testimonii auctorem haud scio an recte Philochorum esse existimem; uide Etym. Mag. p. 451, 40: u. *Θήσειον . . . Φιλόχορος δὲ οὐ μόνον τοὺς οἰκέτας τὸ πολαιὸν φησι καταφεύγειν εἰς τὸ Θήσειον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ἱκετεύοντας.* Neque quisquam existimabit Philochori testimonia alia, nisi qua modo explicauimus, uia peruenisse in quintum lexicon Bekkeri p. 239, 11, in Etym. Mag. p. 140, 45 u. *ἀρητήριον*, in Photii lexicon u. *κρηπίς* gl. 2.

Mittamus Philochorum, uideamus de Hellanico, cuius auctoritatem prodit Photii glossa *Μουνυχία· τόπος τοῦ Πειραιῶς· ἀπὸ Μουνυχίας Ἀρτέμιδος, ἥτις ἐπωνομάσθη ἀπὸ Μουνύχου τοῦ Παντακλέους* coll. Harp. u. *Μουνυχία· τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ, Ἑλλάνικος δὲ ἐν β᾽ Ἀτθίδος ὠνομάσθη φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ Παντακλέους.* Ex primo Hellanici libro fluxerunt ea, quae ad uocem *Ἄρειος πάγος* Suidas annotauit, quo cum loco ad uerbum conspirat sextum lexicon Bekk. p. 444, 1, magna ex parte Etymologus Mag. p. 139, 8; tribus his locis diserte laudatur *Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ*. Est operae pretium paucis uerbis monere de perfecta

similitudine, quae inter hanc glossam intercedit et Pausaniae obseruationem ad u. *ἐπὶ Παλλαδίῳ* apud Eustath. p. 1419, 54. Utroque loco describitur *δικαστήριον Ἀθήνησιν*, in utraque glossa cum ipsa rei explicatione coniungitur *παλαιός τις μῦθος*, qui significat, unde forum nomen ceperit, utriusque narrationis auctores sunt atthidographi, quorum nomina glossis in atticistarum lexicis adiecta istinc emanauerunt. Talia in hoc genere exempla uel plurimi sunt facienda.

Schol. I, 182 *παρ᾽ ἵππον καὶ κόρην*] *Ἱππομένης γὰρ τὸ μὲν γένος τῶν Κοδριδῶν, βασιλεὺς δὲ Ἀθηναίων, λαβὼν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ μοιχὸν τοῦτον μὲν αἰκισάμενος ἀπέκτεινε, τὴν δὲ θυγατέρα καθεῖρξεν ἐν οἰκήματι μεθ᾽ ἵππου. ὁ δὲ λιμώττων κατέφαγε τὴν ἄνθρωπον, καὶ ὕστερον καὶ αὐτὸς ὑπὸ λιμοῦ ἀπώλετο* (Vat. Laur. Bgm.). *καλεῖται δ᾽ ἔτι καὶ νῦν ὁ τόπος, ἐν ᾧ καθείρχθησαν, ᾽παρ᾽ ἵππον καὶ κόραν᾽* (Vat. Laur. gm.). Atticistas esse fontem scholii cognosces e Photii glossa *παρ᾽ ἵππον καὶ κόρην· τόπος Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενος ἐπειδή τις τοῦ γένους τῶν Κοδριδῶν Ἱππομένης τοὔνομα, ὃς καὶ τελευταῖος ἐβασίλευσεν, τὴν θυγατέρα καθεῖρξεν ἐν χωρίῳ τινὶ μεθ᾽ ἵππου μαινομένου διότι λαθραίᾳ μίξει τὴν παρθενίαν αὐτῆς ἐλυμήνατο. καὶ ὁ ἵππος τὴν κόρην βορὰν ἐποιήσατο, ἀφ᾽ οὗ ᾽παρ᾽ ἵππον καὶ κόρην᾽ ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ πάθος ὑπέστη, καλεῖται.* Conuenit Suidas s. u. *παρ᾽ ἵππον καὶ κόρην* ad uerbum; mutata sunt nonnulla in Bekk. anecd. p. 295, s. u.: *ὄνομα τόπου Ἀθήνησιν. ἐκλήθη δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ τὸν Ἱππομένην, ἕνα τῶν Κοδριδῶν, βασιλέα ὄντα, τῆς παιδὸς αὐτοῦ διαφθαρείσης τὴν παρθενίαν ἀγανακτήσαντα καθεῖρξαι αὐτὴν ἐν τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ μεθ᾽ ἵππου μαινομένου, ὑφ᾽ οὗ προδήλως ἔμελλεν ἀπολεῖσθαι*; conferatur praeterea Suidas s. u. *Ἱππομένης*. Quam de Hippomene fabulam fortasse ad amplissimam Alexandrinorum grammaticorum doctrinam referendam esse Aeschinis scholiastae uerba quae sunt paulo ante ad *᾽εἷς τῶν πολιτῶν᾽* uidentur docere: *Ἱππομένης ἀπὸ Κόδρου καταγόμενος, ἡ δὲ θυγάτηρ Λειμωνίς. οὕτω Καλλίμαχος.*[1])

1) Cf. O. Schneider. Callimach. II p. 620 fr. 457.

Schol. III, 160 u. *Μαργίτην*] *Μαργίτην φησὶν ἄνθρωπον γεγονέναι, ὃς ἐτῶν πολλῶν γενόμενος οὐκ ᾔδη, ὅστις αὐτὸν ἔτεκεν, πότερον ὁ πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ, τῇ δὲ γαμετῇ οὐκ ἐχρῆτο· δεδιέναι γὰρ ἔλεγε μὴ διαβάλλοι αὐτὸν πρὸς τὴν μητέρα. Μαργίτην οὖν ἀντὶ τοῦ μαινόμενον, μωρόν* (Laur.). Similia praebet Photius s. u. *Μαργίτης· ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδούμενος· ὃν φασιν ἀριθμῆσαι μὲν μὴ πλείω τῶν πέντε δυνηθῆναι, νύμφην δὲ ἀγόμενον μὴ ἅψασθαι αὐτῆς, ἀλλὰ φοβεῖσθαι λέγοντα μὴ τῇ μητρὶ αὐτὸν διαβάλλῃ. ἀγνοεῖν δὲ νεανίαν ἤδη γεγενημένον καὶ πυνθάνεσθαι τῆς μητρός, εἴ γε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς ἐτέχθη.* Ex hac Photii glossa luculenter apparet, scholiastam atticistarum glossam ex parte tantum descripsisse. Eadem atque Photius habet Suidas gl. 2 u. *Μαργίτης*, pauca de Margite seruauit auctor Bekkeri anecd. p. 279, 12: *Μαργίτης εὐήθης καὶ ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδούμενος* (cf. Etym. Mag. p. 574, 111). Hesychii exstant duae glossae huc spectantes: 1) *Μαργίτης μωρός τις, ἢ μὴ εἰδὼς μῖξιν γυναικός, κἂν γυνὴ προτρέπηται αὐτόν* —, manifestum est, Hesychium cum saepissime, tum hoc maxime loco copiam auctoris sui ita circumcidisse, ut grauissimum stultitiae argumentum seligeret; glossa altera *Μαργίτης μωρός τις, μαινόμενος* cum priore fuisse coniuncta uidetur. Sine ulla controuersia haec omnia e communi fonte fluxerunt. Tria autem stultitiae habemus argumenta secundum Photium: numerauisse Margiten usque ad quinque neque ultra hunc finem potuisse, cum uirgine non concubuisse, multos annos natum utrum ex patre an ex matre natus esset ignorasse. Quorum primum argumentum non solum Margitae, sed aliorum quoque fatuorum fuisse apud ueteres, elucet e Photii glossa u. *Μελητίδης· εἷς ⟨καὶ οὗτος⟩ τῶν εὐήθων, ὡς ὁ Μαργίτης, ὃς οὐκ ᾔδει πλέον τῶν πέντε ἀριθμεῖν. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ Κόροιβος καὶ ὁ Ἀμφιετίδης.* Photii auctor, atticista uidelicet, coniunctos, ut opinor, praebebat *Μαργίτην* et *Μελητίδην* et *Κόροιβον* et *Ἀμφιετίδην*, id quod particula *καὶ* satis demonstrat, deinde autem his uerbis ⟨*εἷς καὶ οὗτος τῶν εὐήθων*⟩ ueteres in unum ordinem fatuos illos stultosque homines coagmentasse docemur.

Quam quaestionem antequam porro tractamus, simillimam addamus glossam in Bekk. anecd. p. 279, 18 et Etym. Mag. p. 577, 32: *Μελητίδης* (sic pro *Μελιτίδης*)[1] 'καὶ οὗτος' *τῶν εὐήθων ὡς ὁ Μαργίτης καὶ ὁ Κόροιβος*, quae plane ex eodem fonte manauerunt atque Photii uerba u. *Μελητίδης*, nisi quod nonnulla sunt omissa, in his quoque *Ἀμφιετίδης*, quem inuenimus p. 211: *Ἀμφιετίδης καὶ Μελητίδης· οὗτοι ἐπὶ ἀνοίᾳ διεβάλλοντο.* Cum hisce omnibus, quae adhuc contulimus, coniungenda est Suidae expositio u. *γέλοιος*: *καὶ ἑτέρα παροιμία 'γελοιότερον Μελητίδου' ἐπὶ τῶν ἐπὶ μωρίᾳ διαβεβλημένων· Μελητίδης γὰρ ἀνὴρ κωμῳδούμενος ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐπὶ μωρίᾳ, κατὰ ταὐτὰ τῷ Ἀμφιετίδῃ* (sic pro *Ἀμφιστείδῃ*), *τοῦτον δέ φασιν ἀριθμῆσαι μὲν πολλὰ παθόντα μέχρι τῶν πέντε, καὶ πέρα μηκέτι δύνασθαι, γήμαντα δὲ τῆς νύμφης μὴ ἅψασθαι· φοβεῖσθαι γὰρ μὴ αὐτὸν ἡ παῖς τῇ μητρὶ διαβάλλῃ. ὁ δὲ Ἀμφιετίδης ἠγνόει ἐξ ὁποτέρου γονέων ἐτέχθη.* Iam uides igitur fatuorum nomina et stultitiae argumenta ita a lexicographis permisceri, ut, quid singulorum proprium fuerit, plane perspicere non possimus. Quod quo facilius intellegatur, alia iam de fatuis ueterum testimonia inter sese simillima proferam. De Coroebo, qui nobis occurrebat apud Photium s. u. *Μελητίδης* et in Bekk. anecd. p. 279, 18, tradit Suidas s. u. *Κόροιβος· ὄνομα κύριον· 'καὶ'*[2] *μωρός τις, μετρῶν τὰ κύματα*, quibus additur locus Callimachi (fr. 307) *'τὸν ὄγδοον ὥστε Κόροιβον'*. Quae autem secundum Photium Suidamque imprimis Margitae et Meletidae sunt, *Κοροίβῳ* tribuuntur a scholiasta Luciani ed. Iac. IV p. 224: *ὁ μὲν Κόροιβος οὕτος μωρός τις ἀπομνημονεύεται ἄνθρωπος καὶ οὕτως, ὥστε γυναῖκα ἀγαγόμενος μὴ ἂν ἐλέσθαι συγκαθευδῆσαι αὐτῇ διὰ τὸν εἰς τὴν πενθερὰν αὐτοῦ φόβον. καὶ οὕτως ἐχόμενον τοῦτον παρθενεύειν αὐτὴν μέχρις ἂν τῆς γυναικὸς σκηψαμένης, τὸ ἄρθρον*

1) Cf. Aristoph. Ran. u. 991.

2) Cf. O. Schneider. Callim. II, 527 de hac Suidae glossa: 'ipsam particulam copulatiuam docere putamus, olim hic plures eius nominis homines enumeratos fuisse ...' Errauit Schneider, scribendum erat non eius 'nominis', sed 'generis'.

ὀδύνῃ συνέχεσθαι, καὶ οὐκ ἄλλως ἀπολυθῆναι, εἰ μὴ τῷ μορίῳ τοῦ ἀνδρὸς καταψηθεῖσαν, οὕτω τὴν κοινωνίαν τότε τοῦ γάμου γενέσθαι. — ὁ δὲ Μαργίτης μωρὸς ⟨καὶ αὐτὸς⟩ τὰ κύματα μετρεῖν ἐπιχειρῶν, quocum ibid. p. 117 coniunge: *Μαργίτῃ μαινομένῳ*. Hesychius ista refert de Coroebo: *Κόροιβος ἠλίθιος καὶ μωρός. ἐπὶ γὰρ τοῦ μωραίνοντος ἔταττον τὸν Κόροιβον, ἀπὸ Κοροίβου τινὸς μωροῦ καὶ ἠλιθίου μετάγοντες, ὃν οἴονται τὸν Μυγδόνος εἶναι παῖδα τοῦ Φρυγός.*[1]) Unde haec omnia sumpta sint, expedire sane difficillimum est, at ex parte quidem auctorem nanciscimur collato scholio Ar. Ran. 990 u. *Μαμμάκυθοι· ἀντὶ τοῦ μαμμόθρεπτοι. Δίδυμος, ὅτι Μαμμάκυθος καὶ Μελητίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβέβληντο, καθάπερ καὶ ὁ Βουταλίων καὶ ὁ Κόροιβος·* Conuenit Suidas s. u. *Βουταλίων* Didymi nomine omisso. Videmus hoc quoque loco allato aliis locis alia fatuorum nomina exstare, quorum suum cuique diligenter tribuere neminem posse existimauerim. Haud ita magnum fructum capere licet ex hoc Didymi testimonio apud scholiastam Ar., cum non sit exploratum, num de stultitiis quoque Didymus illo loco egerit. Una restat uia, quam ingressi facilius aliquid afferre ad auctorem inueniendum possimus; audiamus enim Eustathium p. 1669, 44 multa atque simillima de ueterum fatuis narrantem: *ʻπολυμαθείας δὲ χάριν οἱ παλαιοὶ*'[2]) *καὶ τοιαῦτα παρενείρουσιν οἷς γράφουσιν, ἵνα καὶ τοιούτων εὐπορία τις γένοιτο τοῖς ἱστορεῖν ἐθέλουσιν, ἐκεῖθεν τὸν μωρὸν οἴδαμεν σάνναν*[3]) *καλεῖσθαι, ὡς ἀπό τινος κυρίου ὀνόματος. καὶ παράγεται Κρατῖνος κωμῳδῶν τοιοῦτον τὸν Θεοδοτίδην σάνναν. ἐξ ἐκείνων δὲ καὶ Κοροίβους τινὰς ἀποσκώπτομεν, μαθόντες τινὰ Κόροιβον εὐήθη Μυγδόνα Φρύγα*[4]) *τὸ γένος, ὕστατον τῶν ἐπικούρων ἀφικόμενον τῷ Πριάμῳ δι'*

1) Cur in ima pagina posuerit M. Schmidtius hanc glossam, non uideo.

2) Eadem uerborum copulatio redit apud Eustath. p. 1165, 5: *ἱστέον δὲ πολυμαθείας χάριν .... παρὰ τοῖς παλαιοῖς ....*, ubi sub finem narrationis Pausanias *ὁ ταῦτα ἱστορήσας* laudatur.

3) Vocem *σάννας* attigit Aristophanes Byzantius in libro *περὶ βλασφημιῶν*, cf. Nauck. Arist. Byz. p. 173.

4) Eadem Hesychius.

εὐήθειαν. οὕτως ἔγνωμεν καὶ τὸν ἄφρονα Μαργίτην τὸν ἀπὸ τοῦ μαργαίνειν, ὅ ἐστι μωραίνειν. ὃν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ὁμήρου Μαργίτην ὑποτίθεται εὐπόρων μὲν εἰς ὑπερβολὴν γονέων φῦναι, γήμαντα δὲ μὴ συμπεσεῖν τῇ νύμφῃ, ἕως ἀναπεισθεῖσα ἐκείνη τετραυματίσθαι τὰ κάτω [1]) *ἐσκήψατο. φάρμακόν τε μηδὲν ὠφελήσειν ἔφη, πλὴν εἰ τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον ἐκεῖ ἐφαρμοσθείη. καὶ οὕτω θεραπείας χάριν ἐκεῖνος ἐπλησίασεν. ὁμοίως καὶ τὸν Μαμμάκυθον καὶ τὸν Μελητίδην καὶ τὸν Ἀμφιετίδην, οἳ διαβόητοι ἐπὶ μωρίᾳ ἦσαν, ὧν ὁ Μελιτίδης* (scr. *Μελητίδης*) *ἀριθμεῖν τε μὴ ἐπίστασθαι λέγεται εἰ μὴ ἄχρι τῶν πέντε, καὶ ἀγνοεῖν πρὸς ὁποτέρου τῶν γονέων ἀποκυηθείη, καὶ νύμφης μὴ ἅψασθαι, εὐλαβούμενος τὴν πρὸς μητέρα διαβολήν κ. τ. λ.*

Hoc Eustathii loco omnia fere continentur, quae antea e grammaticis et scholiastis collegimus. Est igitur sententia admodum probabilis, totum hunc locum nonnullis fortasse mutatis [2]) Eustathium ex atticistis sumpsisse imprimis propter manifestam similitudinem, quae intercedit inter Eustathii locum et ea, quae Photius, Suidas, Hesychius, Bekkeri anecdota, scholia Aeschinis, Aristophanis, Luciani afferunt; quominus atticistas locum illum Didymi (schol. Ar. Ran. 991) in usum suum conuertisse iudicemus, nil impedit; cur autem atticistis hanc Eustathii obseruationem esse reddendam censeam, hasce habeo causas.

Iam supra dixi, illud ‘*καὶ οὗτος*’ apud Photium et in Bekk. anecd. p. 279, ‘*καὶ μωρὸς*’ apud Suidam s. u. *Κόροιβος*, ‘*μωρὸς καὶ αὐτός*’ apud Luciani scholiastam ita esse accipiendum, ut inde illos ueterum fatuos omnes uno loco descriptos fuisse concludamus; hunc — atticistarum — locum iam in Eustathio p. 1669, 44 inuestigasse mihi uideor. Atque initio huius Eustathii expositionis laudantur *οἱ παλαιοί*, quibus uerbis

1) Eadem scholiasta Luciani.

2) Nullius est momenti, quod Eustathius hic de Meletide omnia illa profert, quae in scholio Aeschin. et plenius etiam in Photio s. u. *Μαργίτης* legimus. Aut confudit Eustathius auctoris sui copiam, aut alterum de duobus atticistis nactus est; talia uterque curabat.

imprimis ab Eustathio usurpatis atticistarum lexica respici in Epimetro probare conatus sum. Tertia quantiuis ponderis causa est, quod post *σάνναν* uocem affertur Cratinus, quem semel saepius in atticistarum ore esse singula docent fragmenta. Cratini autem hanc uocem esse praeterea testatur Photius s. u. *σάνναν, τὸν μωρόν, οὕτως Κρατῖνος*, quibus amplius adde Eustath. p. 1761, 20: *οὕτω καὶ ὁ παρὰ τῷ κωμικῷ Κρατίνῳ σάννας* et p. 777, 62: *ὅτι σάννας ὁ μωρὸς παρὰ Κρατίνῳ*. Habemus iam non solum Margiten, qui a ueteribus propter eximiam quandam et singularem stultitiam illudebatur, sed fatuorum, ut ita dicam, manipulum: *Ἀμφιετίδην, Βουταλίωνα, Κόροιβον, Μαμμάκυθον, Μαργίτην, Μελητίδην, Σάνναν*, quorum quidem *Κόροιβος* et *Μαργίτης* ueterrimi uidentur esse, quia alter una cum Priamo rege interiisse dicitur, alter refertur ad *τὸν εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενον Μαργίτην*. Illud poëma, *Μαργίτην* dico, cognouisse Callimachum, tradit Harpocration s. u: ... *ἐκάλουν δὲ τοὺς ἀνοήτους οὕτω διὰ τὸν εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενον Μαργίτην, ὅπερ ποίημα Καλλίμαχος θαυμάζειν ἔοικεν.*[1])

Quemadmodum in ea glossa, de qua modo egimus, diiudicanda apud ueteres genus quoddam fatuorum hominum in prouerbium abiisse cognouimus, ita iis, quae iam sequuntur, exponetur, maleficorum quoque hominum ordinem a ueteribus scriptoribus memoriae traditum esse. Quod quo facilius possit explanari, hic nonnullas glossas e scholiis Aeschineis petitas coniungam, quas ex eadem regione profectas esse breui apparebit.

1) De Margite cf. Welcker. Rh. Mus. XI, 498, Plut. Dem. 23, Aristot. poetic. c. 4, Hephaest. de metris p. 64 et 67, Polyb. Excerpt. a Vales. edit. p. 58. Forsitan Demosthenes *ἐπωνυμίαν Ἀλεξάνδρῳ Μαργίτην ἐτίθετο* (Aeschin. III, 160) propter rumorem, qui ferebatur de regis ad Venerem inertia, uide Athen X p. 435 A (Mein. II p. 288): *Ἱερώνυμός τε ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς Θεόφραστόν φησι λέγειν ὅτι Ἀλέξανδρος οὐκ εὖ διέκειτο πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Ὀλυμπιάδος γοῦν καὶ παρανακλινάσης αὐτῷ Καλλιξέναν τὴν Θετταλὴν ἑταίραν περικαλλεστάτην οὖσαν, συνειδότος τοῦτο καὶ τοῦ Φιλίππου (εὐλαβοῦντο γὰρ μὴ γύννις εἴη) πολλάκις ἦτει αὐτὴ τὸν Ἀλέξανδρον συγγενέσθαι*, quem locum fere integrum Eustathius p. 1680, 45 *γύννις* uocem interpretans descripsit.

a) Schol. II, 40 *Κέρκωψ· ζῶα ἦσαν ὠμὰ καὶ πανοῦργα οἱ κέρκωπες, οὓς δή φασι μεταβεβληκέναι εἰς πιθήκους* (Vat. Laur. gim.). *οἱ κέρκωπες γένος τι ὑπῆρχον λῃστῶν καὶ πανούργων περὶ τὴν Λιγύην*[1]) (pro *Λιβύην*), *οὓς ἐτιμωρήσατο Ἡρακλῆς διὰ τὴν κλοπὴν τῶν βοῶν τοῦ Γηρύονος. ἦσαν δὲ ἀδελφοὶ δύο* (Vat. Laur. B. gim.). *τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται τοὺς κέρκωπας εἶδος πιθήκων πανούργων* (F.). *κέρκωψ· ὁ ποικίλος καὶ πονηρὸς ἄνθρωπος* (cod. Patm.).

b) Schol. II, 42 *ὁ Σίσυφος*] *ʽκαὶʼ γὰρ ὁ Σίσυφος ὁ Αἰόλου πανοῦργος ἐνομίσθη* (Vat. Laur. B. F. gim.). *ἐπὶ πανουργίᾳ γὰρ οὗτος διεβέβλητο. ἐπὶ τοῦ πανούργου οὖν καὶ κακοπράγμονος χρῶνται τῷ ὀνόματι* (Vat. Laur. B. gim.).

c) Schol. III, 137 u. *Φρυνώνδας*] *ὁ μὲν Εὐρύβατος Λυδός, ὁ δὲ Φρυνώνδας Ἀθηναῖος, ἑκάτερος δὲ ἐπὶ πονηρίᾳ διεβάλλετο* (Vat. Laur. F.).

Singula si respicimus, primum animaduertendum est illud *ʽκαὶ γάρʼ* s. u. *Σίσυφος*, de quo in glossa *Μαργίτης* tractanda nonnulla dixi; quare hoc quoque loco schol. II, 42 glossam *Σίσυφος* cum aliis eiusdem generis coniunctam fuisse necesse est arbitrari. At ne quis hanc argumentandi rationem reicere conetur, comparemus quae sunt in Bekk. anecd. p. 314, 26: s. u. *Φρυνώνδας· ὄνομα κύριον· ἔστι δὲ ʽκαὶ οὗτοςʼ τῶν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδουμένων.* Reliqua quae huc spectant sunt p. 302, 18: *Σίσυφος· ὁ πονηρὸς καὶ κακοῦργος ἄνθρωπος*, p. 257, 18: *Εὐρύβατος· ὄνομα κύριον, ὃς ἔλαβε χρήματα παρὰ Κροίσου πρὸς συλλογὴν δυνάμεως ξενικῆς καὶ ηὐτομόλησε πρὸς Κῦρον σὺν τοῖς χρήμασιν.* Conuenit scholiasta: *ὁ μὲν Εὐρύβατος Λυδός*; p. 271, 21 u. *κερκώπη· ὄνομα ἑταίρας, καλουμένης οὕτω διὰ κακοήθειαν. κέρκωπες γάρ εἰσιν οἱ κακοῦργοι ἄνθρωποι*; p. 271, 13: *κέρκωψ· ὁ ἐπὶ νορίᾳ κωμῳδούμενος*, ubi pro *νορίᾳ* scribendum esse *πονηρίᾳ* nemo non uidet. Quem ad modum igitur in uoce *Μαργίτης* illud *ʽκαὶ οὗτοςʼ* reperimus apud Photium et in Bekkeri anecdotis, ita in hisce glossis, quas in unam contrahere minime dubito, exstat *ʽκαὶ γὰρʼ*

1) Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 1300.

Σίσυφος ... in schol. II, 42 et '*καὶ οὗτος*' in Bekk. anecd. p. 314, 26. Quamquam fieri potuit, ut haec *καί* particula propterea a scholiasta Aeschinis poneretur, quia paulo ante cercopas appellauerat *ζῶα* '*πανοῦργα*', idem nequaquam probatur loco laudato in Bekk. anecd. p. 314. Ibi enim hoc ordine sequuntur glossae inter se similes: p. 271: *κέρκωψ· ὁ ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος*, p. 302: *Σίσυφος· ὁ πονηρὸς καὶ κακοῦργος ἄνθρωπος*, p. 314: *ἔστι δὲ* '*καὶ οὗτος*' *τῶν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδουμένων*. Num putas, hoc *καί* referri ad p. 302, ubi nihil exstat penitus simile, an potius ad p. 271, ubi re sunt simillima? Non amplius quaero de Bekkeri anecdotis, at scholiastae minime esse tantam diligentiam in glossis describendis persuasum habeo; particulam copulatiuam scholiasta proinde ac reliqui auctores de hac una causa scripsit, quod in glossis congerendis semel atque iterum ex eodem fonte haurire coactus erat, unde apparet, nefarios hosce homines a ueteribus grammaticis uno loco comprehensos fuisse, id quod ipsa oratoris quoque uerba probare uidentur (III, 137): *ἀλλ᾽ οἶμαι οὔτε Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος, οὔτ᾽ ἄλλος οὐδεὶς πώποτε* '*τῶν πάλαι πονηρῶν*' *τοιοῦτος ... ἐγένετο*, cui loco simillimus est ille Luciani p. 211 Alex. 4: *καὶ ὄργανα ταῦτα γενναῖα ὑποβεβλημένα ἔχων αὐτίκα μάλα* '*τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων*' *ἀκρότατος ἀπετελέσθη ὑπὲρ τοὺς κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ Φρυνώνδαν ἢ Ἀριστόδημον ἢ Σώστρατον*. Habemus igitur Aeschinis '*τῶν πάλαι πονηρῶν*', Luciani '*τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων*', quibuscum bene comparatur illud in Bekk. anecd. p. 314: *ἔστι δὲ καὶ οὗτος* '*τῶν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδουμένων*'. Itaque mirandum non est, quod Luciani scholiasta hoc loco simillimam proposuit doctrinam s. u. *κέρκωπες* (p. 139 uol. IV Iac.)· *οὗτοι ἐν Βοιωτίᾳ διέτριβον Οἰχαλιεῖς ὄντες γένος, Σίλλος καὶ Τριβαλὸς ὀνομαζόμενοι, ἐπίορκοι καὶ ἀργοί, ὡς Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις καὶ Διότιμος*· '*Σίλλος τε Τριβαλός τε δύω βαρυδαίμονες ἄνδρες*', *ἀπ᾽ αὐτῶν δὲ καὶ τὸ παροιμιαζόμενον κερκώπων ἀγορά* (cf. Suid. u.), *ἀπελιθώθησαν δὲ οὗτοι ὡς Φερεκύδης* [1])

1) Iacobitzius ad schol. p. 139 correxit: '*Φερεκράτης*', causas plane omisit.

φησί. Ξεναγόρας[1] *δὲ εἰς πιθήκους διὰ κακοήθειαν μεταβαλεῖν φησιν ἐν τῷ περὶ νήσων. ὁ δὲ Εὐρύβατος ὡς πονηρὸς καὶ πανοῦργος, πρὸς δὲ καὶ προδότης εἰσάγεται Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι, ὡσαύτως καὶ ὁ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ βοᾶται Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, Δήμοις, Ἀριστοφάνει δὲ Προαγῶνι, Ἀμφιαράῳ, Θεσμοφοριαζούσαις. ὁ Ἀριστόδημος δὲ μιαρὸς καὶ καταπύγων ἐς ὑπερβολήν, ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ πρωκτὸς Ἀριστόδημος καλεῖται. Κρατῖνος Πανόπταις· ᾽Ἀριστόδημος ὡς ἀσχημονῶν ἐν τοῖς Κιμωνίοις ἀνὴρ ἐρειπίοις᾽· ὡσαύτως καὶ Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν. τούτοις ὅμοιος καὶ ὁ Σώστρατος.* Refertissimum quidem est hoc scholion testimoniis comicorum poetarum, quos numquam uidit scholiasta; quare hoc scholion Lucianeum atticistarum esse non negauerim, quoniam perspectum habemus, Luciani scholiastam atticistis esse usum, quibus uidetur sua debere Aeschinis scholiasta. Cercopes in simias mutatos esse uterque tradit scholiasta, Aeschinis autem Xenagorae nomen omisit, quod exstat praeter scholion Lucianeum et apud Harpocrationem et Suidam, quos uide; Harp. s. u. *κέρκωψ· . . . δηλοῦται ὡς ἐξαπατητῆρές τε ἦσαν καὶ ψεῦσται οἱ κέρκωπες. Ξεναγόρας δὲ εἰς πιθήκους αὐτοὺς μεταβαλεῖν φησι καὶ τὰς Πιθηκούσσας νήσους ἀπ᾽ αὐτῶν κληθῆναι.*[2] *Αἰσχίνης δὲ ὁ Σαρδιανὸς ἐν τοῖς ἰάμβοις καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἀναγράφει Ἀνδοῦλον καὶ Ἄτλανταν,* quocum conuenit scholiasta Aeschinis: *ἦσαν δὲ ἀδελφοὶ δύο.* Simillima habet Suidas ex Harpocrationis epitome. Unde fluxerint illa in Bekk. anecd. p. 257, 18 de Eurybato Lydo, palamfacit Harpocratio s. u. *Εὐρύβατον· . . Ἔφορος ἐν τῇ ἡ Εὐρύ-*

1) Cf. Pauly, Realenc. VI, 2 p. 2777. Plinius usus est Xenagora in N. H. V, 31.

2) Eandem fabulam narrat Ouid. Metam. XIV, 89—94: 'sterilique locatas | Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas. | Quippe deum genitor fraudem et periuria quondam | Cercopum exosus gentisque admissa dolosae | In deforme uiros animal mutauit, ut idem | Dissimiles homini possent similesque uideri'. — Quem si sua e Nicandri *Ἑτεροιουμένοις* hausisse statuimus, licet hanc fabulam usque ad Alexandrinorum aetatem reducere. Hermippi ferebatur fabula *Κέρκωπες*, cf. Athen. III p. 123 F. XI p. 502 B.

βατόν φησιν ἄνδρα Ἐφέσιον λαβόντα χρήματα παρὰ Κροίσου ὥστε στρατιὰν συναγαγεῖν εἰς τὸν πόλεμον τὸν εἰς τοὺς Πέρσας, εἶτα προδότην γενόμενον ἐγχειρίσαι τὰ δοθέντα χρήματα τῷ Κύρῳ καὶ ἐντεῦθεν τοὺς πονηροὺς Εὐρυβάτους καλεῖσθαι et schol. Dem. p. 274 Dind.: u. *Εὐρυβάτου· πονηροῦ· ἀπὸ τοῦ πεμφθέντος ὑπὸ Κροίσου ἐπὶ ξενολογίαν, ὥς φησιν Ἔφορος, εἶτα μεταβαλομένου ἐπὶ Κῦρον.* Ephorum et ab Harpocratione et ab atticistis usurpatum esse censeo, atticistis enim glossa in Bekkeri anecdotis deberi uidetur; neque minus id de Xenagora ualet. Praeterea cum scholiasta conuenit Photius s. u. *κέρκωψ· ἀπατεών· ἢ καὶ γένος πιθήκου.* Praeterea conferantur Hesychius, Suidas s. u. *Φρυνώνδας*, Etymologus Mag. p. 506, 8. 40 s. u. *Κέρκωπες*. Aeschinis scholiastam in maleficorum quoque hominum nominibus exponendis testes habuisse locupletissimos atticistas uel pro certo habebis Eustathio denique in auxilium uocato, qui post ipsam illam de ueterum stultissimis hominibus adnotationem de iisdem fere, quos in scholiis Aeschineis inuenimus, maleficis p. 1669, 59 haec profert: *προσιστορεῖται δὲ καὶ Φρυνώνδας, πανοῦργος καὶ κακοήθης, καθὰ καὶ οἱ ἐν τοῖς ἑφεξῆς δηλωθησόμενοι* (sc. p. 1864, 12 sqq.) *Εὐρύβατοι. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Κέρκωπες, ἀφ' ὧν καὶ ἀγορὰ καλουμένη Κερκώπων* (cf. Suid. s. u. et schol. Lucian. l. c.) *Ἀθήνησιν ἐν Ἡλιαίᾳ καὶ παροιμία κερκωπίζειν* (cf. Suid. s. u.), *καὶ μὴν αὐτὸ εἰρῆσθαί φασί τινες ἀπὸ ζῴων προσσαινόντων τῇ κέρκῳ.* Ut ea, quae praecedunt, ita hanc quoque doctrinam ex atticistarum lexicis manauisse haud temere mihi persuasi. Etenim uerba *φασί τινες* esse pro Aelii Dionysii nomine efficio ex Eustath. p. 1430, 33 sqq., ubi in uberrima de *ἀγείρω* uocabulo disceptatione, quam esse Aelii Dionysii in Epimetro ostendam, attinguntur *καὶ ἀγορὰ Κερκώπων Ἀθήνησι πλησίον Ἡλιαίας* et *οἱ κέρκωπες κλέπται δηλαδὴ καὶ πανοῦργοι.*

Schol. I, 60 *ἐπήει ἐκκλησία*] *ἐπήρχετο, σύνεγχυς ἦν. γίνονται δὲ ἐκκλησίαι τρεῖς τοῦ μηνός, αἱ λεγόμεναι κύριαι, ἃς ἐκ τῶν νόμων ἔχουσιν ἀναγκαίως τελεῖν. ἐπὰν δὲ αἰφνίδιόν τι προσπέσῃ, ἐκκλησιάζουσι μέν, καλεῖται δὲ σύγκλητος, εἰ δ'*

ἄρα καὶ ἐκκλησία, οὐ κυρία. Quae sequuntur, sunt scholiastae (Vat. Laur. gm.). Conuenit Photius s. u. *κυρία ἐκκλησία· ἐν ᾗ τοὺς ἄρχοντας ἐχειροτόνουν. οἷον στρατηγούς, ἱππάρχους καὶ τοὺς τοιούτους. ἄλλοι δέ φασιν καθ' ἕκαστον μῆνα ἐκκλησίας εἶναι τρεῖς, αἳ κύριαι πρὸς σύγκρισιν ἐλέγοντο τῶν συγκλήτων*, et breuius etiam idem est in schol. III, 24 u. *ἐκκλησία· τρεῖς γὰρ ἐκκλησίαι κατὰ μῆνα ἐγένοντο* (Vat. Laur. Fg.), cf. praeterea Bekk. anecd. p. 274, 19 et Etym. Mag. p. 733, 15. De tribus igitur *κυρίαις ἐκκλησίαις* loquuntur scholiasta Aeschinis, Photius, scholiasta Aristophanis Ach. 19; unam agnoscunt Pollux VIII, 95 et Hesychius *κυρία ἐκκλησία· μία κυρία ἐκκλησία ἤγετο Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονεῖν ἔδει.*[1])

Ad Atheniensium contionem pertinet scholion quoque ad I, 23 *καθάρσιον*] ... *ἔθος δὲ ἦν καθαίρειν τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰ θέατρα μικροῖς χοιριδίοις, ἃ καθάρσια ἐκάλουν. καὶ προσηγορεύοντο οἱ περικαθαίροντες περιστίαρχοι. τὸ δὲ καθάρσιον ἦν χοῖρος ἐσφαγμένος, δι' οὗ ἐκάθηραν τὴν ἐκκλησίαν* (Vat. Laur. gmq.).

Haec atticistarum esse probat Photius s. u.: *καθάρσιον χοιρίδιον ἦν ὀπτὸν ᾧ ἐκάθαιρον τὴν ἐκκλησίαν οἱ λεγόμενοι περιστίαρχοι. περιστίαρχοι δὲ ἀπὸ τοῦ περιστείχειν*, neque minus Bekk. anecd. p. 269: *καθάρσιον χοῖρος βραχὺς ἦν, ᾧ ἐκάθαιρον τὴν ἐκκλησίαν οἱ λεγόμενοι περιστίαρχοι.* Cum simillima habeat Harpocratio s. u.: *ἔθος ἦν Ἀθήνησι καθαίρειν τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰ θέατρα καὶ ὅλως τὰς τοῦ δήμου συνόδους μικροῖς πάνυ χοιριδίοις, ἅπερ ὠνόμαζον καθάρσια. τοῦτο δ' ἐποίουν οἱ λεγόμενοι περιστίαρχοι, οἵπερ ὠνομάσθησαν οὕτως ἤτοι ἀπὸ τοῦ περιστείχειν ἢ ἀπὸ τῆς ἑστίας* — et Pollux VIII, 104: *ἐκάθαιρον χοιριδίοις μικροῖς οὗτοι* (sc. *περιστ.*) *τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ θέατρον. καθάρσιον δὲ τοῦτο χοιρίδιον ἐκαλεῖτο* —, communem fontem secutos esse Harpocrationem et atticistas et Pollucem, quemadmodum proposuimus antea in glossa *ἐπὶ Παλλαδίῳ* et p. 263 ann. 1, luculenter apparet. Conferantur praeterea Hesychius s. u., Photius s. u.

1) Cf. Stoientin., de Iulii Pollucis in publicis Atheniensium antiquitatibus enarrandis auctoritate, diss. philol. Vratislau. 1875 p. 17.

περιστίαρχος, ubi laudatur *Ἴστρος* (cf. p. 300 sqq.), Thomas Magister p. 206 R., scholion Ar. Ach. 44, Hesychius s. u. *περιστίαρχος*, neque ab his discrepat scholion Aeschin. III, 176: *... τὰ δὲ τῆς ἐκκλησίας περιῤῥαντήρια ἦν τὰ καθάρσια τὰ ἀπὸ τοῦ περιστιάρχου γενόμενα* (F. Laur.). Cf. schol. Apoll. Rhod. p. 505 ed. Merkel. u. *λυτήριον· τὸ καθάρσιον λέγει, ὅ ἐστι χοιρίδιον μικρόν, ὅπερ οἱ ἁγνίζοντες θύσαντες τὰς χεῖρας τοῦ ἁγνιζομένου τοῦ αἵματος αὐτοῦ βρέχουσιν.*

Venio nunc ad schol. III, 187: *Μητρῷον*] *ἐνταῦθα ἔκειτο τὰ δημόσια γράμματα* (Laur.). *· ἔγνωμεν καὶ ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς ὅτι μέρος τοῦ βουλευτηρίου ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸ Μητρῷον, ὅ ἐστιν ἱερὸν τῆς Ῥέας διὰ τὴν αἰτίαν ἐκείνου τοῦ Φρυγός ...* (Laur. F.), quibus addenda est inferior pars scholii subsequentis ad u. *ἔστιν*] *... κεῖνται δὲ ἐν τῷ Μητρῴῳ καὶ οἱ νόμοι τῶν ...* (Laur.), ubi excidisse puto *Ἀθηναίων*. Summam obseruationis amplectitur Photius s. u. *Μητρῷον· τὸ ἱερὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, ἐν ᾧ ἦν γράμματα δημόσια καὶ οἱ νόμοι*, quocum ex parte congruit Bekk. anecd. p. 280 *Μητρῷον τὸ ἱερὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν*. Haec omnia reuoco ad atticistas; ad auctorem superioris aetatis, quae sunt apud Poll. III, 11: *ἐλέγετο δέ τι καὶ μητρῷον Ἀθήνησι, τὸ τῆς Φρυγίας θεοῦ ἱερόν* et apud Harpocr. u.: *τοὺς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαντες ἐν τῷ μητρῴῳ*. Conferas praeterea alteram glossam Photii multo copiosiorem et Suidam, qui excerpsit Harpocrationem, et Chamaeleontem apud Athen. IX, 407 C de Alcibiade: *ἦκεν εἰς τὸ Μητρῷον, ὅπου τῶν δικῶν ἦσαν αἱ γραφαί.*

Addamus iam schol. III, 162 *οἱ παράλιοι*]. *οἱ τὴν παραλίαν οἰκοῦντες τῶν Ἀθηναίων καὶ κατασκευάζοντες τὴν ναῦν τὴν Πάραλον καὶ ἐν αὐτῇ πλέοντες* (Laur. F.). *Ἄλλως. οἱ ἐν τῇ Παράλῳ πλέοντες ναῦται καὶ ἐπιβάται· αὕτη δ' ἐστὶν ἱερὰ τριήρης ταχυναυτοῦσα ἐπὶ τὰς δημοσίας. ἅτε δὲ οἱ πλέοντες ἐν τῇ Παράλῳ, τοὺς πρέσβεις παράγοντες πρὸς Ἀλέξανδρον, ἤδεσαν ἅπερ καὶ οἱ πρέσβεις* (Laur.). Eadem fere reperimus apud Photium s. u. *πάραλοι· οἵ τε ἐν τῇ νηῒ τῇ παράλῳ πλέοντες καὶ οἱ τὴν παράλιον τῆς Ἀττικῆς κατοικοῦντες, ὥσπερ ἕτεροι πεδιάσιοι καὶ διάκριοι· πάραλος δὲ τριήρης ἱερὰ κα-*

λεῖται, ἥτις διηνεκῶς ταῖς ἐπειγούσαις χρείαις ὑπηρετεῖ. ὁπότε δὲ ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς μεταπέμψασθαι στρατηγὸν ἠβούλοντο ὥσπερ Ἀλκιβιάδην ἀπὸ Σικελίας, τῇ παράλῳ ἐχρῶντο.[1]) λέγεται δὲ ἡ αὐτὴ καὶ Σαλαμινία. ὕστερον δὲ ἄλλαι δύο προσεγένοντο αὐταῖς Ἀντιγονίς τε καὶ Δημητριάς. Ex hac uberiore glossa, quam Photius, ut uidetur, ex atticistis petiuit, scholiasta sua uidetur excerpsisse. Neque Hesychius non praebet similia s. u. πάραλοι· οἱ τὴν παράλιον οἰκοῦντες τῆς Ἀττικῆς et s. u. παραλίτης· ὁ ἀπὸ τῆς παράλου, ἡ δὲ . . . ἐστιν ἱερὰ ναῦς et Bekk. anecd. p. 293: πάραλός ἐστιν ἱερὰ τριήρης, ὥσπερ καὶ Σαλαμινία πρὸς διακονίαν ἐπιτήδειος, cui glossae similis est altera Photii: πάραλος, ναῦς ἱερά, θεωρίς· ἦν δὲ καὶ ἑτέρα Σαλαμινία· cum Photio concinit Suidas; praeterea cf. lex. Cant. 355, 3 (Nauck.), Poll. VIII, 116, Harpocr. u. πάραλος, Thom. Mag. 298. 299 ed. Ritschl., schol. Dem. p. 636 Dind., Etym. Mag p. 469, 19 et p. 699, 14. Atthidographos agnosces fontes atticistarum coll. Harpocr. u. ἱερὰ τριήρης· . . . λέγοι ἂν τὴν Πάραλον, ὡς συνιδεῖν ἔστιν ἔκ τε τῆς Φιλοχόρου καὶ ἐκ τῆς Ἀνδροτίωνος ὁμοίως ς΄.

Schol. III, 30 τριττύες·] ὅ ἐστι τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς. πολλάκις γὰρ ἡ πᾶσα φυλὴ ὑπὲρ ἑαυτῆς ἕνα προεβάλλετο. πολλάκις δὲ καὶ ἓν ἕκαστον μέρος τῶν τριῶν τῆς φυλῆς ἕνα ὑπὲρ ἑκάστου μέρους· καὶ οἱ δῆμοι οἱ μερικοὶ οἷον ὥσπερ αἱ κῶμαι. τοῦτο δὲ εἶπεν, ὡς ὅτι οἱ δῆμοι ἐξ αὐτῶν αἱροῦνταί τινα, ἵνα ὑπὲρ τοῦ δήμου αὐτοῦ τοῦ μερικοῦ φροντίζῃ (Vat. Laur. Fg.). Ἄλλως· τὰ τρία μέρη τῶν φυλῶν καὶ οἱ ἡγεμόνες τριττύαρχοι (Vat. Laur. g.).

Prior huius scholii pars unde fluxerit, non liquet. Certe altera atticistis est reddenda, id quod probat Photius s. u.

---

1) Errorem, quo ducti sunt hoc loco Photius et Suidas, communis eorum auctor praebuisse uidetur, sanatur tamen coll. Suid. u. Σαλαμινία ναῦς· δύο ἦσαν νῆες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὑπηρέτιδες ταχυδρόμοι, ἡ Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία, ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐγκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν. ἦν καὶ ἐπ᾽ Ἀλκιβιάδην φησὶ πεμφθῆναι Θουκυδίδης κτλ. (= schol. Ar. Au. 147), cf. Gaisford. ad Suid. u. Πάραλος ἢ Σαλαμινία Tom. II, 2 p. 85 Bernh.

τριττύς· φυλῆς μέρος τρίτον, καὶ τριττύαρχος ὁ ἄρχων, et Bekk. anecd. 306: *τριττύς· τρίτον μέρος τῆς φυλῆς* et deinde: *τριττύαρχοι οἱ τῶν τριττύων ἄρχοντες*, neque minus huc spectat schol. Plat. p. 406 B: *Ἀθήνησι δέκα μὲν ἦσαν φυλαί, διῄρητο δ' ἑκάστη τούτων εἰς τρία, εἰς τριττύας, εἰς ἔθνη, εἰς φρατρίας· οἱ οὖν ἑκάστης τριττύος ἄρχοντες τριττύαρχοί τε καλοῦνται καὶ τριττυαρχοῦσιν*, quibuscum compone Etym. Mag. p. 768, 12. Cf. praeterea Poll. VIII, 109, 111. Harpocr. s. u.: *τριττύς ἐστι τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς· . . . ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ*. Rursus licet uidere, fontes atticistis antiquiores Harpocrationem sequi. Ex Aristotelis libro haec glossa ut ad Harpocrationem ita ad atticistas translata est, inde ad scholiastas, Photium, ad Bekkeri anecdota.

Schol. I, 79 *τετρυπημένη*] *καταδικάζουσα* (Laur.) *τοῦτο κακοήθως εἶπεν ἐπὶ τοῦ Τιμάρχου, καὶ ἔστι κακέμφατον* (Vat. Laur. gm.). *τετρυπημένη δὲ ψῆφος ἦν ἡ καταδικάζουσα, πλήρης δὲ ἡ ἀπολύουσα* (Vat. Laur. gmq.). *τετρυπημένη οὖν οἱονεὶ καταψηφιζομένη. ἔγνωμεν γὰρ πολλάκις, ὡς ὅτι ποτὲ μὲν ἐψηφίζοντο οἱ δικασταὶ διὰ λευκῆς καὶ μελαίνης ψήφου· καὶ ἦν ἡ μὲν μέλαινα ἡ καταψηφιζομένη, ἡ δὲ λευκὴ ἡ σώζουσα. ποτὲ δὲ διὰ τετρυπημένης καὶ ἀτρήτου, καὶ κατέκρινον μὲν διὰ τῆς τετρυπημένης, ἔσωζον δὲ διὰ τῆς ἀτρήτου* (Vat. Laur. Fgm.).

Nonnulla, quae licet conferre, praebet Photius s. u. *τετρυπημένη ψῆφος· τῶν ψήφων οὐσῶν χαλκῶν καὶ αὐλίσκον ἐχουσῶν αἱ μὲν ἦσαν τετρυπημέναι, ὅσαι καὶ κατεψηφίσαντο· αἱ δὲ πλήρεις ἀτρύπητοι ὅσαι ἠφίεσαν τοὺς κρινομένους*, quocum ad uerbum conspirant Bekkeri anecdota p. 307; plura continet scholiasta Demosthenis p. 792, 6 Dind.: *ἦσαν δὲ αὗται* (sc. *ψῆφοι*) *ποτὲ μὲν τετρημέναι καὶ ἄτρητοι, ποτὲ δὲ μέλαιναι καὶ λευκαί. αἱ μὲν τετρημέναι καὶ μέλαιναι ἦσαν καταψηφιζόμεναι· φασὶ δέ τινες τῶν ἐξηγησαμένων ὅτι ἀπὸ χοιρείων ὀστῶν αὗται ἐγίνοντο· αἱ δὲ λευκαὶ καὶ ἄτρητοι ἦσαν αἱ σώζουσαι*. Ad hunc Aeschinis locum pertinet interpretatio scholiastae Luciani p. 214 Iac. u. *τὴν τετρυπημένην οὗτος φέρει*] *ἐπὶ τῶν δικαζομένων δύο ψῆφοι ἐτίθεντο, ἡ μὲν πλήρης, ἡ δὲ τετρυ-*

τημένη. ἐδίδοτο δὲ τοῖς μὲν νικῶσιν ἡ πλήρης· τοῖς ἡττωμένοις δὲ ἡ τετρυπημένη, καὶ μάρτυς τούτων Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου· τὴν γὰρ τετρυπημένην ἀξιοῖ Τιμάρχῳ δοθῆναι. Ut atticistis ista tribuamus, luculento hoc scholiastarum consensu adducimur. Conferatur praeterea Harpocratio s. u. *τετρυπημένη*, qui iterum laudat Aristotelem talia docentem '*ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ*'.

Schol. I, 81 u. *οἰκήσεων*] *Πνὺξ δὲ πετρώδης ἐστὶ τόπος, ἔνθα ἐκκλησιάζουσιν, ἐν ἐρήμῳ τόπῳ κείμενος. ὠνομάσθη δὲ Πνὺξ παρὰ τὸ πεπυκνῶσθαι ταῖς οἰκήσεσιν . . . ἦν δὲ πάγος ὑψηλός, λόφος καλούμενος Πνύξ* (Vat. Laur. gmq.). Quibus addendum est schol. III, 34 u. *πυκνί*] *ὁ τόπος, ἐφ' οὗ ἡ ἐκκλησία ᾠκοδόμητο, Πνὺξ ἐκαλεῖτο· ἦν δὲ τόπος ὑψηλὸς καὶ νεφώδης* (Vat. Laur. g.). Eadem multis praeterea locis inueniuntur, imprimis apud Photium: *Πνύξ· Ἀθήνησιν ἐκκλησία· ἢ ἀπὸ τοῦ πυκνοῦσθαι τὸν ὄχλον ἐκεῖ, ἢ ἀπὸ τοῦ πυκνὰ εἶναι τὰ περὶ αὐτὴν οἰκήματα*, quae breuius referuntur in Bekk. anecd. p. 292: *Πνύξ ἐστιν ἐκκλησία Ἀθήνησιν. ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι πυκνά ἐστιν περὶ αὐτὴν τὰ οἰκήματα.* Quare ex atticistis omnia sumpta esse admodum est probabile, quae quidem opinio eo firmatur, quod Platonis quoque scholiasta cum hisce bene congruit p. 444 B: *Πνὺξ τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἐκκλησίαι ἐγίγνοντο, πάλαι μὲν πᾶσαι, ὕστερον δὲ ἅπαξ, ὅταν τὸν στρατηγὸν χειροτονῶσιν. ἐκλήθη δὲ οὕτως ἤτοι ἀπὸ τοῦ πυκνοῦσθαι τὸν ὄχλον ἐκεῖ, ἢ ἀπὸ τοῦ πυκνὰ εἶναι τὰ περὶ αὐτὴν οἰκήματα.* Conferas praeterea Hesychium, Suidam, scholion Ar. Equ. 42, scholion Dem. p. 398 Dind.[1]): *ἡ δὲ πνὺξ ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἀεὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκεῖ τὸν δῆμον ἐκκλησιάζειν*, scholion Lucian. p. 174. 207 Iac.

Schol. II, 11 *τερατείαν*] *οἱονεὶ ψευδολογίαν, καθὸ καὶ τὰ τέρατα γινόμενα ψεύδεται τὴν φύσιν* (Vat. Laur. Fgim.). Sex praeterea locis eandem interpretationem inuenimus, apud Photium, Suidam, Hesychium, lex. Bachm. p. 384, schol. Ar. Nub. 318, schol. Lucian. p. 59 Iac.: *τερατευόμενος· ψευδολογούμε-*

1) Cf. W. Schunck. de scholiorum in Dem. or. XVIII. XIX. XXI fontibus, Coburg. 1879 p. 15.

νος, ἢ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα μυθευόμενος, quae omnia recte tribuere mihi uideor atticistis.

Exquisitissima quaedam doctrina inest in schol. I, 188: *ταῖς Σεμναῖς*] *τρεῖς ἦσαν, ὧν τὰς μὲν δύο τὰς ἑκατέρωθεν Σκόπας ὁ Πάριος πεποίηκεν ἐκ τῆς λυχνίτου λίθου, τὴν δὲ μέσην Κάλαμις. οἱ δὲ Ἀρεοπαγῖται τρεῖς που τοῦ μηνὸς ἡμέρας τὰς φονικὰς δίκας ἐδίκαζον ἑκάστῃ τῶν θεῶν μίαν ἡμέραν ἀπονέμοντες. ἦν δὲ τὰ πεμπόμενα αὐταῖς ἱερὰ πόπανα καὶ γάλα ἐν ἄγγεσι κεραμείοις. φασὶ μέντοι αὐτὰς οἱ μὲν Γῆς εἶναι καὶ Σκότους, οἱ δὲ Σκότους καὶ Εὐωνύμης, ἣν καὶ Γῆν ὀνομάζεσθαι. κληθῆναι δὲ Εὐμενίδας ἐπιηρέστερον πρῶτον Ἐρινύας καλουμένας* (Vat. Laur. gmq.).

Ex parte bene conuenit Photius: *Σεμναὶ θεαί· κατ᾽ εὐφημισμὸν αἱ Ἐρινύες, ὥσπερ αἱ αὐταὶ καὶ Εὐμενίδες ἐκαλοῦντο· ἦσαν δὲ τρεῖς*, et Hesych.: *σεμναὶ θεαί· τὰς Εὐμενίδας οὕτως ἔλεγον καὶ Ἐρινύας ἐπὶ εὐφημισμῷ*, quibuscum conferas breuissimam glossam in Bekk. anecd. p. 303 et schol. Lucian. p. 207 Iac. et schol. Thuc. I, 126 *τῶν σεμνῶν θεῶν*] *τῶν Ἐρινύων, κατὰ ἀντίφρασιν*, quae omnia possunt ex atticistis deprompta esse. Cf. praeterea Harpocr. s. u. *οὕτω καλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὰς Ἐρινύας*, quae descripsit Suidas.

Schol. I, 84 *ὑπολαβόντες*] *ὑποτυχόντες, ἀποκρινάμενοι* (Vat. Laur. gm.). Conuenit Photius: *ὑπολαβών· ὑπονοήσας ἢ ἀποκριθείς, ἢ ἀντειπών, ἀντικρούσας*, quocum conspirant Etymologus Mag. p. 783, 4, Suidas, lexicon Bachm. s. u., scholion Thuc. II, 72: *ὑπολαβών*] *ἀποκριθείς, ἢ ὑπονοήσας ἢ ἐνθυμηθείς*, Thomas Magister p. 370, 6 Ritschl.: *ὑπολαμβάνω τὸ ἀποκρίνομαι, Θουκυδίδης*, scholion Plat. p. 339 B: *ὑπολάβοι· ἀποκριθήσεται*, quae omnia atticistis restituo.

Schol. I, 61 *ὑπογενειάζων*] *ἁπτόμενος τῶν γενείων καὶ ἱκετεύων* (Vat. Laur. gmq.). Ad uerbum fere conspirant Photius, Suidas, Hesychius, lexicon Bachm. s. u., Etymologus Mag. p. 782, 11; *λιτανεύων, ἀπὸ τοῦ γενείου ἁπτόμενος*, neque multum differt id, quod est in Bekk. anecd. p. 312: *ὑπογενειάζων· τοῦ γενείου λαμβανόμενος καὶ ἀσπαζόμενος*, quae omnia ad atticistas sunt reuocanda.

Item euidentissima quaedam similitudo inter scholiastas et lexicographos intercedit collato schol. I, 65 u. *κώμοις*] *κῶμος η μετ᾽ οἴνου ᾠδή* (Vat. Laur. gmq.). Photius gl. 1, Suidas, lexicon Bachm., scholiasta Platonis p. 417 B. habent, *κῶμοι· ᾠδαὶ ἢ ὀρχήσεις μετὰ μέθης·* cf. praeterea Phot. gl. 2: *κῶμος· εἶδος ὀρχήσεως* et Hesych. s. u.: *ἀσελγῆ ᾄσματα πορνικά, συμπόσια, ᾠδαί.*

Nonnullos praeterea habeo locos, quibus tanta inter scholiastam et lexicographos cernitur similitudo uel in una uoce interpretanda, ut eam quoque doctrinam reddere possimus atticistis, a quibus scholiastam optima quaeque petiuisse constat.

Eius generis est schol. I, 122: *παραιτησόμενος*] *συγγνώμην αἰτήσων, ὡς ὢν τοιοῦτος* (Vat. Laur. Fgm.) et schol. II, 19: *οἵτινες — παραιτήσονται*] *οἱονεὶ συγγνώμην αἰτήσονται* (Vat. Laur. Fgim.). Conueniunt: Photius, Suidas, Bekkeri anecdota p. 289, 21: *παραιτεῖσθαι· παρακαλεῖν, συγγνώμην αἰτεῖν*, schol. Thuc. I, 73 *οὐ παραιτήσεως ἕνεκεν*] *οὐχὶ ἕνεκα τοῦ αἰτεῖν συγγνώμην φησί*, schol. Lucian. p. 93 Iac.: *παραιτησάμενοι*] *παραιτεῖν· παρακαλεῖν, συγγνώμην αἰτεῖν*, Thomas Mag. p. 274, 9 Ritschl. *παραιτοῦμαι· τὸ συγγνώμην αἰτῶ, καὶ παραίτησις ἡ συγγνώμης αἴτησις καὶ ἡ ἀπολογία.*

Schol. I, 188 *Θαυμάζω· ἀντὶ τοῦ καταγιγνώσκω καθὰ πρὸς γενικὴν φέρεται* (Vat. Laur. gm.) et schol. II, 49: *Θαυμάζειν δέ φησιν ἀντὶ τοῦ καταγινώσκειν ἐπειδὴ πρὸς γενικὴν φέρεται* (Vat. Laur. Fgim.). Conuenit Photius: *Θαυμάζω· ὅτε πρὸς γενικὴν συντάσσομεν τὸ καταγινώσκω σημαίνει· πρὸς δὲ αἰτιατικὴν τὸ ἐπαινῶ* et praeterea schol. Lucian. p. 223 Iac. u. *Θαυμάσονται*] *Θαυμάζω· συνταττόμενον πρὸς γενικὴν δεῖ λαμβάνειν αὐτὸ ἐπὶ τοῦ καταγινώσκω, ὅταν δὲ πρὸς αἰτιατικήν, ἐπαινῶ.* Aliis uerbis idem docet schol. Thuc. I, 51: *Θαυμάζω σου ἐπὶ μέμψεως, Θαυμάζω σε ἐπὶ ἐπαίνου καὶ πολλάκις ἐκπλήξεως.* Photio simillima habet Ammonius p. 68 ed. Valck. exemplis additis, Suidas conspirat ad uerbum cum Photio, plura tamen profert secundum eundem fontem atque Photius. Aeschinis scholiasta descripsit alteram uerbi *Θαυμάζειν* structuram, qua opus erat ad interpretandum oratorem, alteram omisit.

Schol. III, 229 ἐζηλωκότος] *ἀντὶ τοῦ μακαρίζοντος. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γὰρ τὸ τοῦ ζήλου εἴωθεν ἀεὶ ἐπὶ καλοῦ τάττεσθαι, τὸ δὲ ζηλοτυπίας ἐπὶ φθόνου* (Laur. F.). Conuenit Photius: *ζηλῶ· μακαρίζω.* Suidas: *ζηλῶ· μακαρίζω* et *ζηλωτός· μακαριστός, ἐπαινητός.* Bekk. anecd. p. 261: *ζηλωτοῦ· καὶ ἐπὶ τοῦ ζηλοῦν καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίζειν ἔταξαν τὸ ζηλωτὸν οἱ ῥήτορες κτλ.* Ammon. p. 65 Valck. *ζήλου τρία εἴδη· ὁ μὲν γάρ ἐστιν μακαρισμός κτλ.* Hesychius idem.

Schol. II, 44 *προπηλακίζων*] *ὑβρίζων* (Vat. Laur.). Conueniunt Photius, Suidas, lexicon Bachm. s. u.: *προπηλακίζων· ἀδικῶν ὑβρίζων διασύρων ἐξουθενῶν*; haec integra atticistarum interpretatio uerbi *προπηλακίζειν* uidetur esse, quod iisdem quattuor uerbis utitur scholiasta Platonis p. 361 B: *προπηλακίζομεν· ἀδικοῦμεν, ὑβρίζομεν, διασύρομεν, ἐξουθενοῦμεν* et ordine ex parte inuerso p. 414 B: *προπεπηλακισμένην· ὑβρισμένην, ἠδικημένην, διασεσυρμένην, ἐξουθενημένην.* Duobus tantum uerbis idem scholiasta hanc uocem explicat p. 349 B: *προπηλακιζόμενος· ὑβριζόμενος ἐξουθενούμενος*, similia denique habet p. 395 B: *προπηλακίσεις· ὕβρεις ἢ διασυρμούς.* Cum Platonis scholiasta non semel sed quater eadem utatur interpretatione, qua sola utitur scholiasta Aeschinis, nullo pacto dubitare licet, quin haec omnia ex atticistis deriuata sint. Conferas praeterea Hesychium et Etymologum Mag. p. 690, 3.

Schol. II, 41 u. ἔρανος] *ἔρανον δὲ συστήσειν φησὶν ἀντὶ τοῦ ὥστε τρέφεσθαι ἀπὸ τῶν δημοσίων χρημάτων* (Vat. Laur. B. F. gim.). *Ἄλλως· ὥστε ἕκαστόν τι αὐτῷ δοῦναι πρὸς χρῆσιν ἀργύριον· πᾶν γὰρ ὃ πολλοὶ διδόασιν ἀργύριον εἰς χρῆσιν ἔρανος καλεῖται. κἂν μὴ πρὸς χρῆσιν δέ, ἀλλὰ δωρεάν. ἢ ἔρανον τὴν παρὰ τῶν φίλων συνεισφορὰν καὶ ἐπίδοσιν* (Vat. Laur. B. gim.). Cum extremis scholiastae uerbis plane conueniunt lexicographi: Photius gl. 2: *ἐράνιον· ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον*, eadem apud Hesychium et Suidam s. u. *ἐράνιον.* Quae habet Hesychius s. u. *ἔρανον· συνεισφορά, δῶρον, εὐωχία ἢ ἀνὰ μέρος δεῖπνον ἢ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον*, simillima sunt scholio Platonico p. 457 B: *ἔρανός ἐστιν εἰσφορά τις ἑκάστου μηνός, ἢ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον ἢ εὐωχία, ἢ ἀνὰ μέρος δεῖ-*

πνον κτλ. Cuncta ista plane ex communi fonte prodierunt; quoniam autem paucissimis uerbis ante Aeschinis scholiastam uocis παιπάλημα interpretationem similem Aelii Dionysii interpretationi habere uidimus, hanc quoque explicationem atticistis uidetur debere.

Schol. II, 157 ῥυτῆρα] νῦν[1]) μὲν ἱμάντα (Vat. Laur. i.). κυρίως δὲ ἡνία, κατεχρήσατο δὲ ἐπὶ τοῦ ἱμάντος· οὐ γὰρ χαλινόν φησιν (Vat. Laur. gim.). Facillime in hac glossa perspicitur atticistarum doctrina; scholiastam enim dimidium fere tantum explicationis, quam exhibebat auctor, descripsisse apparet collato Photio: ῥυτήρ· ἁπλῶς μὲν ὁ ἱμάς, κυρίως δὲ ἡνία, παρὰ τὸ ῥύεσθαι τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἀναβάτας, ὅπερ ἐστὶ σώζειν, quocum ad uerbum fere conspirant Bekk. anecd. p. 299 et Etym. Mag. p. 707, 6: ῥυτήρ· ὁ ἱμάς. κυρίως δὲ τὰ ἡνία. παρὰ τὸ ῥύεσθαι τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἐποχουμένους, ὅπερ ἐστὶ σώζειν. Eodem plane spectat Photii glossa ῥυτῆρας καὶ βρυτῆρας· τὰς ἡνίας. Atticistas Demosthenis quoque scholiasta exhausit ita quidem, ut pro ἡνία uoce χαλινός usus sit p. 425 Dind.: ῥυτῆρα· οἷον μάστιγα· κυρίως δὲ λέγεται ῥυτὴρ ὁ χαλινὸς ἀπὸ τοῦ ῥύεσθαι καὶ ἕλκεσθαι παρὰ τῶν ἡνιόχων.

His addo quae uerba excerpsi ex scholio III, 13: u. ἀποκληροῦσιν] νόμος δ' ἦν τοὺς ἀποφυγόντας τῶν οἰκετῶν εἰς τὸ τοῦ Θησέως τέμενος ἀτιμωρήτους εἶναι (Vat. Laur. gm.). Vide Photium s. u. Θησεῖον· τὸ Θησέως ἡρῷον, ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν (cf. p. 304). ἐλέγοντο δὲ δίκαι καὶ ἐνταῦθα, quocum concinit locus in Bekkeri anecdotis p. 264: Θησεῖον τὸ τοῦ Θησέως ἡρῷον. ἔστι δὲ ἄσυλον τοῖς οἰκέταις. Similia praeterea tradit Hesychius s. u. νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφευγον, neque minus schol. Ar. Equ. 1312: εἰς τὸ Θησεῖον· ἐνταῦθα οἱ καταφεύγοντες τῶν οἰκετῶν ἀσυλίαν εἶχον.

Schol. I, 53 τηλία] τηλία σανίδιόν τι περιπεφραγμένον πάντοθεν. εἰς ὃ ἐνέβαλλον ἢ ἀλεκτρυόνας ἢ ὄρτυγας μάχεσθαι. καὶ τὸν ὑπερπηδῶντα αὐτῶν τὰ περιφράγματα ἔλεγον

1) Cf. Cobet. Mnem. X, 75 sqq.

ἠττᾶσθαι (Vat. Laur. Fgmq.). *ἰδίως δὲ εἶπεν κυβεῖον· οὐ γὰρ οὕτως ἐκάλουν, ἀλλὰ σκιραφεῖον. — ἡ τηλία ἐστὶν ἐφ᾽ ἧς τὰ ἄλευρα ἐκάθαιρον· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ οἱ κυβεύοντες καὶ πρὸς τὸ βάλλειν τοὺς κύβους, καὶ πρὸς τὸ συμβάλλειν τοὺς ὄρτυγας καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας* (Vat. Laur. gmq.). *ἢ σηλιόν ἐστιν ἡ τηλία, ἐφ᾽ οὗ μάττεται τὰ ἄλευρα. — τηλία· ἤτοι κυβευτικὰ ὄργανα, ἢ τραχηπίθου* (sic), *ἐν ᾧ τοὺς ὄρτυγας καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας ἔβαλλον μάχεσθαι* (cod. Patm.). Plane conuenit Photius: *τηλία· πῆγμα τετράγωνον, ἐφ᾽ οὗ ἤτοι τὰ ἄλφιτα πιπράσκεται ἢ ἀλεκτρυόνες συμβάλλονται*, plura quam apud hunc exstant in Bekkeri anecdotis p. 307: *τηλία· ἤτοι ξύλινόν τι, ἐφ᾽ οὗ ἔπαιζον οἱ κυβεύοντες, ἢ πλέγμα τι ψιαθῶδες στρογγύλον, ἐφ᾽ οὗ συνέβαλλον τοὺς ἀλεκτρυόνας.* Cum Photio conspirat Suidas gl. 1; conferatur praeterea Suidae glossa altera cum scholio Ar. Plut. 1038, Etymologus Mag. p. 756, 56, Hesychius: *τηλία· σηλία, ἐν ᾗ διαμάττεται τὰ ἄλευρα ἢ περιφέρεια κοσκίνου*, denique Pollux IX, 108: *καὶ τηλίᾳ μὲν ὁμοίᾳ τῇ ἀρτοπώλιδι κύκλον ἐμπεριγράψαντες ἐνίστασαν τοὺς ὄρτυγας ἐπὶ ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς ἀλλήλους.* Cum in hac quoque glossa satis congruant Photius, Suidas, Hesychius, lexicon Bekkeri, scholiastae Aristophanis et Aeschinis, quos etiam atque etiam cum atticistis conspirare in altero capite uidimus, hoc quoque scholion atticistis licet tribuere.

Schol. II, 147 u. *Ἐτεοβουτάδαι*] *οἱ τῷ ὄντι ἀπὸ τοῦ Βούτου. οὗτοι προϊστανται τοῦ ἱεροῦ τῆς ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος, καὶ ἐκ τοῦ γένους τούτων ἱέρεια γίνεται τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος*[1]) . . . Quae sequuntur, sunt scholiastae

1) In suspicionem hic mihi uenit Aeschinis locus, ad quem est hoc scholion, or. II § 147, ubi orator de patre suo haec facit uerba: *ἔτη γὰρ ἤδη βεβίωκεν ἐνενήκοντα καὶ τέτταρα, καὶ συμβέβηκεν αὐτῷ νέῳ μὲν ὄντι, πρὶν τὴν οὐσίαν ἀπολέσαι διὰ τὸν πόλεμον, ἀθλεῖν τῷ σώματι, ἐκπεσόντι δ᾽ ὑπὸ τῶν τριάκοντα στρατεύεσθαι μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἀριστεύειν δ᾽ ἐν τοῖς κινδύνοις, συγκατάγειν δὲ τὸν δῆμον, ὥσπερ καὶ ὀλίγῳ πρότερον εἶπον, εἶναι δ᾽ ἐκ φατρίας τὸ γένος, ἧ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ἐτεοβουτάδαις μετέχει* (*ὅθεν ἡ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος ἐστὶν ἱέρεια*). In his, quae inclusi, uerbis propterea offendimus, quod orator hoc loco de patre suo, non de matre agit; uerba autem illa non tam ad patris, quam ad matris laudem perti-

(Vat. Laur. gim.). Atticistas esse fontem scholii satis probat Photius: *Ἐτεοβουτάδαι· γένος Ἀθήνησιν· οἷον οἱ ἀληθῶς ἀπὸ Βούτου γεγονότες. ἐκ δὲ τούτων καθίστατο ἡ ἱέρεια τῆς Πολιάδος. καθαρῶς δ' ἦν Ἀττικὸν τὸ γένος καὶ γνήσιον· τὸ γὰρ ἐτεὸν τὸ ἀληθὲς δηλοῖ.* Exiguam tantum partem integrae atticistarum glossae seruatam uidemus in Bekk. anecd. p. 257: *Ἐτεοβουτάδαι· γένος Ἀθήνησι καθαρὸν Ἀττικὸν τὸ* (scr. *καὶ*) *γνήσιον.* Similiter in breue contraxit hanc glossam Suidas: *Ἐτεοβουτάδαι· γένος Ἀθηναίοις πάνυ λαμπρὸν ἀπὸ Βούτου. ἀφ' οὗ οἱ ἱερεῖς καθίσταντο Ἀθήνησιν.* Photio autem, ne dicam atticistis, similior est glossa apud Etym. Mag. p. 386, 3: *Ἐτεοβουτάδαι· γένος τι ἐπίσημον καὶ περιφανὲς τοῖς Ἀθηναίοις, οἱ ἀληθῶς ἀπὸ τῆς τοῦ Βούτου γεγονότες. ἐκ δὲ τούτου καθίστανται ἱέρειαι τῆς Πολιάδος.* Praeter Aeschinis scholiastam Demosthenis quoque atticistarum lexicis usus est coll. schol. Dem. p. 643, 6 Dind.: *Ἐτεοβουτάδην δὲ τὸν ἀληθῶς εὐγενῆ· τὸ γὰρ ὄνομα ἀπὸ Βούτου τινὸς ἀρχαίου γέγονεν Ἀθηναίου, καὶ τὸ ἐτεὸν τὸ ἀληθές.* Cum Photio bene conspirat Harpocratio, qui diserte affert auctorem: *καθά φησι Δράκων περὶ γενῶν.*

Unam praeter hasce habeo glossam, quam Photio adiutore usus probabiliter atticistis restituere posse mihi uideor. Schol.

---

nent. Accedit, quod mira inter scholiastae et oratoris uerba similitudo cernitur. Inde orta est mihi suspicio haec extrema uerba, quippe quae summam totius scholii efficerent, in ipsam orationem ex uetustissimi codicis margine irrepsisse; talia usu uenisse testis est Schultzius p. 333 not. 13: 'hoc scholion habet g in textu, hm in mg. . . .' Simili ratione scholiastae annotationem in contextum ex margine translatam repperisse mihi uideor in Demosthenis oratione XVIII § 130 p. 179 ed. Voemel.: *χθὲς μὲν οὖν καὶ πρῴην ἅμ' Ἀθηναῖος καὶ ῥήτωρ γέγονεν, καὶ δύο συλλαβὰς προσθεὶς τὸν μὲν πατέρ' ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον, τὴν δὲ μητέρα σεμνῶς πάνυ Γλαυκοθέαν, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην* (*ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν καὶ γίγνεσθαι δηλονότι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας τυχοῦσαν, πόθεν γὰρ ἄλλοθεν;*) Quae inclusi uerba si reuera scripsisset Demosthenes, nullo pacto scholiasta potuit haec proferre ad uocem *Ἔμπουσαν* circumscribendam p. 308, 7 ed. Dindorf.: *ἐκ τοῦ πάντα αἰσχρῶς καὶ ἀνοσίως ποιεῖν· τοιαύτη γὰρ ἡ πάλαι Ἔμπουσα.* Praeterea *δηλονότι* uox imprimis est scholiastarum.

III, 113 u. *πυλαγόρων*] *πυλαγόραι ἦσαν οἱ ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν μετεχουσῶν τῆς Ἀμφικτυονίας πεμπόμενοι εἰς τὸ συνέδριον τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων, τὴν ψῆφον ἕκαστος τῆς πόλεως ἔχων εἰς τὸ τὴν γνώμην ἀποφήνασθαι. Πυλαγόραι δ' ἐκαλοῦντο, ἐπειδὴ ἐν Πύλαις, ἥ ἐστι πόλις πρὸς Δελφοῖς, συνηθροίζοντο. ἐκεῖ γὰρ ἦν τὸ βουλευτήριον τῶν Ἀμφικτυόνων. ἔπεμπον δὲ καὶ ἱερομνήμονα, τὸν θύσοντα ὑπὲρ τῆς πόλεως οὕτω καλούμενον. ἔπεμπον δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἱερομνήμονα μὲν ἕνα, πυλαγόρας δὲ τρεῖς* (Vat. Laur.).

Atticistarum esse hanc doctrinam palam facit Photius, qui breuiorem, quam scholiasta praebet hanc glossam: s. u. *πυλαγόρος· ὁ πεμπόμενος ἐκ τῶν πόλεων εἰς τὴν Ἀμφικτυονίαν ῥήτωρ ὥστε ἐκεῖ ἀγορεῦσαι. πυλαγόρος δὲ παρὰ τὸ ἐν τῇ Πυλαίᾳ ἀγορεύειν· Πυλαία δὲ τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον· ἦσαν δὲ πυλαγόροι τρεῖς.* Quocum ad uerbum fere conuenit locus in Bekk. anecd. p. 292: *πυλαγόροι· οἱ πεμπόμενοι ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς τὴν Ἀμφικτυονίαν ῥήτορες, ὥστε ἐκεῖ ἀγορεῦσαι. ἐκλήθη δὲ πυλαγόρας παρὰ τὸ ἐπὶ Πυλαίᾳ ἀγορεύειν. Πυλαία δ' ἐστὶ τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον.*

Scholiasta *πυλαγόρος* uocem ex *Πύλαι* et *ἀγείρειν* compositam esse docet, Photius et Bekkeri auctor melius intellegunt *τὸν ἐν Πύλαις ἀγορεύοντα*. Cum autem praeter hanc differentiam bene inter se congruant hi tres, communem eorum fontem agnosco. Hesychius hanc quoque glossam exhibet decurtatam: *πυλαγόροι· οἱ προεστῶτες τῆς Πυλαίας· Πυλαία δέ ἐστιν ἡ εἰς Πύλας, τὰς Θερμοπύλας γινομένη σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων*. Quae sunt apud Hesychium et in Bekk. anecd. p. 292, in unam glossam contraxit Etymologus Mag. p. 695, 42 ἥ particula interposita. Ex parte praeterea atticistas excerpsit scholiasta Demosthenis p. 313 Dind. pro *πυλαγόροι* praebens *ἱερομνήμονες: οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ὡς κύριοι τῶν ψήφων ἐλέγοντο ἱερομνήμονες*, et nonnullis mutatis scholiasta Ar. Nub. 623: *εἰς τὴν σύνοδον τῶν Ἀμφικτυόνων πεμφθῆναι εἰς τὴν Πυλαίαν. κατὰ πόλιν δ' ἔπεμπον τοὺς θύσοντας καὶ συνεδρεύσοντας καὶ ἦσαν οἱ πεμπόμενοι πυλαγόραι καὶ ἱερομνήμονες*. Conferas praeterea Pho-

tium s. u. *ἑρομνήμονες*, schol. Ar. Lys. 1130, Harpocrationem, qui similia tradit et auctores laudat Hyperidem atque Theopompum.

Venio nunc ad id glossarum genus, quibus Aeschinis scholiasta

§ 6

conuenit cum Hesychio

quae glossae omnes desunt in codice Galeano Photii.

Schol. I, 87 *ἐδέκαζε*] *δεκάσαι ἐστὶ τὸ διαφθεῖραί τινας χρήμασι παραδικάσαι ἤ τι τοιοῦτον ποιῆσαι* (Vat. Laur. Fgm.). *ἐδέκαζεν οὖν, διέφθειρεν ἀργυρίῳ τοὺς δικαστάς· ἤρξατο δὲ τοῦ τοιούτου πρῶτος Ἄνυτος. ὠνομάσθη δὲ τὸ δεκάζειν ἀπὸ τοῦ δέκα συνισταμένους*[1] *μισθαρνεῖν ἐν πόλει* (Vat. Laur. gm.). Conueniunt Hesychii glossae 1: *δεκάζειν· διαφθείρειν χρήματα ἢ δῶρα ...*, quibus addenda sunt *δοῦναι τοῖς δικασταῖς*, gl. 2: *δεκάζων· ὁ εἰς δέκατον ἀριθμὸν ἥκων*, utramque autem Hesychii glossam coniunctam reperimus in Bekk. anecd. p. 236: *δεκάζειν· τὸ διαφθείρειν τοὺς δικαστὰς ἢ ἐκκλησιαστὰς τοῖς χρήμασι καὶ δώροις. ἐκλήθη δὲ τὸ πρᾶγμα οὕτως, ἐπεὶ κατὰ δέκα συναθροιζόμενοι ἐλάμβανον τὰ δῶρα.* Quae amplius sequuntur: *πρῶτος δ' ἐδόκει δεκάσαι Μέλης τὰς εὐθύνας διδοὺς τῆς ἐν Πύλῳ στρατηγίας, ἣν κακῶς ἐστρατήγησεν* —, male coniunxit lexici Bekkeriani auctor cum priore glossae parte; exstat enim altera glossa mutila tamen, quae plane cum scholiasta concinit: p. 211, 31: *Ἄνυτος· οὗτος πρῶτος δικαστήριον κατέδειξεν.* Ista uerba per se non possunt intellegi, addendum est *δεκάζειν*, quod uerbum ex fine glossae decidit. Qua re cognita apparet, hanc glossam p. 211 coniungendam esse cum iis, quae sunt p. 236 inde a *δεκάζειν* usque ad *τὰ δῶρα*. Quo facto idem efficitur atticistarum fragmentum, quod seruauit scholiasta quodque Hesychius circumcidit. Unde atticistae, quibus hoc scholion restituo, doctrinam suam petiuerint, ostendit Harpocratio s. u. *δεκάζων* sub finem glossae: *Ἀριστοτέλης*

1) Cf. G. Curtius, Grdz. d. griech. Etym. 5. Aufl. p. 507 et Etym. Mag. p. 254, 29.

δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ Ἄνυτόν φησι καταδεῖξαι τὸ δεκάζειν τὰ δικαστήρια.

Schol. II, 177 haec continet de uoce *ἀποστολεύς· ἀποστολεῖς δὲ οἱ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων, ὥστε ἐκπεμφθῆναι τοὺς πλέοντας στρατιώτας* (Laur. gm.). *περὶ τῶν ἀποστολέων ἔγνωμεν ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου* (§ 107 p. 262, 18)[1]), *ὅτι ἀρχὴ ἦν ἐπὶ τὸ ἐπείγειν τὸν στόλον ταχέως ἐκπλεῦσαι τεταγμένη . . .* (Vat. Laur. Fgim.). Hesychius habet haec: *ἀποστολεύς· τὰ πρὸς πλοῦν παρασκευάζων τοῖς πλέουσιν ἀποστελλομένοις ἀπὸ στόλων τὴν διὰ θαλάσσης*[2]), quae glossa integrior exstat in Bekk. anecd. p. 203, et eadem fere p. 435: *ἄρχοντες δέκα τὸν ἀριθμόν, ἐπὶ τῶν ἐκπλευσῶν τριήρων καὶ τῶν ἀποστόλων ἀναγομένων παρὰ τὸ ἀποστέλλειν τὰ πλοῖα.* Haec omnia ad atticistas reuoco. Similia praeterea reperiuntur apud Pollucem VIII, 99: *ἀποστολεῖς οἱ προνοούμενοι τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ ἔκπλου τῶν τριήρων*, et apud Harpocrationem s. u. *ἀποστολῆς· οἱ ἐπὶ τῆς ἐκπομπῆς τῶν τριήρων ἀποδεδειγμένοι· Δημοσθένης . . καὶ Φιλόχορος ἐν ζ'.* Haec quoque glossa satis docet, Harpocrationem minime atticistis usum esse, sed communem esse fontem Harpocrationis, Pollucis, atticistarum, id quod supra cognouimus.

Schol. II, 94 *ἐξωμοσία ἐστὶ μεθ' ὅρκου ἄρνησις . . .* (Vat. Laur. B. gim.). Conuenit Hesychius: *ἐξωμοσία ἄρνησις μεθ' ὅρκου*, neque minus huc spectat lexicon Bachm. I p. 103, 30: *ἐξωμοσία δὲ ἄρνησις σὺν ὅρκῳ κτλ.*, quibus bene composueris schol. Ar. Eccl. 1026: *ὀμόσαι ὡς οὐκ ἂν δυναίμην* et schol. Dem. p. 397 Dind.: *ἐξωμοσάμην εὐθέως· . . . ἐξωμοσία μὲν*

---

1) Quod laudat Aeschinis scholiasta scholion Demosthenicum inuenitur p. 299 ed. Dind.: *ἀποστολεῖς ὄνομα ἦν ἀρχῆς παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἔργον ἔχουσα τὸ φροντίζειν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως πρὸς τὸ ταχέως ἐξελθεῖν.* Hunc unum indagaui locum, unde quis conicere posset, ab eodem auctore congesta esse scholia Demosthenica et Aeschinea. Nihil tamen nisi opinionem nimis praeiudicatam attulit G. Dindorfius (cf. praef. ad schol. Aeschin. p. V. Demosth. p. XII), Zosimum Ascalonitam esse utriusque scholiorum collectionis auctorem.

2) Sic scribendum cum Stoientino de Pollucis . . . auctoritate p. 24.

γάρ ἐστιν ἡ παντελὴς ἄρνησις μεθ' ὅρκου. Praeterea uide Suid. u. *ἐξόμνυσιν* et u. *ἐξομόσαιτο*, Harp. u. *ἐξωμοσία*.

Haec Aeschinis scholiastae uerba coniuncta exstant cum uberrima illa interpretatione uocis *ἀντωμοσία*, quam infra p. 333 Eustathio adiutore usus atticistarum esse demonstraui, quare hanc quoque uocis *ἐξωμοσία* explicationem ex eodem fonte manauisse apparet.

Schol. I, 114 *διαψηφίσεσι*] *οἷον ταῖς δοκιμασίαις τῶν πολιτῶν, τίνες ἀληθῶς πολῖταί εἰσι γνήσιοι, καὶ τίνες παρεγγεγραμμένοι . . .* (Vat. Laur. Fgmq.). Summam huius explicationis aliis uerbis exhibet Hesychius: *διαψήφισις· ἡ ἐξέτασις τῶν πολιτῶν ἢ κατὰ δήμους γινομένη.* Ex hoc quoque scholio atticistarum doctrinam amplificandam esse ostendunt ampliores glossae, quae sunt apud Suidam et in Bekkeri anecdotis. Suidae glossa 1 haec habet: *οἱ πολῖται συνίασιν ἕκαστοι κατὰ τοὺς αὑτῶν δήμους, καὶ περὶ τῶν αἰτίαν ἐχόντων ἢ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν ψῆφον φέρουσι κρύβδην, οἷον Ἀχαρνεῖς περὶ Ἀχαρνέων . . . καὶ τοῦτο διαψήφισις καλεῖται,* Bekk. anecd. p. 236: *ἁπλῶς μὲν τὸ ἐνεγκεῖν ψήφους, κυρίως δε ἡ τῶν δημοτῶν ἐξέτασις, ἣν ἐποιοῦντο αὐτοῖς, ἵνα τοὺς ξένους ἀποψηφισάμενοι ἐκβάλλωσι τῶν δήμων καὶ τῆς πολιτείας.* Simillima licet afferre e Polluce VIII, 64: *διαψήφισις δ' ἦν τὸ τοὺς δημότας τὴν ψῆφον ὑπὲρ τῶν παρεγγεγράφθαι δοκούντων ἐνεγκεῖν*, quem ad uerbum descripsit scholiasta Platonis p. 455 B. Unde et Pollux et atticistae sua deprompserint, hoc quoque loco docet Harpocratio s. u. *διαψήφισις· ἰδίως λέγεται ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐξετάσεων, αἳ γίγνονται περὶ ἑκάστου τῶν δημοτευομένων, εἰ τῷ ὄντι πολίτης καὶ δημότης ἐστὶν ἢ παρεγγέγραπται ξένος ὤν . . . ἐντελέστατα δὲ διείλεκται περὶ τῶν διαψηφίσεων . . . Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι καὶ Φιλόχορος ἐν ς' τῆς Ἀτθίδος.*[1])

Schol. III, 79 *διαφερόντως· ἀντὶ τοῦ μετὰ σπουδῆς καὶ ἐξαιρέτως* (Vat. Laur. g.). Quia tres praeterea auctores: Hesychius, Suidas, scholiasta Thucydidis ad I, 38, qui in schol.

1) Cf. p. 300 sqq.

VI, 27, 4 Pausaniam diserte laudat, eadem utuntur interpretatione: *διαφερόντως· ἐξαιρέτως*, ne hanc quidem perexiguam glossam atticistis adscribere dubito.

Schol. II, 126 *ἐν διαμεμετρημένῃ τῇ ἡμέρᾳ] φασὶν ὅτι τὰς ἡμέρας τοῦ Ποσειδεῶνος μηνὸς ἐπιλεξάμενοι οἱ Ἀθηναῖοι ὡς συμμέτρους καὶ δυναμένας κατέχειν ἔνδεκα ἀμφορέας πρὸς αὐτὰς καὶ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις ἐσκευάζοντο τὴν κλεψύδραν, μεγάλου πράγματος δηλονότι γυμναζομένου, ἀπενέμοντο δὲ οἱ ἔνδεκα ἀμφορεῖς κατὰ τὸ τρίτον τοῖς ἀντιδίκοις καὶ τοῖς δικασταῖς* (Vat. Laur. Fgim.). Exiguam tantum partem eruditae huius glossae seruauit Hesychius s. u. *διαμεμετρημένην ἡμέραν· ἐπὶ τῶν μεγάλων δικῶν τὴν ἡμέραν ἐμέριζον εἰς διαστήματα*, plura autem atque simillima tradit Harpocratio s. u. *διαμεμετρημένη ἡμέρα· μέτρον τί ἐστιν ὕδατος πρὸς μεμετρημένον ἡμέρας διάστημα ῥέον. ἐμετρεῖτο δὲ τῷ Ποσειδεῶνι μηνί, πρὸς δὴ τοῦτο ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἀγῶνες. διενέμετο δὲ τρία μέρη τὸ ὕδωρ, τὸ μὲν τῷ διώκοντι, τὸ δὲ τῷ φεύγοντι, τὸ δὲ τρίτον τοῖς δικάζουσι. ταῦτα δὲ σαφέστατα αὐτοὶ οἱ ῥήτορες δεδηλώκασιν, ὥσπερ καὶ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ διδάσκει περὶ τούτων κτλ.* Harpocrationem Suidas descripsit.

Hanc explicationem ex Aristotele ad atticistas transiisse licet arbitrari, atticistis autem sua uidetur debere scholiasta, praesertim cum pluribus exponat Photius in bibliotheca cod. 152 (Rindfl. p. 12) Aelium Dionysium in lexico suo imprimis exhibuisse, quidquid pertineret ad iudicia diesque festos Atheniensium: *ὅσαι τε γὰρ ἐπιχωριάζουσι λέξεις τοῖς Ἀθηναίοις περί τε τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς δίκας, ἐντεῦθεν* (sc. ex Aelii Dionysii lexico) *ἔστιν ‘ἐκμαθεῖν’*

Quibus uerbis propositis ea quoque ex atticistis fluxisse probabile est, quae profert scholiasta in schol. I, 43 u. *Διονυσίων] Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησιν Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Λήναια μηνὸς Ληναιῶνος, τὰ δ' ἐν ἄστει μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος. Διονυσιάδες δὲ ἐν Σπάρτῃ παρθένοι, αἱ ἐν τοῖς Διονυσίοις δρόμον ἀγωνιζόμεναι*

(Vat. Laur. gmq.). Ad uerbum conuenit Hesychius utramque glossam praebens: *Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησιν Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν κατ᾽ ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Ληναια μηνὸς Ληναιῶνος· τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος*, deinde *Διονυσιάδες· ἐν Σπάρτῃ παρθένοι αἱ ἐν τοῖς Διονυσίοις δρόμον ἀγωνιζόμεναι*, neque minus Bekk. anecd. 235: *Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησι Διονύσου· ἤγετο δὲ τὰ μὲν κατ᾽ ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Ληναῖα* (scr. *Λήναια*) *Γαμηλιῶνος, τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος. Ληναιῶνα* et *Γαμηλιῶνα* unum eundemque mensem esse, satis notum est. Atticistis autem hanc glossam reddendam esse probatur etiam scholio Platonico p. 407 B, quod ad uerbum conspirat cum scholio Aeschineo, nisi quod Dionysia Lenaea quinto Atheniensium mense acta esse tradit, cui nomen est *Μαιμακτηριών*: *Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησι Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν κατ᾽ ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Ληναῖα* (scr. *Λήναια*) *μηνὸς Μαιμακτηριῶνος, τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος*; paucissimis autem uerbis ante scholiasta Platonis p. 406 B. s. u. *ἀλιτηριώδης* diserte laudat *Διονύσιον τὸν Ἁλικαρνασσέα*. Haec quoque glossa, quae sine dubio atticistarum est, quam bona Hesychius atticistis debeat, satis docet.

Schol. II, 78 u. *Τοῦ Βουζύγου*] *τοῦ ὄντος ἐκ τοῦ γένους τῶν Βουζυγῶν. ἦν γὰρ ἦν καὶ τοῦτο*[1]) *γένος τιμώμενον παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἐξ οὗ ἐγίνετο ἡ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς. Βουζύγης δὲ ἐκλήθη Ἐπιμενίδης*[2]) *Ἀθηναίων τῶν πάλαι, ὅστις πρῶτος ζεῦγος βοῶν ἔζευξεν· ὅθεν καὶ τὸ ἄροτρον αὐτοῦ ἀνέκειτο ἐν τῇ ἀκροπόλει πρὸς μνήμην* (Vat. Laur. Fgim.). Audiamus Hesychium: *Βουζύγης ἥρως Ἀττικός. ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας. ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. καθίστατο δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ ὁ τοὺς ἱεροὺς ἀρότους ἐπιτελῶν Βουζύγης.* Nonnullis mutatis praeterea conuenit lexicon quintum Bekkeri p. 221, 8: *Βουζυγία· γένος τι Ἀθήνησιν, ἱερωσύνην τινὰ ἔχον. Βουζύγης γάρ τις τῶν ἡρώων, πρῶτος βοῦς ζεύξας, τὴν γῆν*

1) Particula *καί* uidetur indicare, in fonte scholiastae de compluribus nobilissimis generibus actum fuisse.

2) Cf. Aristot. apud Seru. ad Verg. Georg. I, 19.

ἤροσε καὶ εἰς γεωργίαν ἐπιτήδειον ἐποίησεν, ἀφ᾽ οὗ γένος καλεῖται Βουζυγία. Omnia sunt atticistis tribuenda.

Schol. I, 125 *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς*] *παρὰ τὴν Ἀνδοκίδου οἰκίαν εὕρηται Ἑρμῆς· γέγονε δ᾽ ἐπίσημος Ἀνδοκίδης, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐλέχθη Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς, διὰ δὲ τὸ πλησίον εἶναι τῆς Ἀνδοκίδου οἰκίας, διὰ τοῦτο αὐτοῦ ὠνομάσθη* (Vat. Laur. gm.). Cum inferiore glossae parte conuenit Hesychius: *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς· ἐπειδὴ πρὸ τῆς οἰκίας τῆς Ἀνδοκίδου εἵστήκει ὁ Ἑρμῆς, ἀνάθημα φυλῆς* (sc. *Αἰγηΐδος* cf. Harpocr. s. u.), breuiorque etiam glossa in Bekk. anecd. p. 212: *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς· ὁ παρὰ τῇ οἰκίᾳ Ἀνδοκίδου.* Hoc scholion e Pausaniae lexico fluxisse censeo propter doctam interpretationem uocis *Ἑρμοκοπίδαι* in schol. Thuc. VI, 27, 4, ubi laudatur Pausanias (Ri. fr. 198), qua cum glossa coniunctum opinor fuisse nostrum scholion (cf. p. 303 ann. 1).

Mirum quendam in modum inter sese conueniunt duo scholia procul dubio atticistis reddenda, quae sunt schol. Aeschin. II, 94 et schol. Plat. p. 330 B. Aeschineum hic dabo, quas habet Platonicum scripturae discrepantias, infra notabo:

Ἀντωμοσία ἐπὶ δίκης[1]*, διὰ τὸ ὀμνύναι ἑκατέρους, τὸν μὲν ἐγκαλοῦντα, ὅτι ἠδίκηκε*[2]*, τὸν δὲ ἐγκαλούμενον μὴ ἠδικηκέναι. οἱ δὲ*[3] *τὴν ἐπὶ πράγμασιν ἀμαρτυρήτοις*[4] *καὶ ἀνεπιγράφοις*[5] *εἰς ὅρκον περιϊσταμένην δίκην, ἐφ᾽ ᾗ ἴσοι*[6] *κριταὶ δικάζουσιν*[7]*, ἔνιοι δέ*[8]*, ὅτε*[9] *ἐπὶ δημοσίῳ ἀγῶνι σκηπτομένου τινὸς κάμνειν ὁ ἀντίδικος ἀνθυπόμνυται*[9]*, φάσκων*

1) Sch. Plat. *ἐπὶ δίκῃ λέγεται.* 2) Sch. Plat. *ἠδίκηται.*

3) Sch. Plat. *οἱ δὲ ἀντωμοσίαν.* 4) Sch. Plat. *ἀμαρτύροις.*

5) Sch. Plat. *ἀνεγγράφοις.* 6) Sch. Plat. *ἐφ᾽ οἷς* (sc. *πράγμασιν*), unde corrigendum est scholion Aeschineum.

7) Sch. Plat. *δοξάζουσιν*, Aeschineum inde corrigendum: ubi argumenta desunt litteris mandata neque testes opitulantur — *ἐπὶ πράγμασιν ἀμαρτύροις καὶ ἀνεγγράφοις* — necesse est iudices ex arbitrio iudicare, i. e. *δοξάζειν.*

8) Omisit schol. Plat. et in schol. Aeschin. codd. Laur. g.

9) *Ὅταν* schol. Plat. et codd. Aeschin., *ὅτε* Dindorf., restituendum est: *ὅταν — ἀντομνύηται* cum scholio Platonico pro *ὅτε ἀνθυπόμνυται*, item *διαλαμβάνωσιν.*

προσποιεῖσθαι αὐτόν, καὶ περὶ τούτου διαλαμβάνουσιν[1]) *οἱ δικασταί*[2]) (Vat. Laur. B. gim.).

Potest sane inde intellegi, quantus fructus ex scholiastis inter se comparandis capiatur, id quod semel saepius antea uidimus. Cum apud utrumque scholiastam eadem uerba reperiantur atque haec glossa pertineat ad ius, cui rei illustrandae imprimis Aelium Dionysium studuisse scimus, uel ea de causa atticistarum doctrinam agnoscere debemus. At lexicographi quoque similia proferunt de uoce *ἀντωμοσία*, quae non minus ex atticistis fluxisse puto. Hesychius: *ἑκατέρου μέρους ὅρκος τοῦ μὲν φεύγοντος ὅτι μὴ ἠδίκησεν τοῦ δὲ ἐγκαλοῦντος ὅτι ἠδίκηται* et Bekk. anecd. p. 200: *τὸ γράμματα γράψαι καὶ ἀποφέρειν εἰς τὴν ἀρχὴν τόν τε φεύγοντα καὶ τὸν διώκοντα, τὸν μὲν ἀληθῆ κατηγορεῖν, τὸν δὲ ἀληθῆ ἀπολογήσεσθαι*, quibus adde Harpocrationem, qui eundem atque atticistae fontem adiit s. u. *ἀντωμοσία· γράμματά τινα γράψαντες ἀποφέρουσι πρὸς τὴν ἀρχὴν οἵ τε κατηγοροῦντες καὶ οἱ κατηγορούμενοι, περὶ ὧν ἂν ἡ δίκη. καλεῖται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ ἀντώμνυον οἱ διώκοντες καὶ οἱ φεύγοντες, οἱ μὲν ἀληθῆ κατηγορήσειν, οἱ δὲ ἀληθῆ ἀπολογήσεσθαι*. Imprimis autem notabile est Eustathii testimonium, quod exstat p. 1660, 45 quodque integrum afferre operae est pretium: *τοῦ δὲ ὀμῶ, ὀμόσω, πολλῶν ὄντων*[3]) *συνθέτων, ἐνθυμητέον ἐνταῦθα τὸν συνωμότην. περὶ οὗ φασιν οἱ παλαιοὶ ὅτι συνωμότης μὲν ὁ κατὰ τοῦ δήμου ἀνιστάμενος, ξυναγωγεὺς δὲ ὁ τοὺς τοιούτους ὑποδεχόμενος. ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀντωμοσίαν καὶ τὴν ὑπωμοσίαν καὶ τὴν ἐξωμοσίαν, ὧν κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἀντωμοσία μὲν ἦν δίκη ἀντωμοσμένη. προώμνυε μὲν γὰρ ὁ διώκων δικαίως κατηγορεῖν, καὶ ἦν φασι τὸ αὐτὸ καὶ κατωμοσία, ἀντώμνυε δὲ ὁ φεύγων ἀδίκως ἐγκαλεῖσθαι καὶ ἐλέγετο οὐκ ἀντωμοσία μόνον, ἀλλὰ καὶ διωμοσία,*

1) Cf. p. 332 n. 9.

2) Scholion Plat. haec addit: *οἱ δὲ ὅτι ὁ τοῦ κατηγορουμένου ὅρκος ἀντωμοσία, ἐπὶ τῷ τἀληθῆ ἀπολογήσεσθαι, ὥσπερ τοῦ κατηγοροῦντος πρότερον διωμοσία* (cf. Eustath. l. c.), *ἐπὶ τῷ τἀληθῆ κατηγορήσειν.*

3) Cf. Eustath. p. 405, 36 (Ri. fr. 286) *'τεσσάρων τούτων ὄντων' . . . κατὰ Αἴλιον Διονύσιον . . .*

ὁ ἀμφοῖν ὅρκος, τὴν δὲ ὡς ἐῤῥέθη διωμοσίαν κατωμοσίαν Ἡρόδοτος[1]) *εἶπεν ἐν τῷ ‘μετὰ δὲ τὴν κατωμοσίην ἐδίωκε’. καὶ τοιοῦτον μὲν ἡ ἀντωμοσία. ὑπωμοσία δέ φασιν ἐστιν ἀπόδοσις αἰτίας, δι’ ἣν οὐκ ἀπήντησέ τις πρὸς τὴν δίκην. ἐξωμοσία δὲ ὅταν φασὶν ὀμνύῃ τις ἀδύνατος εἶναι ποιεῖν τὸ προστατττόμενον.* Tota haec expositio, cum in ea *οἱ παλαιοί* laudentur, in eorum locorum numero est habenda, de quibus disputaturus sum in Epimetro. Quid igitur impedit, quominus hoc loco agnoscamus Aelium Dionysium?[2]) Hunc non minus quam ceteri compilauit scholiasta Demosthenis p. 397, 5 Dind.: *τί διαφέρει ἐξωμοσία καὶ ὑπωμοσία; ἐξωμοσία μὲν γάρ ἐστιν ἡ παντελὴς ἄρνησις μεθ’ ὅρκου, ὑπωμοσία δὲ ἡ ἔνορκος ἀναβολή, ὅταν ὀμνύῃ τις ὅτι νῦν μὲν οὐ δύναμαι τόδε ποιῆσαι, ὕστερον δὲ αὐτὸ ποιήσω. διωμοσία δὲ ἡ γινομένη ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ὅταν ὀμνύῃ καὶ ὁ κατήγορος καὶ ὁ φεύγων· αὕτη δὲ καὶ ἀντωμοσία λέγεται.*

§ 7.

Conuenit Suidas

cum duobus scholiis Aeschineis; utraque glossa deest in codice Galeano.

Schol. II, 19 *ἐκμαρτυρία*] *μαρτυρία μέν ἐστιν ὅταν τινὲς μαρτυρήσωσιν παρόντι τινί, ἐκμαρτυρία δὲ ὅταν περὶ ἀπόντος τινὸς καὶ ἀποδήμου ὑπάρχοντος, λέγοντες ὅτι· μαρτυροῦμεν, ὅτι ὅτε παρῆν, ἔλεγε τόδε. καὶ λοιπόν, εἰ ἐπανελθὼν ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι οὐδὲν εἶπον, ἐκρίνοντο οὗτοι συκοφάνται* (Vat. Laur. BFgim.). *ἐκμαρτυρία ἐστὶν ὅταν μὴ εἰδὼς αὐτὸς μαρτυρῇ, ἀλλὰ φάσκῃ ἀκηκοέναι. Ἄλλως· ἡ τοῦ μὴ παρόντος μαρτυρία καλεῖται ἐκμαρτυρία, οἷον τοῦ ἔξω ὄντος μαρτυρία. τῶν ἀποδημούντων γὰρ καὶ τῶν μὴ δυναμένων ἐλθεῖν εἰς τὸ*

---

1) Herodotus laudatur a Pausania: apud Eustath. p. 1425, 61 et p. 1604, 5; ab Aelio Dionysio p. 880, 31. 940, 20. 1158, 39. 1851, 27.

2) *Ὁρκωματικὰ ἐπιῤῥήματα* (*κατωματικά*: ‘*νὴ τόν*’ — ‘*ναὶ μὰ τόν*’, *ἀπωμοτικά*: ‘*μὰ τόν*’ — ‘*οὐ μὰ τόν*’) attigit Aelius Dionysius apud Eustath. p. 1450, 43 (Ri. fr. 285).

δικαστήριον καὶ τὰς τῶν τετελευτηκότων μαρτυρίας ἐκ γραμματείων ἀνεγίνωσκον, αἳ ἐκαλοῦντο ἐκμαρτυρίαι (Vat. Laur. Bgim.).

Cum priori tum inferiori scholii parti similia sunt, quae docet Suidas gl. 1: *ἐκμαρτυρεῖν· φασὶ τὸ λέγειν οὐχ ἅπερ αὐτὸς οἶδεν, ἀλλ᾽ ἅπερ ἑτέρων ἤκουσε λεγόντων. ἐκμαρτυρία δὲ γεγραμμένη ἀναγινώσκεται, ὅταν τις ἢ τελευτήσῃ ἢ ᾖ ὑπερόριος.* Cum Suida ad uerbum conuenit Etymologus Mag. p. 324, 3, nisi quod cum Suida et scholiasta Aeschinis scribere malo *οἶδεν* pro *εἶδεν*. Atticistis autem recte haec glossa tribuitur, cum euidentissima sit similitudo inter uerba scholiastae et Bekk. anecd. p. 248: *ἐκμαρτυρία· διαφέρει μαρτυρίας ἐκμαρτυρία .. τῶν μὲν γὰρ παρόντων μαρτυρία, τῶν δὲ ἀπόντων ἐκμαρτυρία καλεῖται. καὶ ὁμοίως ἐκμαρτυρίαν λέγουσιν, ὅταν τις τὰ παρὰ τοῦ ἀπόντος εἰρημένα ἐκμαρτυρήσῃ.* Iisdem licet uerbis hoc quoque loco niti, quae p. 330 attuli ex Photii bibliotheca cod. 152 de Aelii Dionysii lexico; praeterea conferatur Thomas Magister p. 242, 10 Ritschl.: *μαρτυρία· ὅταν περὶ παρόντος τινὸς μαρτυρῇ, ἐκμαρτυρία δέ, ὅταν περὶ ἀπόντος καὶ ἀποδήμου.*

Schol. III, 27 u. *ἐπιβολάς*] *οἷον ζημίας καὶ πρόστιμα καὶ καταδίκας τοῖς ὑπ᾽ αὐτόν, ὅπερ ἐστὶν ἔργον τῆς ἀρχῆς* (Vat. Laur. Fg.). *ἄλλως. οἷον καὶ ἐζημίου χρήμασιν οἷς ἐβούλετο· τοῦτο δὲ ποιεῖν τοῖς ἄρχουσιν ἔξεστιν. ἄλλως. ἐπιβολὴν λέγουσιν, ἣν ἡ ἀρχὴ ζημίαν ἐπιτίθησιν, ἡνίκα ἐν τοῖς θεάτροις κηρύττει οἷον· ἐπιβάλλει ὁ ἄρχων τῷ δεῖνι ποιητῇ τοσόνδε, ἂν μὴ τὸν χορὸν εἰσάγῃ* (Vat. Laur. g.). Plura, similia tamen habet Suidas s. u. *ἐπιβολή· παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ἡ ζημία. καὶ Ἀριστοφάνης* (Vesp. u. 766)· *ταύτης ἐπιβολὴν ψηφιεῖ μίαν μόνην᾽. ὡς ὁριζομένη ζημία τοῖς ἁλοῦσιν ἐξημαρτηκέναι περὶ ὀρφανοὺς ἐπιτρόποις, ἢ καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν τὰ δημόσια μὴ καλῶς διοικησάντων, ἢ τοῖς κατέχουσι τὰ ἀλλότρια καὶ μὴ εἰς ἐμφανὲς καθιστᾶσιν. — ἣν οἱ ἄρχοντες ζημίαν ὁρίζουσιν, ἐπιβολὴ καλεῖται. καὶ τὸ ῥῆμα ἐπιβάλλειν.* Eadem autem glossa omisso Aristophanis testimonio seruata est in Bekk. anecd. p. 254 *ἐπιβολὴ καὶ ἐπιβάλλειν· ζημίας ὄνομα, τὸ τὸν ἄρχοντα ἢ τὴν βουλὴν χρήματα ὁρίζειν τινὶ ζημίαν δοκοῦντι ἀδικεῖν*

τὰ δημόσια ἢ ὀρφανούς, ἢ κατέχειν τὰ ἀλλότρια καὶ μὴ εἰς ἐμφανὲς ἄγειν. τὸ δὲ ἐπιβάλλειν ἐπὶ τοῦ ζημιοῦσθαι τέτακται. Conferantur amplius Harpocratio et Hesychius s. u. Inde autem apparet, id quod habet in deliciis, scholiastam ex parte tantum descripsisse, quae ei suppeditabat auctor, fortasse Aelius Dionysius (coll. Phot. biblioth. cod. 152, quae uerba supra sunt p. 330).

§ 8.

Venio nunc ad duas eius generis glossas in scholiis Aeschineis exstantes, quae similes sunt alicui (praeter eos, de quibus diximus) lexicographo uel scholiastae, quem aliis locis usum esse atticistarum lexicis constat.

Schol. I, 41 *κιθαρῳδοὺς ἢ κιθαριστάς*] *διαφέρει κιθαρῳδὸς καὶ κιθαριστὴς τῷ τὸν μὲν κιθαριστὴν κεχρῆσθαι τῇ κιθάρᾳ μόνον, τὸν δὲ κιθαρῳδὸν μετὰ τῶν χειρῶν καὶ τῇ φωνῇ· διὸ καὶ κιθαρῳδὸς λέγεται* (Vat. Laur. gmq.). *παρὰ τὸ κεχρῆσθαι τῇ κιθάρᾳ σὺν τῇ ᾠδῇ. κιθαρῳδὸς ὁ καὶ ᾄδων καλῶς, κιθαριστὴς δὲ ὁ χωρὶς ᾠδῆς* (Vat. Laur. gm.). Aliis uerbis eadem breuius refert allato hoc Aeschinis loco Ammonius [1]) ed. Valck. p. 82 s. u. *κίθαρις· κιθαριστὴς μέν ἐστιν ὁ μόνον ψάλλων· κιθαρῳδὸς δὲ ὁ ᾄδων καὶ ψάλλων.* Quoniam iam supra uidimus Ammonium *λέξεις διαφόρους* ex Aelio Dionysio petiuisse: p. 264 uoces *γέλοιος* et *γελοῖος* et p. 270 *κέλης* et *ἐπακτροκέλης*, nemo dubitabit, quin hanc quoque glossam et scholiasta et Ammonius alterutri atticistae debere possit.

Schol. II, 110 *ἕτερον*] *παρατήρησαι ὅτι οἱ Ἀττικοὶ ἀδιαφόρως λέγουσι τὸ ἕτερον οὐ μόνον ἐπὶ δύο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῶν. μετὰ γὰρ δύο ψηφίσματα εἶπεν ἕτερον* (Vat. Laur. Fgim.). Sinceram quidem hanc esse atticistarum doctrinam, breui persuasum habebis. Simillima atque scholiasta Aeschinis profert scholiasta Ar. Pac. 11 s. u. *ἑτέραν ἑτέραν*] *οἱ Ἀττικοὶ καὶ ἐπὶ πολλῶν λέγουσι τὸ ἕτερον, ἡμεῖς δὲ* [1]) *ἐπὶ δευτέρας μόνης. ἐπὶ τῆς τρίτης ἑτέραν εἶπεν. ὅλως δὲ ἡ παρατετηρημένη ἐπί*

1) Plura de Ammonio uide infra in Epim. § 3.

2) Cf. Cobet. Mnem. X, 75.

τε τοῦ ἑτέρου καὶ ἄλλου διαφορὰ παρ᾽ Ἀττικοῖς οὐκ ἔστιν, neque hic omittere licet simillimam obseruationem scholiastae Demosthenis, quam profert p. 684, 19 Dind., ubi *οὐδέτερον* spectat ad quattuor infinitiuos *ἀπάγειν, ἐφηγεῖσθαι, γράφεσθαι, δικάζεσθαι*. Mirandum plane esse docet scholiasta, quod orator quattuor membra respiciens posuerit *οὐδέτερον*, id quod aeque atque *ἑκάτερον* et *ἀμφότερον* locum habere soleat, ubi de duabus tantum rebus agatur. Sed uti Aeschinis Aristophanisque ita etiam Demosthenis scholiasta postremo addit: *φάσκομεν ὅτι μάλιστα μὲν ἀττικόν ἐστι λέγειν* (sc. *τὸ οὐδέτερον*) *οὐ μόνον ἐπὶ δύο, ἀλλὰ καὶ πολλῶν*. Praeterea huc referendae sunt duae glossae Photianae: 1. *ἕτερος· Φερεκράτης ἐπὶ πολλῶν·* 2. *ἕτερος· ἐπὶ δυεῖν λέγουσιν*. Iam satis superque Pherecratis nomen redolet atticistas, quos prorsus agnosces allato Eustathii loco p. 1573, 46: *ἐν δὲ τῷ ἕτερον μὲν θειλόπεδον, ἑτέρας δὲ τρυγῶσιν, ἄλλας δὲ τραπέουσιν, ἕτεραι δ᾽ ὑποπερκάζουσιν, ἐφ᾽ ὧν ἐν τρισὶ τόποις κεῖται τὸ ἕτερον εἰωθὸς ἐπὶ δύο λέγεσθαι καὶ δηλοῦν τὸ ἓν ἐξ αὐτῶν, γράφοντες οἱ παλαιοὶ περὶ τοῦ ἕτερος καὶ ἄλλος λέγεσθαί φασι τὸ ἕτερος καὶ ἐπὶ πολλῶν. Δημοσθένης γοῦν ἐν τῷ κατ᾽ Ἀριστοκράτους φησί· τρίτον δ᾽ ἕτερον δικαστήριον πρὸς τούτοις. οὕτω δὲ καὶ τὸ ἄλλος οὐ μόνον ἐπὶ πολλῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ δύο. καὶ ὅλως ἀδιαφόρως* (idem scholiasta Aeschinis) *Ἀττικοὶ* (schol.: *οἱ Ἀττικοὶ*) *χρῶνται ἀμφοῖν. ὥστε καὶ ἐκ παραλλήλου λέγουσιν ἀμφότερα κτλ.* Et haec et quae sequuntur uerba, quibus continetur Platonis testimonium, sunt atticistarum, quorum loco laudantur *οἱ παλαιοί* (cf. Epim.).

Sub finem autem istius explicationis apud Eustathium haec inueniuntur uerba de Homero: *εἰ γὰρ καὶ οἱ μεθ᾽ Ὅμηρον Ἀττικοὶ τὸ ἕτερον καὶ ἐπὶ τρίτου καὶ τετάρτου τιθέασιν, ἀλλ᾽ Ὅμηρος ἐπὶ δύο μόνων τάττει αὐτό*, et paulo post amplius de Homero his uerbis agitur: *τὸ μὲν γὰρ ἕτερος ἐπὶ δύο μόνων λέγεται, τὸ δὲ ἄλλος ἐπὶ πλειόνων*. Quibus propositis iam uide, quam rationem lexicographi in exhauriendis auctoribus sequantur. Prior istius disceptationis pars atticum sermonem illustrans plane aliena erat ab Ammonii proposito *λέξεις δια-*

φόρους colligentis — hanc omisit; descripsit, quibus bene posset uti p. 60 Valck.: ἕτερος καὶ ἄλλος διαφέρει. ἕτερος μὲν ἐπὶ δυοῖν τάσσεται, ὡς Ὅμηρος —, τὸ δὲ ἄλλος ἐπὶ πολλῶν. ὡς αὐτὸς Ὅμηρος. Luce clarius est, ista fluxisse ex altera parte illius apud Eustathium expositionis, ubi res est de sermone Homerico.

Haec quidem habui, quibus pro uirium imbecillitate, quam magna quamque praeclara pars atticistarum doctrinae seruata esset ab Aeschinis scholiasta, probarem.

Iucundissimum fructum percepero, si cui Aelii Dionysii et Pausaniae fragmenta denuo colligenti nonnulla praesidia suppeditaro quamuis exigua.

INDEX GLOSSARUM

de quibus in hac quaestione disseruimus.

ἀμοργίς . . . . . p. 277
Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς . . . . p. 332
ἀντιγραφεῖς . . . p. 263 ann. 1
ἀντωμοσία . . . . . p. 332
ἀποστολεῖς . . . . . p. 328
ἀργᾶς . . . . . p. 274
Βουζύγης . . . . . p. 331
γελοῖος . . . . . p. 263
δεκάζω . . . . . p. 327
διαμεμετρημένη ἡμέρα . . p. 330
διαφερόντως . . . . . p. 329
διαψήφισις . . . . . p. 329
Διονύσια . . . . . p. 330
ἔκκλητος πόλις . . . . . p. 250
ἑκμαρτυρία . . . . . p. 334
ἐννέα ὁδοί . . . . . p. 243
ἐξωμοσία . . . . . p. 328
ἐπακτροκέλης . . . . . p. 265
ἐπὶ Παλλαδίῳ . . . . . p. 252
ἐπιβολή . . . . . p. 335
ἐπωβελία . . . . . p. 248
ἔρανος . . . . . p. 322
Ἑτεοβουτάδαι . . . . . p. 324
ἕτερος . . . . . p. 336
ζηλόω . . . . . p. 322
Θαυμάζω . . . . . p. 321
Θησεῖον . . . . . p. 323
ἱερείας ἐνύπνιον . . . . . p. 298
καθάρσιον . . . . . p. 315
Κέρκωπες . . . . . p. 311
κιθαρῳδός . . . . . p. 336
κῶμος . . . . . p. 321
Μαργίτης . . . . . p. 306
Μητρῷον . . . . . p. 316
ὁλόσχοινος . . . . . p. 298
παιπάλημα . . . . . p. 270
παρ᾽ ἵππον καὶ κόρην . . p. 305
παραιτοῦμαι . . . . . p. 321
παράλιοι . . . . . p. 316
πνύξ . . . . . p. 319
προξενος . . . . . p. 282
προπηλακίζω . . . . . p. 322
πυλαγόραι . . . . . p. 326
ῥυτήρ . . . . . p. 323
Σεμναί . . . . . p. 320
σύγκλητος ἐκκλησία . . . p. 314
τερατεία . . . . . p. 319
τετρυπημένη ψῆφος . . . p. 318
τηλία . . . . . p. 323
τιτθή, τήθη . . . . . p. 246
τηθίς
τριττύς . . . . . p. 317
ὑπογενείαζω . . . . . p. 320
ὑπολαμβάνω . . . . . p. 320
φορμός . . . . . p. 280

De Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum formulis οἱ παλαιοί, παρὰ τοῖς παλαιοῖς, κατὰ τοὺς παλαιούς.

Quamquam Rindfleischius plus trecentas atticistarum glossas in Eustathii commentariis ad Homerum conscriptis seruatas esse ostendit, tamen neminem aliquantulum in his rebus uersatum potest effugere permagnum numerum fragmentorum in Eustathii libris latere, quae, quia Pausaniae uel Aelii Dionysii nomina in iis omissa sunt, ad hos auctores nemo adhuc reuocauit.

Quod opus est auxilium ad locupletandas atticistarum reliquias petere licet ex Eustathii transscribendi ratione admodum uaria, in qua neglegentiam quandam cerni nemo negabit. Nonnullas glossas duobus locis explicauit Eustathius auctoris nomine bis addito, uelut p. 976, 3: *ἀμβροσία γὰρ καὶ ἄνθος τι κατὰ Παυσανίαν, ὃς λέγει καὶ ὅτι ἀμβροσία γένος τι συνθέσεως ἐξ ὕδατος ἀκραιφνοῦς καὶ μέλιτος καὶ ἐλαίου παγκαρπίας* coll. p. 1525, 47: . . . *ἀλλὰ καὶ ἄνθος τι ἀμβροσία ἐλέγετο κατὰ Παυσανίαν· ὃς λέγει καὶ ὅτι ἀμβροσία γένος τι συνθέσεως ἐξ ὕδατος ἀκραιφνοῦς καὶ μέλιτος καὶ ἐλαίου παγκαρπίας.* Idem reperies in glossa *ἀναρύειν* apud Eustath. p. 250, 17 *ἀναρύειν ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ θύειν εἴληπται κατὰ Παυσανίαν, ὅθεν φησὶ καὶ ἡ θυσία ἀνάρυσις*, quo loco et *ἀναῤῥύειν* et *ἀνάῤῥυσις* scribendum esse monet Rindfleischius p. 44 coll. Eustath. p. 1159, 56: *Παυσανίας δὲ καὶ ἐπὶ θυσίας κεῖσθαι τὴν λέξιν λέγει, ὅθεν καὶ ἀναῤῥύειν φησὶ τὸ θύειν καὶ ἡ θυσία ἀνάῤῥυσις.* Conferas praeterea Pausaniam bis in eadem glossa laudatum apud Eustath. p. 1533, 59 coll. p. 1163, 50 u. *ἄῤῥιχος* et Aelium Dionysium apud Eustath. p. 1562, 40:

λέγονται δὲ Ἰωνικῶς καὶ ἀντήλια τὰ καὶ παρώπια ἤγουν τὰ περὶ τὰς ὄψεις τῶν ἵππων, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος coll. p. 914, 45: *ἔτι δὲ καὶ παρώπιον τὸ καὶ ἀντήλιον. τὸ δὲ ἦν δέρμα περὶ τὰς ὄψεις τῶν ἵππων, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος.* Praeterea nonnullae atticistarum glossae exstant apud Eustathium, et ipsae duobus locis explicatae ita, ut auctoris nomen altero loco sit omissum, cuius generis quas habeo, deinceps proferam. Eustathius p. 1220, 45 hanc profert doctrinam Aelii Dionysii: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν τῷ λεξικῷ αὐτοῦ τῷ ῥητορικῷ οὐκ ἐθέλει ὀνομάζεσθαι γράστιν ὅλως· φησὶ γὰρ κράστιν Ἀττικοὶ τὴν πόαν, γράστιν δὲ οὐδένες*, quibus simillima uerba tradit Eustathius p. 633, 47: *ἐκ δὲ τοῦ αὐτοῦ γρῶ . . . καὶ ἡ τοῖς ἀλόγοις φίλη γράστις, ἣν καὶ κράστιν γράφουσιν οἱ παλαιοί κτλ.* Hoc loco omisit Eustathius Aelii Dionysii nomen, laudat *τοὺς παλαιούς*. De *σάκκος* substantiui scribendi ratione docet Aelius Dionysius apud Eustath. p. 940, 19: *ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον τὸ πολεμικὸν σκεῦος ἀλλὰ καὶ ὁ κοινὸς λεγόμενος σάκκος δι᾽ ἑνὸς κάππα προεφέρετο*[1] *παρ᾽ Ἀθηναίοις, καθά φησιν Αἴλιος Διονύσιος*, quibuscum bene conuenit adnotatio Eustathii p. 588, 12: *καὶ μὴν οἱ παλαιοὶ καὶ τὸν σάκκον φασὶ καὶ δι᾽ ἑνὸς γράφεσθαι κ, ὃν καὶ σάκταν φασί κτλ.* Ne hic quidem Eustathius bis adscripsit nomen Aelii Dionysii, sed pro eo habemus altero loco p. 588 *τοὺς παλαιούς*.

Eustathius p. 1386, 49 de sacrificiis quibusdam haec tradit: *ἰστέον δὲ ὡς οὐ μόνον ἑκατόμβαι, ἀλλὰ καὶ τριττύες ἦσαν ὅ ἐστι τριῶν ζῴων θυσίαι, ὡς καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα φανήσεται. κατὰ δὲ Παυσανίαν καὶ δωδεκίδες θυσίαι δώδεκα ἱερείων.* Eadem fere refert Eustathius uberiora quidem p. 1676, 36: *ἰστέον δὲ ὅτι ἡ τοιαύτη θυσία τριττύα λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οἳ τριττύαν ἔλεγον τὴν ἐκ τριῶν ζῴων θυσίαν, οἷον δύο μήλων καὶ βοός, ὡς Ἐπίχαρμος*[2]*, ἢ βοὸς καὶ αἰγὸς καὶ προβάτου, ἢ κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου, ἡ δὲ τοιαύτη*

1) Cf. schol. Ar. Ach. 822 *οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον*] *σάκος νῦν* (i. e. Aristophanis tempore) *δι᾽ ἑνὸς κ, ἀνωτέρω δὲ διὰ δύο.*

2) Epicharmi testimonio utitur Pausanias apud Eustath. p. 1817, 52.

καὶ βούπρωρός φασιν ἐλέγετο διὰ τὸ προηγεῖσθαι αὐτῆς οἷα νηὸς πρώραν τὸν βοῦν. φράζει δέ τινα τριττύαν καὶ ὁ κωμικὸς ἐν τῷ ᾽βουθυτεῖ ὗν καὶ τράγον καὶ κριόν᾽. ἐλέγετο δὲ καὶ δωδεκαὶς θυσία ἡ ἐκ δώδεκα ζῴων. Iterum *᾽παρὰ τοῖς παλαιοῖς᾽* formulam pro Pausaniae nomine positam uidemus esse. Supra iam attuli Eustathii locum p. 914, 45: *ἔτι δὲ καὶ παρώπιον τὸ καὶ ἀντήλιον, τὸ δὲ ἦν δέρμα περὶ τὰς ὄψεις τῶν ἵππων, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος*, quae quidem glossa ex parte mutata exstat p. 1280, 64: *ἰστέον δὲ ὅτι φέρεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ... παρώπια τὰ ὀφθαλμοῖς ἵππων περιτιθέμενα δέρματα καὶ τὰ χάριν σκιᾶς ἀντήλια τὰ προβεβλημένα δηλαδὴ τῶν προσώπων τοῖς ἡλιαζομένοις.* Quartus hic est locus, quo nobis occurrit formula uel *οἱ παλαιοί* uel *παρὰ τοῖς παλαιοῖς* ita quidem, ut eadem fere uerba ueteribus illis tribuantur, quae aliis locis sunt atticistarum. Certe hi loci sufficiunt, ut nexum quendam intercedere inter atticistas et *τοὺς παλαιοὺς* nobis facile persuadeamus, id quod magis etiam apparebit allatis duobus locis Eustathii, quibus interpretatur uocem *προόδων*; prior locus est p. 854, 13: *ἐξ οὗ καὶ προόδων κατὰ Παυσανίαν ὁ τοὺς ὀδόντας ἐξωτέρω ἔχων τοῦ δέοντος, καὶ ὁ χαυλιόδων κτλ.*, alter est p. 1872, 33: *δῆλον δὲ ὅτι ὁ χαυλιόδων καὶ προόδων ἂν λέγοιτο κατὰ τοὺς παλαιούς, οἵ φασιν ὅτι προόδων ὁ τοὺς ὀδόντας ἐξωτέρω ἔχων τοῦ δέοντος.* In hac glossa explicanda eandem profert doctrinam Eustathius *κατὰ Παυσανίαν* atque *κατὰ τοὺς παλαιούς*, quare neminem negaturum esse puto, Eustathium utroque loco secutum esse Pausaniae auctoritatem. Audiamus porro Eustathium p. 1851, 26: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος, εἰπὼν καὶ αὐτὸς ὅτι αἱμασιὰ τὸ ἀπὸ χαλίκων τειχίον, ἐπάγει κτλ.*, quibuscum cf. p. 883, 50: *οὕτω καὶ αἱμασιὰ πάλαι μὲν δοκεῖ ἐξ ἀκανθῶν εἶναι, δι᾽ ὧν αἱμάσσεται χείρ. ὕστερον δὲ καὶ τὸ ἁπλῶς ἐκ χαλίκων τειχίον αἱμασιὰ ἐλέγετο. φασὶ γοῦν οἱ παλαιοί, ὅτι αἱμασιὰ ἐκ χαλίκων οἰκοδόμημα, τειχίον, Θρυγκός.* Hoc quoque loco cogitauit Eustathius de Dionysio et *οἱ παλαιοί* sunt pro Dionysii auctoritate. Venimus iam ad uocem *βῆ* [1]), de qua agit Eusta-

1) *Βῆ* non *βή* cum Etym. Mag. p. 78, 40: *τὸ βῆ ὅπερ περισπᾶται.*

thius p. 768, 14 hisce uerbis: *οἱ δ' αὐτοί φασιν ὁμοίως μιμητικῶς καὶ βῆ οὐ μὴν βαὶ μίμησιν προβάτων φωνῆς. Κρατῖνος· 'ὅδ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει'*. Quae hic sunt uerba *'οἱ δ' αὐτοί φασιν'*, respiciunt ad formulam *'κατὰ τοὺς παλαιούς'*, quae bis terue paulo antea reperitur p. 768, 10. 13. Totam autem expositionem fluxisse ex Aelio Dionysio, docet Eustathius p. 1721, 27: *ἰστέον δὲ ὅτι τὸ βῆ φωνῆς προβάτων ἐστὶ σημαντικόν. καὶ φέρεται παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ καὶ χρῆσις Κρατίνου*[1] *τοιαύτη· 'ὅδ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει'*. Cratini testimonium utroque loco exstans satis superque uidetur mihi probare, utriusque loci auctorem esse Aelium Dionysium et priore loco p. 768, 14 formulam *'οἱ δ' αὐτοί'* (= *κατὰ τοὺς παλαιούς*) accipiendam esse pro nomine Dionysii. Eadem de causa Aelio Dionysio tribuo quae antea sunt uerba p. 768, 9—14: *ἰστέον δὲ ὅτι τε παραβάλλει ὦπας οὐ μόνον ὁ λιταζόμενος, ἔτι δὲ καὶ ὁ στραβίζων ὁ καὶ ἰλλὸς κατὰ τοὺς παλαιούς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀποσεμνυνόμενος ἐμβριθῶς. ὀφθαλμῶ γοῦν παραβάλλεσθαι ὁ κωμικὸς λέγει τὸν Σωκράτην ἐν τῷ δηλαδὴ σεμνοπροσωπεῖν. καὶ ὅτι παραβλῶψ μὲν ἐκτείνει τὴν λήγουσαν*[2] *ὡς σύνθετον ἐκ τοῦ ὠπός. βλὸψ μέντοι τὸ μονοσύλλαβον συνέσταλται ὅπερ ἐστὶν ὁ τῆς κλεψύδρας ἦχος μιμητικῶς κατὰ τοὺς παλαιούς; ὥσπερ φασὶ καὶ κὺξ ἐπὶ τῆς ψήφου κατὰ μίμησιν καὶ αὐτό.* Inde omnino non possunt desecari, quae sequuntur: *οἱ δ' αὐτοί φασιν ὁμοίως μιμητικῶς καὶ βῆ κτλ.* Hoc loco paria cum paribus congregantur, neque quemquam potest effugere Dionysium hic elaborasse *ὀνοματοποιητικά 'βλόψ, κύξ, βῆ'*. Cum his compone simillimum locum Eustathii p. 855, 21: *οὕτω καὶ βᾶ ἐπίῤῥημα παρὰ Ἑρμίππῳ ὅπερ εἰώθαμεν ἀντεμβοῶντες λέγειν, ὡς καὶ τοῦτό φασιν οἱ παλαιοί. καὶ ταῦτα μὲν πρός τι, τουτέστιν ἀπό τινος φωνοῦντος πρός τινα ἕτερον. εἰσὶ δὲ καί τινες μιμητικαὶ φωναὶ αὐταὶ κατὰ αὐτοὺς τοὺς φωνοῦν-*

1) *Διονυσαλεξάνδρῳ* coll. Suid. u. *βῆ*.

2) Iisdem uerbis utitur Dionysius apud Eustath. p. 1579, 27: *οἱ γὰρ παλαιοὶ 'Αττικοὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον 'ἐξέτεινον τὰς τῶν τοιούτων ὀνομάτων λήγούσας'*. Idem apud Eustath. p. 1716, 36.

τας, ὡς τὸ ᾽ἀρῦ᾽ ἐπίφθεγμά φασιν κωπηλατῶν, καὶ τὸ ᾽ὦ ὄψ᾽ φθέγμα τῶν ἀφιέντων τινὰς ἅμα τρέχειν, καὶ τὸ ᾽ὦ ὄπ᾽ ναυτικόν[1]*), πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα, ἐν οἷς καὶ τὸ ᾽μᾶ᾽ παρὰ Θεοκρίτῳ καὶ τὸ ᾽ψὸ᾽ ποιμενικὸν καὶ τὸ ᾽βῆ᾽, περὶ οὗ ἀλλαχοῦ δηλοῦται, καὶ τὸ ᾽χύῤῥε᾽ συβοτικόν, ὡς ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν δεδήλωται*[2]*), καὶ τὸ ᾽φίττα᾽ δηλωτικόν φασι τάχους, οἷον φίττα μαλιάδες, φίττα ῥοιαί, νυμφῶν δέ φασι ταῦτα ἐπωνυμίαι, ἔτι δὲ καὶ τὸ ᾽σίττε᾽, οἷον σίττ᾽ ἀμνίδες.* Cum hoc quoque loco ab Eustathio laudentur *οἱ παλαιοί*, uelim mihi concedas, totam hanc doctissimam explicationem esse ponendam in atticistarum fragmentis.

Antequam autem longius in hac quaestione progrediamur, opus est paucis explanare, quae sit uis atque ratio illius formulae *οἱ παλαιοί*, qua etiam atque etiam uti uidemus Eustathium, et qua alios quoque et lexicographos et scholiastas usos esse infra animaduertemus. Quinam sint illi *παλαιοί*, statim cognosces iis locis allatis, quibus plenior exstat formula, ut apud Eustath. p. 1579, 27: *οἱ παλαιοὶ Ἀττικοί* (Rdfl. fr. 12); eadem est apud Eustath. p. 206, 1 (Rdfl. fr. 109) et in schol. Ar. Plut. 453 et in Etym. Mag. p. 769, 16 u. *τρόπαιον* uel *παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἀθηναίοις* apud Eustath. p. 1423, 4 et in Etym. Mag. p. 128, 1 uel *οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι* apud Photium s. u. *οἰκέα* et in Bekkeri anecdotis p. 277, 29 uel *παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν Ἀθηναίων* in schol. Aeschin. I, 64 u. *κρωβύλος*.

Iam uides omnibus locis supra propositis intellegendos esse aut ipsos ueteres Atticos uel Athenienses, quorum sermonem, mores, instituta, publicas priuatasque antiquitates a lexicographis altero post Christum saeculo eximia quadam diligentia descripta atque illustrata esse satis constat, aut atticos scriptores, quorum reliquiis Hadriani potissimum aetate continebatur attica elegantia, id quod elucet e formulis, quales

1) Cf. schol. Ar. Ran. 180: *ὠόπ, παραβαλοῦ· ἐλατικὸν ἐπίφθεγμα τὸ ὠόπ* et ibid. 208 (extr.) *ὠόπ· ἐλατικὸν ἐπίφθεγμα, ναυτικῶς οὖν κελεύων ταῦτά φησι.*

2) Cf. Eustath. p. 1752, 32: *γράφει Αἴλιος Διονύσιος εἰπών· χύῤῥε, ἐπίφθεγμα πρὸς τοὺς ὗς.*

sunt: *καὶ Πλάτων καὶ ἕτεροι τῶν παλαιῶν* (Phot. s. u. *τυραννεύσασαν*), *καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ . . . καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις τοῖς παλαιοῖς* (Phot. s. u. *λαμπρῶς*), *ἔστι παρὰ πολλοῖς τῶν παλαιῶν* (Phot. s. u. *τάχα*). Videntur igitur cum alii lexicographi [1]) aut eiusdem aut superioris aetatis tum Aelius Dionysius et Pausanias, quo facilius scriptores imprimis *ἀττικώτατοι* Thucydides, Plato, tragoediarum comoediarumque poetae, principes oratorum atticorum intellegerentur, quidquid ueterum Atheniensium fuerit maxime proprium, in lexicis suis rhetoricis significasse formulis illis *οἱ παλαιοί* uel *παρὰ τοῖς παλαιοῖς* uel *κατὰ τοὺς παλαιούς* uel *οἱ παλαιοὶ Ἀττικοί* uel *οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι*, qua in re atticistas id studuisse censeo, ut interdum ueterum Atheniensium linguam compararent cum posterioris aetatis elocutione, quod quidem efficio ex Eustathio p. 1369, 44 (Rdfl. fr. 125): *καὶ δάπτας δέ φησιν* (sc. Aelius Dionysius) *ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὰ ἐμβόλαια, οἱ δὲ νεώτεροι τάπητας ἐν δυσὶ ταῦ κτλ.*, e Photio s. u. *οὐδείς· οἱ παλαιοὶ διὰ τοῦ δ· οἱ δὲ νεώτεροι καὶ διὰ τοῦ θ οὐθείς* et s. u. *σέσωται καὶ σεσωμένος· οἱ παλαιοὶ ἄνευ τοῦ σ· καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης· οἱ δὲ νεώτεροι σέσωσμαι κτλ.*, e scholio Ar. Plut. u. 453 s. u. *τροπαῖον· οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ προπερισπῶσιν, οἱ δὲ νεώτεροι προπαροξύνουσιν*, e scholio Plat. p. 332 B. cum

1) Eadem formula utitur Pollux VII, 79 (extr.) *καὶ φασκώλους δὲ ἔλεγον ‘οἱ παλαιοὶ’ τὰ τῶν ἱματίων ἀγγεῖα καὶ θυλάκους*, quibus similis est obseruatio Pausaniae apud Eustath. p. 1534, 51: *Παυσανίας δὲ καὶ φάσκωλον ἑρμηνεύει τὸν θύλακον κτλ.* — utraque glossa a communi fonte orta est — et Harpocratio s. u. *γναφεύς· τοῦτο ‘οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ’ διὰ τοῦ κ ἔλεγον· κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ. κνάφος δέ ἐστιν ἀκανθῶδές τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. τοῦτο οἱ νεώτεροι διὰ τοῦ γ λέγουσι παρὰ τὴν γνάψιν κτλ.* Cum Harpocrationem Pollucemque quidquam ex atticistarum lexicis deprompsisse supra p. 258 sqq. negauerimus, has glossas profectas esse statuemus ab auctore superioris aetatis, opinor, a Didymo, cui longe maximam suae copiae partem et Harpocratio et Pollux uidetur debere. Cum hac Harpocrationis glossa ad uerbum congruit scholion ad Ar. Plut. 166. Aut Aristophanis scholiasta ipse quoque secutus est Didymum hic illic diserte laudatum, aut Didymi doctrinam ei suppeditarunt atticistae. Unde licet conicere iam Didymum illam formulam apud atticistas usitatissimam adhibuisse in ueterum Atheniensium sermone et moribus describendis.

Suida s. u. *ὦ τάν· ταῦτα παρὰ τοῖς νεωτέροις ὑπὸ τῶν γυναικῶν λέγεται μόνων, παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς καὶ ὑπ᾽ ἀνδρῶν*, et e scholio Plat. p. 363 B. s. u. *ὦ μέλε* coll. Suid. s. u. Quibus praemissis iam nobis proponendum est, quantopere atticistae usi sint his formulis in illis fragmentis, quae imprimis Eustathius seruauit auctore diserte laudato. Cuius generis hosce habeo quos proferam locos: Eustath. p. 1579, 27 (Rdfl. fr. 12) *οἱ γὰρ παλαιοὶ Ἀττικοὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον*, p. 396, 1 (Rdfl. fr. 92) *οἱ παλαιοὶ κατὰ Παυσανίαν*, p. 258, 25 (Rdfl. fr. 223) *κατὰ τὸν Παυσανίαν ταῖς ἀρχαῖς οἱ παλαιοὶ ἐπέλεγον*, p. 1769, 45 (Rdfl. fr. 264) *οἱ παλαιοὶ ὡς ἱστορεῖ Παυσανίας*, p. 1593, 15 (Rdfl. fr. 217) *Ἡρακλῆν, οὗ πολὺς λόγος τοῖς παλαιοῖς, καὶ Ἡρακλείδην Παυσανίας καλεῖσθαί φησιν*, p. 927, 56 (Rdfl. fr. 324) *ὡς δὲ Αἴλιος Διονύσιος λέγει, καὶ ποικίλος* (de uoce *ῥῶπος*). *γέλγην δέ, φησιν, αὐτὸν ἔλεγον οἱ παλαιοί*, p. 229, 28 (Rdfl. fr. 336) *τίτις κατὰ Αἴλιον Διονύσιον . . . πᾶν φησι μικρὸν ὀρνίθιον ὑπὸ τῶν παλαιῶν καλεῖται*, p. 1278, 51 (Rdfl. fr. 237) *παρὰ τοῖς παλαιοῖς. φησὶ γοῦν Παυσανίας*, p. 1710, 22 (Rdfl. fr. 253) *κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ὡς τῶν παρὰ τοῖς παλαιοῖς πινακιδίων*, p. 1854, 37 (Rdfl. fr. 80) *ὅς ἐστι κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὀρχηστὴς ἢ βλάσφημος. Παυσανίας δὲ καί*, p. 1350, 34 (Rdfl. fr. 88) *ὅτι δὲ τὰ ἔντεα δοκεῖ δασύνειν τὴν ἄρχουσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, δηλοῖ καὶ ὁ αὐθέντης, οὐχ ὁ δεσπότης, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, ἀλλ᾽ αὐτοέντης καὶ αὐτοχειρίᾳ φονεὺς ὁ καὶ αὐτοφόντης*[1]), p. 965, 46 (Rdfl. fr. 64) *παρὰ τοῖς*

1) Integrum exhibeo hoc fragmentum, quod hinc sanandum est scholion Thucydideum ad III, 58 s. u. *παρὰ τοῖς αὐθένταις*] *τοῖς φονεῦσιν. αὐθένται κυρίως οἱ αὐτόχειρες καὶ οἱ * πολέμιοι *, οἱ δὲ νῦν αὐθέντας τοὺς κυρίους καὶ δεσπότας.* In uoce *πολέμιοι* Goslingsius l. c. p. 38 frustra elaborauit hisce uerbis: 'in scholio nostro uerba *καὶ οἱ πολέμιοι* nullum idoneum sensum praebent; nusquam enim *αὐθένται* significat hostes. Videor mihi reperisse, quid legendum sit; uerum est *ὡς οἱ παλαιοί*'. Non facio cum Goslingsio, qui ut uidetur in hanc sententiam ingressus est, quod Aelius Dionysius apud Eustathium l. c. usurpat formulam *παρὰ τοῖς παλαιοῖς*; hunc enim locum adhibet Goslingsius, ut illud scholion Dionysio reddat. Id quod significari uult Goslingsius uerbis *ὡς οἱ παλαιοί*, satis indicatur uoce *κυρίως* i. e. secundum propriam eamque antiquam notionem.

παλαιοῖς . . . κατὰ Παυσανίαν, p. 206, 26 (Rdfl. fr. 99) *οἱ παλαιοὶ . . .* duobus post uersibus *Παυσανίας δὲ καί*, p. 962, 22 (Rdfl. fr. 115) *χρήσιμον καὶ τὸ τοῦ Αἰλίου Διονυσίου εἰπόντος ὅτι γεώλοφον οἱ παλαιοὶ καλοῦσι*, p. 756, 60 (Rdfl. fr. 134) *σημείωσαι ὡς ἐντεῦθεν τοῖς παλαιοῖς εἰλήφθη τὸ διακυνοφθαλμίζεσθαι, ὅπερ δηλοῖ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον τό*, p. 205, 44 (Rdfl. fr. 109) *ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος*. Post duos uersus sequuntur uerba: *δοκεῖ δέ, φησιν, τῶν παλαιῶν Ἀττικῶν εἶναι*, p. 1573, 62 (Rdfl. fr. 221) *ἰστέον δὲ ὡς κατὰ τοὺς παλαιούς*, tribus uersibus post: *ὥς φησι Παυσανίας*, p. 1369, 42 (Rdfl. fr. 125) *παρὰ δὲ Αἰλίῳ Διονυσίῳ*, quattuor uersibus post: *δάπτητας δέ φησιν ἔλεγον οἱ παλαιοί*, p. 862, 14 (Rdfl. fr. 277) *οἱ δὲ παλαιοὶ σημειοῦνται ὡς Ἀττικοὶ . . φασὶν . . ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος*, p. 1419, 51 (Rdfl. fr. 296) *κατὰ Αἴλιον Διονύσιον . . . ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τοῖς παλαιοῖς*, p. 1166, 51 (Rdfl. fr. 351) *σημείωσαι δὲ ὅτι περὶ χιτώνων καὶ τοιαῦτά φασιν οἱ παλαιοί*, quinque uersibus post *ἐφελκυστικῶς* additur: *ταῦτα Αἴλιος Διονύσιος*, p. 1165, 5 (Rdfl. fr. 102) *καὶ ὅτι βοῦς παρὰ τοῖς παλαιοῖς*, septem uersibus interiectis: *ὁ δὲ ταῦτα ἱστορήσας Παυσανίας λέγει καὶ ὅτι κτλ.*

His duobus et uiginti locis, quos ita uides congestos, ut maius sit deinceps interuallum inter *τοὺς παλαιοὺς* et auctoris nomen, satis existimo probari, quantopere usi sint atticistae illa formula in quibusuis rebus describendis, quae pertinerent ad antiquiora rerum Graecarum tempora. Neque solus exstat Eustathius, apud quem hanc formulam cum atticistarum nominibus uideamus esse coniunctam, id quod elucet e Boissonadi Anecd. Gr. I p. 413 (Rdfl. p. 113): *λέγει Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τῷ περὶ χρήσεως Ἀττικῶν ὀνομάτων ὅτι τὴν ὑπὸ ʻεἰώθασιν οἱ παλαιοὶ' πολλάκις καὶ ἀντὶ τῆς πρὸ ἐκτι-*

Scribe potius *οἱ αὐτόχειρες καὶ οἱ ʻπαλαμναῖοι'* secundum Harpocrationem s. u. *παλαμναῖος· τοὺς αὐτοχειρίᾳ τινὰς ἀνελόντας τῇ παλάμῃ ʻπαλαμναίους' ἐκάλουν*, cf. Soph. Trach. u. 1207 Dind.: *φονέα γενέσθαι καὶ παλαμναῖον σέθεν*. Sic sanatur uerborum sensus seruaturque symmetria, quam maxime scholiasta curauit. Schwabius l. c. p. 100 corruptam retinuit lectionem.

θέναι κτλ. et e scholio Aeschin. I, 89 s. u. *ἐν πόλει ἐκκλήτῳ: . . . παρατηρητέον ὅτι τῷ μὲν ὀνόματι ᾽κέχρηνται οἱ παλαιοί᾽ . . . ὡς φασιν οἱ ἀττικισταί* (cf. p. 250).

Maximi plane est momenti, quod et in anecdotis Boissonadi et ab Aeschinis scholiasta haec formula exhibetur una cum atticistae nomine, unde intellegitur, atticistarum eam esse re uera propriam. Quare nemo iam mirabitur, quod apud Eustathium glossas quasdam modo atticistarum, modo *τῶν παλαιῶν* auctoritate uidemus firmatas esse, cuius rei causam ex uaria Eustathii describendi ratione petendam esse patet. Nihil omnino Eustathii commentarios ad Homerum conscribentis intererat posteris diligenter aperire, unde sua sumeret; quidquid opus erat ad explicandum poëtam, ex auctoribus hic illic laudatis descripsit, quorum in numero atticistarum lexica rhetorica principatum tenuisse certum est. Itaque factum est ut permultis i. e. circiter trecentis quinquaginta locis atticistas nominaret; errabunt autem, qui putent, Eustathium atticistas non excerpsisse nisi nominibus additis. Unusquisque enim iam intellegat necesse est, quomodo factum sit, ut eas glossas, quas antea attuli *᾽κράστις, σάκκος᾽* et quae sequuntur, Eustathius altero loco secundum atticistas interpretaretur, altero poneret formulam satis notam, qua non minus fontes suos sibi uidebatur indicare quam ipsis atticistarum nominibus. Quod si perspectum habuisset Rindfleischius, duobus locis rectius in circumscribendis atticistarum fragmentis iudicasset. Habemus enim de forma *Ἀθηναῖαι* hoc utriusque atticistae testimonium apud Eustathium p. 84, 16 (Rdfl. fr. 17): *Παυσανίας δὲ καὶ Αἴλιος Διονύσιος ἐν τοῖς οἰκείοις λεξικοῖς φασιν ὅτι Μεγακλείδης αἰτίαν φησὶ τοῦ μὴ λέγεσθαι Ἀθηναίας τὰς ἀττικὰς γυναῖκας, ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσιν.* Quae iam sequuntur: *᾽ὅτε δὲ ἤρξαντο αἱ ἀσταὶ ἤτοι ἀττικαὶ γυναῖκες Ἀθηναῖαι λέγεσθαι, τότε δὴ ἐπενοήθη καὶ τὸ τὴν θεὸν μηκέτι Ἀθηναίην καλεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ συναίρεσιν Ἀθηνᾶν᾽* Rindfleischius p. 32 in fragmentorum collectionem recipere dubitat uituperatque Meierum, qui atticistis bene haec tribuit opusc. II p. 68.

Quam rem ut recte diiudicemus, confugiendum est ad alterum Eustathii locum p. 1456, 50, ubi eadem fere reperiuntur: *φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὡς ἐπειδὰν ἤρξαντο Ἀθηναῖαι γυναῖκες λέγεσθαι ἀντὶ ἀστῶν καὶ ἀττικῶν, ὡς Φερεκράτης· 'Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις', τότε ἤρξατο ἐκείνη λέγεσθαι τρισυλλάβως Ἀθηνᾶ· περὶ δὲ τούτων εἴρηται καὶ ἐν τῇ ᾱ τῆς Ἰλιάδος*, qui est ille ipse locus p. 84, 16. Quamquam *'οἱ παλαιοί'* formula satis docet optimo iure Meierum uerba illa inde ab *ὅτε δὲ* usque ad *Ἀθηνᾶν* atticistis adscripsisse, alterum argumentum suppeditat Suidas, qui copiosius quam Eustathius hoc loco exhausit atticistas s. u. *Ἀθηναίας*. Etenim Suidas, postquam illud Megaclidis *'ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου'* rettulit, tria profert comicorum testimonia, quibus mulieres Athenienses *Ἀθηναίας λέγεσθαι* manifestum sit, primum autem illorum testimoniorum est illud Pherecrateum, quo utitur Eustathius p. 1456, 50, fabulae nomine seruato: *ἀλλ' ἰδοῦ Φερεκράτης ἐν Γραυσί φησιν· 'Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις'*. Procul dubio igitur Rindfleischius posteriorem quoque illam glossae partem reddere debebat atticistis, quoniam altero loco p. 1456, 50 eadem uerba exstant cum formula *οἱ παλαιοί* atque cum uersu Pherecrateo, quem ex atticistis depromptum esse confirmat Suidae testimonium. Primum, id quod Megaclides docuit *ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου*, dea appellabatur *Ἀθηναία*, Atheniensium feminae *ἀσταί* uel *ἀττικαί*, deinde breuius erat deae nomen *Ἀθηνᾶ*, quo ex tempore mulieres Athenienses *Ἀθηναίας* dici fas erat, id quod affirmat Pherecratis apud Eustath. p. 1456 testimonium. Cuius glossae eruditissimae cum Rindfleischius dimidium tantum descripsisset neque quod altera contineretur parte satis perspexisset, in errorem eum induci necesse erat, ita ut tria illa comicorum apud Suidam testimonia respiciens haec fecerit uerba: 'Pausanias et Aelius Dionysius illam Megacleidis opinionem non secuti esse sed refutasse mihi uidentur et argumenti causa exempla illa addidisse'.

Idem pertinet ad Eustathii locum p. 1166, 35: *ὡς δὲ καὶ τρισυλλάβως ᾖθεος λέγεται ὁ ἠΐθεος προσγραφέντος τοῦ ῑ,*

Διονύσιος Αἰλιός φησιν· καὶ ἔστι, φασίν, Ἀττικόν.[1]) *λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ παρθένου τὸ ἤθεος καὶ χρῆσις φέρεται εἰς τοῦτο αὕτη· ᾽εἰ μὴ κόρη δεύσειε τὸ σταῖς ἤθεος᾽.* Omnia ista Dionysio restituit Cobetus in Mnem. uol. X p. 59, Meier autem tantum uerba *τρισυλλάβως — τοῦ ῑ* Dionysii esse uoluit. Utrius sententia sit praeferenda, patet ex Eustath. p. 500, 37: *παρασημειοῦνται δὲ οἱ παλαιοὶ στανίως ἐπὶ παρθένου τὴν λέξιν* (sc. *ἤθεος*) *κεῖσθαι, φέροντες καὶ χρῆσιν Εὐπόλιδος τὸ· ᾽εἰ μὴ κόρη δεύσειε τὸ σταῖς ἤθεος᾽.* Num quisquam amplius dubitabit ad Cobeti sententiam accedere totum locum Eustathii p. 1166, 35 usque ad Eupolidis uersum Dionysio tribuentis? Sunt igitur absurda illa uerba, quae fecit Rindfleischius p. 79: ᾽nouissima autem a uoce *λέγεται — ἤθεος* mihi non uidentur Dionysio tribuenda esse, nam Eustathius p. 500, 38 . . . nec nominat Dionysium nec addit quidquam᾽ etc. Neque minus ex Dionysii lexico Eupolidis testimonium transiisse censeo in Etym. Mag. p. 422, 40.

Decem his locis deinceps exhibitis apparet Eustathium permultis locis consuesse atticistarum lexica compilare Dionysii uel Pausaniae nomine omisso, addita tamen formula *οἱ παλαιοί*, cuius loco nonnumquam ᾽*οἱ δ᾽ αὐτοί*᾽ uel eius generis aliquid positum esse cognouimus.

Priusquam autem ad eos locos enumerandos accedamus, quos hac lege atticistis restituturi sumus, nonnulla sunt mihi praemittenda de Eustathii proferendae illius formulae ratione admodum uaria. Supra p. 343 exposui, illa formula saepissime significari ueteres Athenienses uel Atticos[2]), id quod sine ullo negotio satis multis locis ab omnibus concedatur necesse est,

---

1) Cf. schol. Ar. Nub. 315: *ἀττικὴ ἡ συναίρεσις τὸ ἠρῆναι ὡς ἠΐθεοι ἤθεοι* et ibid. 1065: *τὸ δὲ πλεῖν ἀντὶ τοῦ πλέον ὡς δέον δεῖν· ἡ συναίρεσις Ἀττική* coll. schol. Ar. Au. 6 et schol. Ar. Pac. 930: *οἱ γὰρ Ἴωνες δισυλλάβως λέγουσιν, οἱ δὲ Ἀττικοὶ μονοσυλλάβως . . . οἱ Ἀττικοὶ συναιροῦντες τὸν ὅϊν οἶν*, cf. praeterea Ael. Dion. apud Eustath. p. 1761, 51 coll. schol. Plat. p. 373 B. u. *ἦ*.

2) De alia huius formulae notione cf. Lehrs. quaestt epic. p. 68 sqq. et Sengebusch. in praef. ad. Hom. Iliad. ed. W. Dindorf. p. 196 sqq.

cuius generis exempla sunt: *οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, εἰώθασιν οἱ παλαιοί, οἱ παλαιοὶ καλοῦσι, ἐλέγετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς, τῶν παλαιῶν Ἀττικῶν ἐστιν, οἱ παλαιοὶ ἐφεῦρον*, id genus alia; omnibus his formulis facile poteris addere substantiuum *Ἀθηναῖοι* uel *Ἀττικοί*, quem in modum est apud Eustath. p. 1579, 27: *᾽οἱ γὰρ παλαιοὶ Ἀττικοὶ᾽ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐξέτεινον τὰς τῶν τοιούτων ὀνομάτων λῆγούσας* et apud Photium s. u. *οἰκέα· τὸν οἰκογενῆ οἰκέτην ᾽οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι᾽*. Cui formularum generi plane contrarii sunt permulti loci, quibus Eustathius formulis illis non tam ueteres Athenienses, quam ueteres auctores, quibus usus sit fontibus, uidetur indicare; quales sunt loci: *παρασημειοῦνται δὲ οἱ παλαιοί, φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὡς, ὡς καὶ τοῦτό φασιν οἱ παλαιοί, κατὰ τοὺς παλαιοὺς οἵ φασιν* [1]), *ὥς φασιν οἱ παλαιοί*, alia eiusmodi. Quod ubi perspexi, aliquamdiu ipsos atticistas ab Eustathio dici *τοὺς παλαιούς* existimaui inductus glossa illa memorabili supra p. 341 *προοῦδων*, quam profert Eustathius iisdem totidemque uerbis primum *κατὰ Παυσανίαν*, deinde *κατὰ τοὺς παλαιοὺς οἵ φασιν κτλ.* At ne hoc quidem argumento licet uti, quoniam aliquoties formulas cum ipsis atticistarum nominibus coniunctas uidemus, ut apud Eustath. p. 396, 1: *σημείωσαι ὅτι . . . καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ κατὰ Παυσανίαν* et apud Eustath. p. 1769, 45: *οἱ παλαιοὶ ὡς ἱστορεῖ Παυσανίας* et saepius. Sed quid rei sit, eo docemur, quod tales formulae, quales sunt *ὥς φασιν οἱ παλαιοί* uel *οἱ παλαιοὶ οἵ φασιν* apud unum Eustathium exstant, non apud reliquos lexicographos uel scholiastas, e quibus hasce formulas petiui: e Photio *οἱ παλαιοὶ ἐχρῶντο* uel tantum *οἱ παλαιοί* s. u. *ὑποκρίνεσθαι*, ex Ammonio et scholiasta Aristophanis *ἐκάλουν οἱ παλαιοί*, e Photio *λέγουσιν οἱ παλαιοί*, ex Ammonio et scholiasta Aristophanis *ἔλεγον οἱ παλαιοί*, e scholiasta Platonis *γράφουσι τὴν δίκην οἱ παλαιοί*, e scholiasta Luciani *εἰώθεσαν οἱ παλαιοί*, e scholiasta Demosthenis *εἰώθασι δ᾽ οἱ παλαιοί*, e scholiasta Luciani *τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν*, e Suida *ἔθος εἶχον οἱ παλαιοί*, et quae

1) Solum *κατὰ τοὺς παλαιούς* medium tenet locum inter utrumque genus.

sunt similia. Unde liquet, difficultatem a nulla re ortam esse nisi ab Eustathii excerpendi ratione, quippe quae nimis uaria sit et ad perspiciendum difficilis.

Quam ut bene cognoscamus illos duos et uiginti locos antea p. 345 sqq. collectos in tria diuidamus genera, quorum primum eos complectitur locos, quibus coniuncta est formula cum ipso atticistae nomine uelut apud Eustath. p. 1579, 27: *οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐξέτεινον*, p. 396, 1: *οἱ παλαιοὶ κατὰ Παυσανίαν*, p. 1769, 45: *οἱ παλαιοὶ ὡς ἱστορεῖ Παυσανίας*, p. 258, 25: *κατὰ τὸν Παυσανίαν ταῖς ἀρχαῖς οἱ παλαιοί*. Huic generi ei quoque loci adscribendi sunt, quibus inter atticistae nomen et formulam aliquod interest spatium, ut apud Eustath. p. 962, 22: *χρήσιμον καὶ τὸ τοῦ Αἰλίου Διονυσίου εἰπόντος ὅτι γεώλοφον οἱ παλαιοὶ καλοῦσι κτλ.*, p. 229, 28: *τίτις κατὰ Αἴλιον Διονύσιον βραχὺ ὀρνίθιον ἢ καὶ πᾶν φησι μικρὸν ὀρνίθιον ὑπὸ τῶν παλαιῶν οὕτω καλεῖται*.

Alterum est genus eorum locorum, quibus — id quod maximi est momenti — inter formulam et atticistae nomen noui enuntiati initium incidit, qua quidem obseruatione Rindfleischius eius tantum generis locis uti ausus est, casu ut uidetur, quibus non uti nullo pacto poterat.[1]) Cuius quidem rei praeclarum exemplum suppeditat Eustathius p. 1854, 36 (Rdfl. fr. 80): *οὐκ ἂν δέ τις ἀπισχυρίσαιτο μὴ οὐκ εἶναι καὶ τὸν*

1) Nonnulla sufficiant exempla: ante fr. 22 ponenda sunt uerba inde ab *αἱμασιὰ δὲ κατὰ τοὺς παλαιούς* . . . quae ob subsequentia uerba: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν 'καὶ αὐτός'* plane sunt Pausaniae; ante fr. 45 quae sunt uerba inde a *παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς καὶ κτλ.* coll. Suid. ss. uu. *ἔνος* et *ἄφενος*, qui eadem in lexicon suum transtulit; ante fr. 164 pone: *ὅτι ὥσπερ ἑλιξόκερως βοῦς ὁ στρεβλόκερως παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οὕτω καὶ βόες εἰλίποδες κτλ.* coll. Etym. Mag. p. 299, 23 et Suid. s. u. *εἰλίπους βοῦς*, fr. 167 incipit a uerbis *οἱ δὲ παλαιοὶ λέγοντες ὅτι κτλ.* coll. Suid. s. u. *ἀμφιθαλής*. Plane per uim desecuit Rindfleischius de fr. 21 ineunte uerba: *διὸ κατὰ τοὺς παλαιούς*. Sed longe euidentissimum huius amplificandi rationis argumentum peto ex Eustathio p. 809, 42 (Rdfl. fr. 272), quem locum iustis terminis circumscriptum uide p. 359. Haec una obseruatio dignissima est, qua quis ad fragmenta atticistarum denuo colligenda permoueatur fructu proposito satis magno.

ἀῤῥάβακα ἐθνικόν, ὅς ἐστι κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὀρχηστὴς ἢ βλάσφημος· Παυσανίας δὲ καὶ ἐτυμολογίαν αὐτοῦ παραδιδοὺς γίνεσθαί φησιν ἀπὸ τοῦ ἀῤῥαβάσσειν, ὅ ἐστιν ὀρχεῖσθαι. Omnia Pausaniae esse patet e Bekk. anecd. p. 446, 26: s. u. *Ἀῤῥάβακα· τὴν ὀρχηστρίδα, ἢ καὶ τὸν ὀρχηστήν. ἢ καὶ βλάσφημον, ἀπὸ τοῦ ἀῤῥαβάσσειν, ὅ ἐστιν ὀρχεῖσθαι.* Alterum exemplum uide apud Eustath. p. 1573, 62 (Rindfl. fr. 221) coll. Photio s. u. *Θάτερα καὶ Θάτερον.* Utrumque hoc genus talia continet atticistarum fragmenta, in quibus formulae sine dubio pertinent ad describendos ueterum Atheniensium mores.

Alium uero in modum tertium fragmentorum genus ab Eustathio constitutum est tres locos continens, quos deinceps consideremus. Primum audiamus Eustath. p. 206, 26 (Rdfl. fr. 99) *Ἰστέον δὲ ὅτι τὰ κατὰ τὸν στραβὸν οἱ παλαιοὶ καὶ οὕτω ʿφράζουσινʾ· οἱ μὲν ὅτι βλεπεδαίμων ὁ διεστραμμένος τὰς ὄψεις καὶ οἷον ὑπὸ δαίμονος πεπληγώς· Παυσανίας δὲ προστίθησι καὶ ὅτι τοὺς Σωκρατικοὺς οὕτως ἔλεγον.* Haec omnia Pausaniae esse elucet e Suida, qui uerba *βλεπεδαίμων — πεπληγώς* ad litteram descripsit. Deinde uide Eustath. p. 862, 14 (Rdfl. fr. 277) *οἱ δὲ παλαιοὶ ʿσημειοῦνταιʾ ὡς Ἀττικοὶ μὲν τὴν μέσην Θύραν μέσαυλόν φασι, μάλιστα μὲν οὖν τὴν μέσην δυοῖν αὐλαῖν, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, ἣν καὶ μέταυλον αὐτὸς λέγει πρὸς ὁμοιότητα τοῦ μεθόριον καὶ μεταίχμιον κτλ.* postremo p. 1166, 51 (Rdfl. fr. 351): *σημείωσαι δὲ ὅτι περὶ χιτώνων καὶ τοιαῦτά ʿφασινʾ οἱ παλαιοί. χιτὼν ὁ ζωστὸς καὶ γυναικεῖος· ὁ δὲ ἀνδρεῖος χιτωνίσκος ὅ τινες ἐπενδύτην, τὸ δὲ βραχὺ χιτωνισκάριον· χιτώνιον δὲ καὶ χιτωνάριον λεπτὸν ἔνδυμα γυναικεῖον πολυτελές. Μένανδρος· ʿλελουμένη γὰρ ἡ ʾταίρα καὶ διαφανὲς χιτωνάριον ἔχουσαʾ. Ἀριστοφάνης· ʿἐνδὺς τὸ γυναικεῖον τοδὶ χιτώνιονʾ. ταῦτα Αἴλιος Διονύσιος, παρ᾽ ᾧ καὶ ὅτι κτλ.* Est igitur tribus his locis formula notissima sic constituta: *οἱ παλαιοὶ φράζουσιν —. Παυσανίας δὲ καὶ . . .; οἱ παλαιοὶ σημειοῦνται . . ., ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος . . .; τοιαῦτά φασιν οἱ παλαιοί* et post quinque uersus *ταῦτα Αἴλιος Διονύσιος*, quo fit, ut quicunque primum accedunt ad hanc quaestionem, re uera ueteres auctores nominatim lau-

dari facile opinentur. Nil uero fecit Eustathius nisi hoc: ‘*τοὺς παλαιοὺς Ἀττικοὺς* uel *Ἀθηναίους*, qui per totam atticistarum farraginem etiam atque etiam ferebantur, ipsos fecit loquentes ita quidem ut, quidquid docerent atticistae in lexicis suis de moribus et antiquitatibus ueterum Atheniensium, hoc ipsi ueteres Athenienses tradere memoriae uiderentur’. Molestum erat Eustathio plenas perscribere formulas, quales supra uides in primo, quod dixi, fragmentorum genere p. 351, itaque scripsit: *σημείωσαι δὲ ὅτι περὶ χιτώνων τοιαῦτά φασιν οἱ παλαιοί* pro: *σημείωσαι δὲ περὶ χιτώνων τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος* et p. 206, 26 posuit: *ἰστέον δὲ ὅτι τὰ κατὰ τὸν στραβὸν οἱ παλαιοὶ οὕτω φράζουσιν . . . ὅτι βλεπεδαίμων . . ., Παυσανίας δὲ καὶ* — pro: *ἰστέον ὅτι ἐλέγετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς βλεπεδαίμων . . ., Παυσανίας δὲ καὶ φράζει ὅτι κτλ.* Magis perturbatus est tertius locus p. 862, 14: hic integram formulam (*οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ τὴν μέσην Θύραν μέσαυλόν φασιν . . ., ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος*) et mutatam (*οἱ δὲ παλαιοὶ σημειοῦνται ὡς Ἀττικοί φασι τὴν μέσην Θύραν μέσαυλον*) nimis neglegenter confudit scripsitque: *οἱ δὲ παλαιοὶ σημειοῦνται ὡς Ἀττικοὶ τὴν μέσην Θύραν μέσαυλόν φασι . . ., ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος.* Minime licet dubitare, quin sic scriptum fuerit in lexico Dionysiano: *οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ τὴν μέσην Θύραν μέσαυλόν φασι κτλ.*, quibus uerbis Eustathius transscribens addere debebat: *ὥς φησιν* uel *ὡς σημειοῦται Αἴλιος Διονύσιος*, quemadmodum fecisse uidemus Aeschinis scholiastam ad I, 89: *κέχρηνται οἱ παλαιοί, ὥς φασιν οἱ Ἀττικισταί.* Bene quidem mihi Eustathium sic interpretanti succurrunt tres potissimum loci, quorum primus est infra p. 362 ex Eustath. p. 1423, 2 petitus, cuius loci sub finem habemus: *ταῦτα πάντα τῶν παλαιῶν, οἵ φασιν, ὡς ἐκεῖθεν καὶ οἰκουρός κτλ.* Hic autem sine ullo labore unusquisque agnoscet ueteres Athenienses laudatos esse, non ueteres, ut ita dicam, grammaticos, propter praecedentem eamque genuinam formulam: *παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἀθηναίοις.* Sic igitur scribendum erat Eustathio: *ταῦτα πάντα* (sc. glossae *οἰκούρια, οἰκίσκος, οἰκεύς, οἰκέται, οἰκητήρια, οἰκόσιτος, οἰκοτρίβαιον*) *τῶν παλαιῶν*

(sc. *Ἀθηναίων*) *ἐστιν, ὧν ἐκεῖθεν* (sc. *ἐκ τοῦ οἴκου*) *καὶ οἰκουρός ἐστιν κτλ., ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος* uel *Παυσανίας*; at multo commodius erat Eustathio ita scribere, ut scripsit. Idem breuitatis studium deprehendimus altero Eustathii loco p. 1539, 56 de quo uide infra p. 371; scriptum est enim: *ἑρμηνεύουσι δὲ κωφὸν ἐνταῦθα οἱ παλαιοί κτλ.* Eandem autem glossam descripsit Ammonius p. 86 his uerbis: *κωφὸς καὶ ἐννεὸς ὁ αὐτὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐλέγετο κτλ.* Iam per Ammonium manifestam adepti sumus atticistae lectionem; erat enim Eustathio sic constituenda haec glossa: *ἰστέον ἐνταῦθα ὡς κωφὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐλέγετο ...*, *ὡς ἑρμηνεύει ἀττικιστής*, ut fecit p. 901, 12 (Rdfl. fr. 133) ... *δοκεῖ ἐντεῦθεν δημοῦσθαι ῥηθῆναι παρὰ τῷ φιλοσόφῳ Πλάτωνι τὸ παίζειν, ὡς ἑρμηνεύει Αἴλιος Διονύσιος.* Vel luculentissima res est tertio, quem habeo eius generis, loco apud Eustath. p. 1625, 14 ubi, id quod in deliciis habebat, coniunctas protulit Pausaniae et Aelii Dionysii eiusdem uocis interpretationes ita quidem, ut pro Pausaniae nomine poneret formulam *οἱ παλαιοί*, nominatim appellaret Aelium Dionysium: *οἱ δὲ παλαιοὶ τὸν τοιοῦτον ταρσὸν καὶ ταῤῥὸν λέγουσιν, οἱ μεθ' Ὅμηρον δηλαδή, ἐν οἷς καὶ ὁ κωμικός, οὗ καί φασιν ὅτι ταῤῥὸς τὸ τυροκομεῖον, καὶ ὅτι ἀῤῥίχοι μὲν κόφινοι σταφυλοφόροι* (cf. Rindfl. fr. 82: *Παυσανίας δὲ ἱστορεῖ καὶ ὡς τούτοις τοῖς ἀῤῥίχοις σταφυλαὶ συνεκομίζοντο*), *ταῤῥὸς δὲ ἀγγεῖον πλεκτὸν ὡς ψίαθος ἐκ καλάμων, ἐν ᾧ τυρεύουσι, καὶ κρεμαστὴρ δέ φασιν ἐλέγετο ταῤῥός, ἐφ' οὗ τυροὺς ἕτερσον. ὅθεν καὶ τρασιά, οὗ σῦκα ψύγεται* (Photius s. u. *τρασιά· οὗ τὰ σῦκα ψύχεται· οὕτως Εὔπολις*).[1]) *ἐλέγετο δέ φασι ταρσὸς καὶ τὸ ἄνω τοῦ ποδὸς ἢ καὶ τὸ ἄκρον τῆς χειρός* (Photius s. u. *ταρσός· ἐκ μέρους ἢ τὸ πλάτος τοῦ ποδὸς ἢ τὸ ἄκρον τῆς χειρός*). *Αἴλιος δὲ Διονύσιος κτλ.* (= Rindfl. fr. 333).

In eundem modum accipiendae sunt similes formulae his locis apud Eustathium: *ὥς φασιν οἱ παλαιοί*: p. 1452, 47

1) Cf. Etym. Mag. p. 449, 26: *τὴν μέντοι τῶν σύκων ψύξιν τρασιὰν λέγουσιν.*

u. *οὐρίσαι* (p. 363); *οἱ παλαιοί φασι* p. 588, 12 u. *σάκκος* (p. 340) et p. 768, 14 u. *βῆ* (p. 342); *οἱ δὲ παλαιοί φασι καὶ τοιαῦτα* p. 1445, 41 u. *ἤϊα* (p. 358); *φασὶν οἱ παλαιοί* p. 1413, 60 u. *ξένος* (p. 361); *φασὶ δὲ οἱ παλαιοί* p. 1456, 50 u. *Ἀθηναῖαι* (p. 348); *φασὶ γοῦν οἱ παλαιοί* p. 883, 50 u. *αἱμασιά* (p. 341) et p. 1627, 13 u. *ἀμνόν* (p. 376); *περὶ οὗ φασιν οἱ παλαιοί* p. 1229, 27 u. *λίγδος* (p. 360) et p. 1394, 30 u. *μηλαφῆσαι* (p. 361); *κατὰ τοὺς παλαιούς, οἵ φασιν ὅτι* p. 1872, 33 u. *προόδων* (p. 341); *παρασημειοῦνται δὲ οἱ παλαιοί* p. 500, 37 u. *ἦθεος* (p. 349) et p. 1164, 16 u. *λίνον* (p. 367); *δηλοῦσιν οἱ παλαιοί, φέροντες καὶ χρῆσιν Θεοπόμπου* p. 1910, 10 u. *κένταυρος* (p. 359); *οἱ δὲ παλαιοὶ . . . ἑρμηνεύσαντες . . . προφέρουσι καὶ παροιμίαν* p. 1534, 5 u. *ὑπέρα* (p. 365).

Qua re explanata reliquum est, ut moneamus de scriptoribus, quorum testimonia adhibuerunt atticistae in fragmentis nominatim laudatis. Sed paucissimis uerbis licet hanc rem absoluere, quoniam Rindfleischius p. 17—19 horum scriptorum conspectum composuit. Qua in re, quod minima non curauit uir doctissimus, non miror, at certe non ferendus est error, quem commisit p. 19 (init.): ‘Tum nec Didymum . . . nec Cratetem, „scholae Pergamenae caput“, illi (sc. Pausaniae) ignotos fuisse docent nos fragmenta 91 et 167’. Fragmentum 167 apud Rindfleischium est Eustathii locus p. 1283, 6, ubi est de uoce *εἰρεσιώνη*. Qua in glossa non laudari Cratetem Mallotam sed Atheniensem, patefacit Suidas s. u. *εἰρεσιώνη*, qui plura habet, quam Eustathius: ‘*Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν*’.

Venio nunc ad enumerandas eas glossas e lexicographis et scholiastis collectas, quae formulas illas atticistarum proprias exhibent. Quemadmodum ex iis, quae disseruimus de scholiis Aeschineis, facile intellegitur, praeter Photium, Suidam, Eustathium imprimis excerpserunt atticistarum lexica auctor lexici Bekkeri, Hesychius, ubi attinguntur *λέξεις διάφοροι*, Ammonius, scholiastae Aristophanis, Demosthenis, Luciani, Platonis. Quorum omnium auxilio in hac de formula *οἱ παλαιοί* quaestione usus sum uno excepto Hesychio, quippe

qui omnes fere glossas ita decurtauerit, ut quaenam fuerit uera species, expediri nequeat.

§ 1.

Οἱ παλαιοί apud Eustathium, conuenit Photius.

1. Eustath. p. 675, 53: *ἰστέον δὲ ὅτι . . . ἐλέγετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς . . . τις Ἑρμοῦ κλῆρος*[1]) *. . . ἦν δὲ ὁ ῥηθεὶς κλῆρος φύλλον ἐλαίας, ὃ κατὰ τιμὴν τοῦ θεοῦ, φασιν, εἰώθεσαν ἐμβάλλειν καὶ πρῶτον ἀνέλκειν.*

Photius s. u. *Ἑρμοῦ κλῆρος· ὁ πρῶτος ἀνελκόμενος· εἰώθεσαν γὰρ κατὰ τιμὴν τοῦ θεοῦ φύλλον ἐμβάλλειν ἐλαίας καὶ πρῶτον ἀνέλκειν τοῦτον.* Eadem plenius exstant apud Phot. s. u. *κλῆρος Ἑρμοῦ*, ubi laudatur *Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ.*

2. Eustath. p. 947, 13: *ἐντεῦθεν δὲ ἡ λέξις μετήνεκται εἰς τοὺς ἐν τῷ θνήσκειν ἀσπαίροντας, ἐξ οὗ καὶ τὸ σπαρίζειν εὐχρηστότερον ὂν τοῦ σκαρίζειν παρὰ τοῖς παλαιοῖς.* Photius: *ἐσπάριζεν, οὐκ ἐσκάριζεν.*

3. Eustath. p. 1579, 44: *ἐκ ταύτης δὲ καὶ παροιμία τὸ 'ἑστίᾳ θύομεν' ἐφ' ὧν οὐκ ἔστι φασὶ μεταδοῦναι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν.* Tribus uersibus post sequitur formula *κατὰ τοὺς παλαιούς.*

Photius s. u. *Ἑστίᾳ θυόμεναι· ἀφ' ὧν οὐκ ἔξεστι μεταδοῦναι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν. ἢ ἐφ' ὧν οὐκ ἐκφέρεται ἀπὸ τῆς θυσίας.*

4. Eustath. p. 1523, 29: *οἱ δὲ παλαιοί φασι καὶ ἐσχάριον θυμιατήριον κοῖλον· δῆλον δ' ὅτι ἐσχάραν καὶ τὸ γυναικεῖον ἐκάλουν μόριον.*

Photius: *ἐσχάριον· θυμιατήριον κοῖλον· ἐσχάρας· τὰ τῶν γυναικῶν αἰδοῖα.* Cum altera glossae parte conuenit schol. Ar. Equ. 1286: *ἐσχάρας· τὰ χείλη τῶν γυναικείων αἰδοίων.*

5. Eustath. p. 1573, 44: *ὅτι δὲ τὴν εἴλην οἱ παλαιοὶ καὶ ἕλην φασίν, ἐν ῥητορικοῖς δηλοῦται λεξικοῖς* (sc. atticistarum). *ἔνθα κεῖται καὶ ὅτι εἴλη καὶ ἕλη ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή. καὶ εἰληθρεῖν τὸ ἡλιάζεσθαι καὶ εἰλεῖν τὸ ἐν ἡλίῳ ξηραίνειν. καὶ*

1) Singulas glossas profero secundum ordinem alphabeti.

εὔειλον χωρίον τὸ εὐήλιον, καὶ πρόσειλον τὸ πρὸς μεσημβρίαν τετραμμένον.

Quinque sunt uoces eiusdem stirpis: *εἴλη, εἰληθρεῖν, εἰλεῖν, εὔειλος, πρόσειλος*, quarum priores tres incidunt in lacunam apud Photium (*ἀδιάκριτος — ἐπώνυμοι*), quae restant *εὔειλος* et *πρόσειλος* apud Photium quoque inueniuntur: *εὔειλος· εὐήλιος· Ἀριστοφάνης· πρόσειλος· πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου αὐγὴν ἐστραμμένος.*

In hac quoque glossa Photius addit Aristophanis testimonium, quod, ut saepe alias, omisit Eustathius, plane e Photio locupletandus. Nonnulla his poteris addere ex Etym. Mag. p. 389, 42: *Εἴλη γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή. ὅθεν καὶ εἰληθρεῖν τὸ ἡλίῳ χρῆσθαι* et p. 690, 14 u. *πρόσειλος οἰκία. ἡ πρὸς τὴν Εἴλην τετραμμένη. Εἴλη γὰρ ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή.* Unde alteruter atticista sua de uoce *εἴλη* petiuerit, expedit schol. Ar. Vesp. 772 (med.): *ψυχρῶς δὲ πέπταιχέν φησιν ὁ Δίδυμος, πρὸς τοὔνομα. ἐπειδὴ γὰρ εἴλη λέγεται ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή κτλ.* et breui post: *οὕτως δὲ οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ῑ εἴλην λέγουσιν. οὕτως Δίδυμος.* Didymum ab atticistis exhaustum esse, docet Eustathius p. 1039, 37. 42, unde totam hanc Eustathii doctrinam p. 1573, 44 per atticistas ad Didymum referendam esse admodum est probabile.

6. Eustath. p. 1560, 6: *ὅθεν καὶ κομιδὴ ἡ ἐπιμέλεια καὶ εὐκόμιστος κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ ἐπιμελείας τετευχώς.*

Photius: *εὐκόμιστος· ἐπιμελείας εὖ τετευχώς. κομιδὴ γὰρ ἡ ἐπιμέλεια.* Eadem habet Etymologus Mag. p. 392, 25.

7. Eustath. p. 980, 41: *ὅθεν καὶ εὐμάρεια κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ εὐχέρεια, ἡ ῥᾳστώνη. Ἴωνες*[1]) *δὲ τὸ περί τινα*

1) Attico sermoni hoc loco opponitur Ionicus: *Ἀττικὰ* et *Ἰακὰ* in certis quoque atticistarum fragmentis plus semel inter se comparantur, ab Aelio Dionysio: apud Eustath. p. 1533, 59 (Rdfl. fr. 82), p. 1761, 51 (Rdfl. fr. 149), p. 1158, 37 (Rdfl. fr. 169), p. 1957, 62 (Rdfl. fr. 255), p. 217, 29 (Rdfl. fr. 278), p. 1562, 35 (Rdfl. fr. 284), a Pausania: apud Eustath. p. 1864, 7 (Rdfl. fr. 122). Quo Aelii Dionysii more perspecto iam mihi concedes Eustathii locum p. 1434, 1 et ab Rindfleischio (fr. 63) et a Linckio, de Aelio Dionysio Halicarnassensi lexici attici conditore Regimont. 1865. p. 8 sic fuisse constituendum: ... *τὸ ἅπαν, ὄνομα ὄν, Ἴωνες συστέλλουσι καὶ ὁ*

τῶν ἀναγκαίων τῷ σώματι ἐκκρίσεων ἀσχοληθῆναι, οἷον οὐρῆσαί, φασιν, ἢ ἀποπατῆσαι εὐχέρειαν ἐκάλουν.

Photius s. u. εὐμάρειαν· ῥᾳστώνην, εὐχέρειαν. οἱ δὲ Ἴωνες τὸ περί τινα τῶν ἀναγκαίων τοῦ σώματος ἐκκρίσεων ἀσχολῆσαι· οἷον, οὐρῆσαι, ἀποπατῆσαι.

8. Eustath. p. 1439, 36: ἐξ ὧν ὀρνίθων καὶ εὐορνιθία κατὰ τοὺς παλαιοὺς παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ ἀγαθὸν οἰώνισμα. Photius: εὐορνιθία· Σοφοκλῆς ἐπ᾽ οἰωνῶν.

7. Schol. Ar. Thesm. 973 *τέλος δὲ ὁ γάμος· διὸ καὶ προτέλεια ἐκαλεῖτο ἡ Θυσία ἡ πρὸ τῶν γάμων γινομένη.* Idem docet Pausanias apud Eustath. p. 881, 31: *ἑρμηνεία δὲ παρὰ Παυσανίᾳ εἰπόντι ὅτι προτέλεια ἡ πρὸ τῶν γάμων Θέα,* quod Meierum recte emendasse in *Θυσία* pluribus explanat Rindfleischius p. 101. Indidem sua Photius habet s. u. *προτέλεια* addito Menandri testimonio.

8. Schol. Ar. Plut. 138 u. *ψαιστόν· ἔστιν ἄλευρον ἐλαίῳ δεδευμένον.* Idem habet Pausanias apud Eustath. p. 1445, 59: *ψαιστά, ἄλφιτα ὄντα κατὰ Παυσανίαν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ μεμιγμένα ἢ δεδευμένα.*

Quibus praemissis formulam persequamur atticistarum, quam continet

1. Schol. Ar. Nub. 997: *μήλῳ βληθείς· ἀντὶ τοῦ ἔρωτι· οὕτως γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ πτοῆσαι καὶ εἰς ἔρωτα ἀγαγεῖν, μήλῳ βάλλειν.*[1]) Conuenit Photius s. u. *μήλῳ βαλεῖν· τὸ πτοῆσαί τινα καὶ εἰς ἔρωτα ὑποβαλεῖν.*

1) Cf. Dilthey, de Callimachi Cydippa p. 114 sqq.

2. Schol. Ar. Equ. 964 (extr.) *μύρτον δὲ πεποικιλμένον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον.* Photius: *μύρτον· τὸ σχίσμα τοῦ γυναικείου αἰδοίου.* Suidas gl. 1: *μύρτον· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Ἀριστοφάνης.* Atticistae, quoniam in interpretandis comicis poetis eximiam operam collocabant, talia multis locis docebant: cf. *ἄμβων* apud Eustath. p. 1636, 52; *γέρρον* Eustath. p. 1924, 2; *εὖστρα* Eustath. p. 1446, 29; *ἰθυφάλλος* Eustath. p. 1403, 38 et supra p. 356. 359 *ἐσχάρα* et *κένταυρος*.

3. Schol. Ar. Nub. 254 *σκίμποδα· τὸν κράβατον σκίμποδα λέγουσιν Ἀττικοί. οἱ δέ φασι σκιμπόδιον ἰδίως λέγεσθαι τὸ χωλοκραβάτιον. σκιμβάζειν γὰρ τὸ χωλαίνειν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἢ τὸν σκιμβοὺς ἔχοντα τοὺς πόδας.*

Photius s. u. *σκιμβάζειν· χωλεύειν· καὶ ἀσκωλίζειν· τὸ αὐτὸ τοῦτο· οὕτως Ἀριστοφάνης*, et: *σκίμπους· κράββατος ἢ σκάμνος*, quibus adde Bekk. anecd. p. 452, 18: *ἀσκωλίζοντες· ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἐφαλλόμενοι, χωλαίνοντες ἢ στερούμενοι τῶν κατὰ φύσιν· ὅθεν καὶ σκιμβάζειν τὸ αὐτὸ λέγουσιν οἱ Ἀττικοί.* Tribus igitur his locis opus est ad restituendam glossam, quae tria continebat *ὁμώνυμα*: *ἀσκωλίζειν, σκιμβάζειν, χωλαίνειν*. Cum uox *κράβατος* etiam apud Photium occurrat, scholiasta priorem quoque glossae partem atticistis uidetur debere.

4. Schol. Ar. Equ. 806 (extr.) *στέμφυλα δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰ τῶν ἐλαιῶν ἀποπιέσματα· περιπτίσματα δὲ τὰ τῶν ἀμπέλων.* Cf. Eustath. p. 1963, 59: *τριβεῖσαι γάρ φασιν ἐλαῖαι στέμφυλα παρ' Ἀθηναίοις ἐκαλοῦντο, εἴτουν βρύτεα. γέγονε δέ φασιν ἡ φωνὴ αὕτη παρὰ τοὺς βότρυς τῶν σταφυλῶν, ὧν εἰσι τὰ τοιαῦτα ἐκπιέσματα.*

5. Schol. Ar. Plut. 453 u. *τροπαῖον· οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ προπερισπῶσιν, οἱ δὲ νεώτεροι προπαροξύνουσιν.* Eadem formula plena quidem est apud Eustath. p. 206, 1: *δοκεῖ δέ φησι* (sc. *Αἴλιος Διονύσιος*) *'τῶν παλαιῶν Ἀττικῶν' εἶναι περισπᾶν τὰ τοιαῦτα· ὁμοῖον, ἑτοῖμον, γελοῖον.* Est uerisimillimum hoc Aelii Dionysii loco permultas huius generis uoces exstitisse et in his quoque *τροπαῖον*, ita ut eundem locum uideatur inspexisse et scholiasta Aristophanis et Eustathius.

§ 8.

Οἱ παλαιοί apud scholiastam Demosthenis.

Duos habeo locos e scholiis Demosthenicis petitos, quos, quamquam apud alios scholiastas aut lexicographos nihil simile potui inuenire, tamen atticistis uelim adscribas:

1. Schol. Dem. p. 681, 9 Dind.: *ἰστέον ὅτι τρία σημαίνει παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ αἰτία· αὐτὴν τὴν αἰτίαν, ἣν νῦν λέγομεν ἀναπόδεικτον· αἰτίαν τὴν μέμψιν, ὅταν τις φίλον αἰτιᾶται ὡς κακῶς πεπραχότα· καὶ αἰτίαν τὴν πρόφασιν καὶ ἀφορμήν τινος γενομένην, ὡς ἐὰν εἴπωμεν ὅτι αἰτία τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου ἐγένετο ἡ ἁρπαγὴ τῆς Ἑλένης, ἤ τι τοιοῦτο.*

Ut hic tres uocis *αἰτία* notiones exponuntur, sic antea p. 380 *φαῦλος* adiectiuum *ἐπὶ τεσσάρων ἐννοιῶν* positum cognouimus; deinde exemplum ex Homeri conspectu petitum bene quadrat ad sermonem atticistarum; simili ratione ostendit Aelius Dionysius apud Eustath. p. 405, 38, quid sit *ἀστόξενος· οἱ ἐκ προγόνων μὲν ἀστῶν, αὐτοὶ δὲ ξένοι καὶ ἀνανεώσεως δεόμενοι, ὁποῖος Ἀγαμέμνων ἐν Αὐλίᾳ . . .* et apud Eustath. p. 1625, 24 *σηκίδος* notio sic definitur: *κατὰ δὲ Αἴλιον Διονύσιον σηκύλη καὶ σηκὶς κυρίως ἡ ἐν ἀγρῷ ταμιεῖον φυλάττουσα, οἷόν φησιν ἡ τοῦ Λαέρτου γραῦς.*

2. Schol. Dem. p. 61, 19 Dind.: *σύνταξίς ἐστι δύο πραγμάτων ὥσπερ ἕνωσις. εἰώθασι δ' οἱ παλαιοί, ἐπειδάν τι ἀσαφὲς νομίζωσι λέγειν, διὰ τῆς ἐπαγωγῆς αὐτὸ λύειν ὥσπερ καὶ ὁ ποιητής, εἰπὼν γὰρ 'κύμβαχος' ἐπήγαγεν 'ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους'. καὶ πάλιν εἰπὼν 'ἐντροπαλιζόμενος' ἔφη 'γόνυ γουνὸς ἀμείβων'. οὕτω καὶ ὁ ῥήτωρ εἰπὼν 'σύνταξις' ἐπήγαγε τὸ 'λαμβάνειν καὶ ποιεῖν τὰ δέοντα'.* Hic quoque exempla ex Homero sumpta prodere atticistas uidentur; eisdem autem uerbis *'εἰώθασιν οἱ παλαιοί'* utitur Aelius Dionysius in Boissonadi Anecdotis Gr. I p. 413, quae uide supra p. 346; cuiusmodi obseruationes ne Eustathium quidem plane deficiunt, cf. p. 584, 30: *τὸ δὲ 'ἐπὶ βρεχμὸν καὶ ὤμους' οἷον ὑπεξηγητικόν ἐστι κατὰ 'Ομηρικὴν συνήθειαν τοῦ 'κύμβαχος'.*

§ 9.

Οἱ παλαιοὶ apud scholiastam Luciani.

1. Schol. Lucian. p. 219 Iac. s. u. *γέρρον· τετράγωνον σκέπασμα ἐκ στερεᾶς βύρσης. ᾧ ἀντὶ ἀσπίδος ἐχρῶντο Σκύθαι ἐν τοῖς πολέμοις ἐσκεπασμένοι. φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων σημαινομένων παρὰ τοῖς παλαιοῖς. παρ᾽ Ἐπιχάρμῳ μὲν γὰρ γέρρα Νάξια εἴρηται ἐπὶ τῶν αἰδοίων. Ἀλκμὰν δὲ ἐπὶ τῶν οἰστῶν τέθεικε τὴν λέξιν. Δημοσθένης ἐπὶ τῶν σκηνωμάτων καὶ τῶν περιφραγμάτων ‘οἱ δὲ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν’. καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις δὲ τὸ κατὰ τὸ Πηλούσιον καλούμενον διὰ τοῦτο ὠνομάσθη, ἐπεὶ σκηνώματά ἐστιν, ἐν οἷς παραφυλάττοντες τὰς εἰσόδους διατρίβουσι· καὶ Ἀριστοφάνης ὡς ἐπὶ φυλακῆς τινος καὶ μοχλοῦ τροπικῶς παρέλαβε τὴν λέξιν. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τ ἀγρί Φερεκράτους· ‘γέρροις ἀποσταυροῦνται’.*

Praeclarum quidem hoc est specimen atticistarum doctrinae, quibus haec omnia reddere non dubito. Epicharmi, Demosthenis, Aristophanis, Pherecratis testimonia adhibuerunt atticistae, cf. Rindfl. p. 17 sqq., solus Alcman nusquam laudatur, quod quidem, cum tam exigua tantummodo pars lexicorum conseruata sit, admodum magnas mouet dubitationes. Pherecrateae fabulae nomen sanatum est apud Kock. Comic. Atticor. Fragg. I p. 150 ‘*ἐν τοῖς Ἀγρίοις*’, quam fabulam laudat exempli causa schol. Ar. Equ. 762. Hoc scholion fluxisse ex atticistarum lexicis colligere licet ex Eustathio p. 1924, 1 (Rdfl. fr. 113): *Παυσανίας δὲ γράφει οὕτω· γέρρα, σκηνώματα καὶ Περσικὰ ὅπλα, καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν μόριον, καὶ περιφράγματα. Αἴλιος δὲ Διονύσιος, ὅτι γέρρον καὶ οἱ περιπεφραγμένοι τόποι καὶ ἀσπίδες Περσικαὶ ἐκ λύγων καὶ οἰσύϊνοι· καλοῦσι δέ φησιν οὕτω οἱ κωμικοὶ καὶ τό, ὡς ἐρρέθη, γυναικεῖον.* Aut circumcidit Eustathius atticistarum copiam, aut, id quod plus habet probabilitatis, Luciani scholiasta, qui Eustathio multo est uberior, doctrinam suam ex altera Dionysiani lexici editione deprompsit, in qua, uti Photius testis est

(bibl. cod. 152 apud Rindfl. p. 12), *πλατώτερόν τε καὶ ἀφθονώτερον αἱ μαρτυρίαι παρατέθειν*ται.

2. Schol. Lucian. p. 258 Iac. s. u. *ἕρμαιον· ἕρμαιον λέγεται τὸ εὕρημα. παράγεται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἑρμαῖον καὶ ἕρμαιον. οἱ γὰρ παλαιοὶ τὸν Ἑρμῆν ὡς ἔφορον τῶν ὁδῶν παρὰ τὰς ὁδοὺς ἔγραφον. καὶ εἴ τι εὑρισκόν τινες ἐν ταῖς ὁδοῖς, τὰς αἰτίας τῷ Ἑρμῇ ἀνετίθουν καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑρμοῦ παρωνόμαζον ἑρμαῖον καὶ ἕρμαιον.* Conuenit Eustathius p. 999, 10: *Ἑρμῆς . . . εἰς ὃν ὡς τὰ πολλὰ οἱ παλαιοὶ τὰς εὐποτμίας ἀνάγουσι, διὸ καὶ τὸ κατὰ τύχην εὑρεθὲν ἀγαθὸν ἕρμαιον ἐλέγετο.* Cf. praeterea Eustath. p. 1809, 47 et schol. Plat. p. 377 B.

3. Schol. Lucian. p. 247 Iac. s. u. *ῥαφανίδι· τοὺς μοιχοὺς γὰρ τοιαύτην ἀποτίνειν τοῖς παλαιοῖς ἔθος ποινήν. ἐπὰν γὰρ ἑάλω, μετὰ πολλὰς τὰς ἄλλας τελευτῶντες ῥαφανίδα τῇ πυγῇ τοῦ μοιχοῦ πάνυ ἁδρὰν ἔνειρον.*

Simillima tradit schol. Ar. Nub. 1083 *ἵν' ῥαφανιδωθῇ· οὕτω γὰρ τοὺς ἁλόντας μοιχοὺς ᾔκιζον. ῥαφανῖδας λαμβάνοντες ἔβαλλον εἰς τοὺς πρωκτοὺς αὐτῶν, καὶ παρατίλλοντες αὐτοὺς θερμὴν τέφραν ἐπέπασσον, βασάνους ἱκανὰς ἐργαζόμενοι.* Similia Pausaniam curasse docet Eustathius p. 1161, 31 (Rdfl. fr. 32). *Παυσανίας δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέρου σημαινομένου τὴν λέξιν τιθεὶς φησιν· ἀλάβαστος, ᾧ ἐχρῶντο ἐπὶ τιμωρίᾳ τῶν μοιχῶν ἀντὶ τοῦ ῥαφάνου.*

4. Schol. Lucian. p. 229 *κοπταφόρον· ἐπίσημον τοῦτο τῶν ἵππων ἐπὶ τοῦ μηροῦ ἐγκαιόμενον παρὰ τῶν παλαιῶν καὶ ἦσαν οὗτοι οἱ ἵπποι τῶν εὐγενῶν, οἷς ἐπὶ τοῦ μηροῦ τὸ παράσημον κάππα τὸ στοιχεῖον ἢ σίγμα, ἀφ' ὧν καὶ παρωνομάζοντο ἀπὸ τοῦ κάππα κοππατίαι, ἀπὸ δὲ τοῦ σίγμα σαμιφόραι, ἐξ οὗ καὶ ὁ Βουκεφάλας ἵππος ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος βούκρανον ἔχων ἐντετυπωμένον οὕτως ἐκαλεῖτο.* Eadem inueniuntur ualde decurtata apud Photium s. u. *σαμιφόρας· ἵππος χαρακτῆρα ἔχων ἐγκεκαυμένον σίγμα, ὡς κοππατίας καὶ βουκέφαλος.* Nonnulla licet afferre praeterea ex scholio Ar. Equ. 603 *ὦ σαμιφόρα· ἰδίως σαμιφόραι καλοῦνται ἵπποι ἐγκεχαραγμένοι τὸ σ σημεῖον, οἱ δὲ Δωριεῖς τὸ σ σάν*

λέγουσιν ... et ex Eustathio p. 785, 30: *ὅτι δὲ τὸ κάππα στοιχεῖον κόππα κατὰ γλῶσσαν ἐλέγετο, δηλοῦσιν οἱ τὸν κοππατίαν ἵππον εἰπόντες οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ ἔχειν κ ἐντετυπωμένον, ὥσπερ σαμφόραν, ᾧ σ ἐγκέκοπται ἢ ἐγκέκαυται, ὅπερ οἱ Δωριεῖς ἔλεγον σάν,* quibus adde Eustath. p. 1127, 21: *ὅτι δὲ τὸ σίγμα σάν λέγεται Δωρικῶς, προδεδήλωται.* Cum his, quae attulimus, bene comparatur fragmentum Aelii Dionysii apud Eustath. p. 1517, 11 (Rdfl. fr. 338): *ἢ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον τρυσίππειον τετρασυλλάβως ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος, ἐπὶ τῆς γνάθου ὅμοιον τροχῷ.* Praeterea uide schol. Ar. Nub. 23 coll. Suid. u. *κοππατίας* et Etym. Mag. p. 207, 50.

5. Schol. Lucian. p. 192 *ὁποσάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη· ὅτι στοιχεῖον λέγουσι καὶ τὴν τοῦ ἡλίου σκιάν. εἰώθασι γὰρ ὁρίζειν ἡνίκα τυχὸν ἡ σκιὰ γένηται πεντάπους, συνελθεῖν. οὕτως δὲ εἰώθεσαν οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν ἥλιον ἢ τὴν σκιὰν τὴν ἀπὸ ἡλίου* et ibidem p. 250: *ὁπόταν τὸ στοιχεῖον ἐξάπουν ᾖ· τὴν ἀπὸ τῆς ἀκτῖνος τοῦ ἡλίου τῶν σωμάτων περιγραφομένην λέγει σκιάν. οὕτω γὰρ αὐτὴν στοιχεῖον ἐκάλουν.* Photii duae glossae huc spectant inter sese, ut uidetur, coniungendae, s. u. *στοιχεῖον·* 1. *ἐκάλουν τὴν αὐτῶν σκιὰν ᾗ τὰς ὥρας ἐσκοποῦντο,* 2. *στοιχεῖον· ἡ σκιά· Φιλήμων Ὑποβολιμαίῳ.* Philemonis testimonium, quod affert etiam Aelius Dionysius apud Eustath. p. 880, 31 (Rdfl. fr. 101), plane prae se fert atticistarum doctrinae speciem.

§ 10.

Οἱ παλαιοί apud scholiastam Platonis.

Tres apud hunc inueni glossas, in quibus atticistarum formula seruata est; quarum quidem duas argumentis aliunde petitis atticistis restituere non possum, attamen ipsa earum natura euidenter eosdem indicat auctores, quibus scholiasta Platonis longe maximam partem exquisitissimae suae doctrinae debet.

1. Schol. Plat. p. 375 B. *ὡς ἔπος εἰπεῖν· ὡς φαίνεται, ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν· τοῦτο σχηματίζεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ‘ὡς εἰπεῖν ἔπος’ καὶ ‘ὡς ἔπος εἰπεῖν’ καὶ ‘ὡς ἔπος φάναι’ καὶ ‘ὡς φάναι ἔπος’. ἔτι δὲ καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἐκφωνεῖται,*

οἷον ‘ὡς φάναι’ καὶ ‘ὡς εἰπεῖν’. σημαίνει δὲ τὸ αὐτό. οἱ δέ φασιν ἀντὶ τοῦ ‘ὡς φαίνεται’ κεῖσθαι, ἢ ἀντὶ τοῦ ‘ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν’. Talia curasse atticistas satis notum est.

2. Schol. Plat. p. 405 B. (med.) *σημειωτέον δὲ ὅτι βιαίων γράφουσι τὴν δίκην οἱ παλαιοί, καὶ οὐδεὶς βίας.* De iudiciis scripsisse diligenter Aelium Dionysium testis est Photius in bibl. cod. 152, cf. p. 330.

3. Finem huius quaestionis iam faciat scholion Plat. p. 347 B: *‘ὑπὸ μάλης’ πάντες οἱ παλαιοὶ προφέρονται ἐνικῶς, τάττονται δὲ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ κρυφίως τι πράττειν καὶ ἀεὶ μετὰ τῆς προθέσεως, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ‘ἀλλὰ μὴν οὐχ εἷς οὐδὲ δύο ταῦτ’ ἴσασιν, οὐδ’ ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις γέγονεν, ἀλλ’ ἐν τῇ ἀγορᾷ’. πληθυντικῶς δὲ οὐ μάλας λέγουσιν ἀλλὰ μασχάλας, καὶ ἄνευ τῆς προθέσεως. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Μετάνειραν ἐπιστολῇ· ‘καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλὴν ἔχεις, τὰς δὲ μασχάλας δασείας’.*

Conuenit Photius, omisso tamen Demosthenis testimonio *ὑπὸ μάλης· τὸ ὄνομα μὲν κεῖται παρὰ τοῖς ῥήτορσιν· ὅταν μὲν οὖν ἑνικῶς λέγωσιν, οὕτως αὐτὸ πάντες τάττουσιν μετὰ τῆς προθέσεως, ὅταν δὲ πληθυντικῶς οὐ μάλας λέγουσιν ἀλλὰ μασχάλας. Λυσίας· ‘καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλὴν ἔχεις, τὰς δὲ μασχάλας δασείας’.* Breuior exstat eadem glossa in Bekkeri anecdotis p. 313, 3: *ὑπὸ μάλης· ἑνικῶς μὲν λεγόμενον μετὰ τῆς προθέσεως ὑπὸ μάλης, πληθυντικῶς δὲ μασχάλης,* quod corrigendum est in *μασχάλας*. Cf. Poll. II, 139.

INDEX GLOSSARUM

de quibus in hoc Epimetro agitur.

Ἀγαθοῦ δαίμονος . . .	Suid. s. u.	p. 374
ἀγέλαιος } *ἀγελαῖος* }	Eustath. p. 1752, 62	p. 377
ἀγύρτης	Eustath. p. 1430, 34	p. 377
αἰτία	schol. Dem. p. 681, 9 Dind.	p. 385
ἄκυλος	B. A. p. 373, 25	p. 381
ἀλύειν	Eustath. p. 1636, 25	p. 375
ὀλωτόχρους	Eustath. p. 1968, 39	p. 377
ἀμνός	Eustath. p. 1627, 13	p. 376
ἀναγκαῖον	Eustath. p. 1968, 39	p. 377

ἀναπίπτειν	Suid. s. u.	p. 375
ἁρπάγη	Ammon. p. 22 Valck.	p. 373
Βάταλος	B. A. p. 221, 26	p. 381
βιαίων δίκη	schol. Plat. p. 405 B.	p. 389
γέῤῥον	schol. Lucian. p. 219 Iac.	p. 386
γράμματα	Ammon. p. 38	p. 371
εἴλη	Eustath. p. 1573, 44	p. 356
ἐπαγωγή	schol. Dem. 61, 19	p. 385
ἐπήβολος	Eustath. p. 1448, 5	p. 377
ἔρμαιον	schol. Lucian. p. 258	p. 387
Ἑρμοῦ κλῆρος	Eustath. p. 675, 53	p. 356
ἑστίᾳ θύομεν	Eustath. p. 1579, 44	p. 356
ἑσχάριον, ἑσχάρα	Eustath. p. 1523, 29	p. 356
εὐκόμιστος, κομιδή	Eustath. p. 1560, 6	p. 357
εὐμάρεια	Eustath. p. 980, 41	p. 357
εὐορνιθία	Eustath. p. 1439, 36	p. 358
ἐφετίνδα, φαινίνδα	Eustath. p. 1554, 35	p. 358
ἢ τρὶς ἑξ ἢ τρεῖς κύβοι	Eustath. p. 1397, 16	p. 364
ἤϊα	Eustath. p. 1445, 41	p. 358
ἠλύγη, νυκτερινοὶ κύνες	Eustath. p. 809, 42	p. 359
κένταυρος	Eustath. p. 1910, 10	p. 359
κλωγμός, κλώζειν	Eustath. p. 1504, 26	p. 359
κοππατίαι, σαμφόραι ἵπποι	schol. Lucian. p. 229	p. 387
κωφός	Ammon. p. 86	p. 371
λάμβδα	Eustath. p. 293, 39	p. 360
λαμυρός	Eustath. p. 1546, 2	p. 360
λευκόπυγοι	Eustath. p. 863, 29	p. 360
λῃτουργεῖν	B. A. p. 277, 29	p. 381
λίγδος	Eustath. p. 1229, 27	p. 360
λίνον	Phot. s. u.	p. 367
μετρεῖσθαι	Ammon. p. 93	p. 372
μηλαφῆσαι, μήλωθρα	Eustath. p. 1394, 30	p. 361
μήλῳ βάλλειν	schol. Ar. Nub. 997	p. 383
μητρυιός	Eustath. p. 560, 14	p. 361
μύρτον	schol. Ar. Equ. 964	p. 383
ναυσίποδες	Eustath. p. 1515, 27	p. 361
νύμφαι	Eustath. p. 1736, 5	p. 361
ξένος	Eustath. p. 1413, 60	p. 361
ξὺν pro σὺν Ἀττικόν	Phot. s. u.	p. 367
οἰκέται, οἰκεύς, οἰκητήρια, οἰκίσκος, οἰκόσιτος, οἰκοτρίβαιον, οἰκουρία, οἰκουρὸς δράκων	Eustath. p. 1423, 2	p. 362

οἰνιστήρια	Eustath. p. 907, 17	p. 363
ὁρκάνη	Eustath. p. 233, 41	p. 363
ὀσχοφόρια	Phot. s. u. *ὀσχοφορεῖν*	p. 367
οὐρίσαι	Eustath. p. 1452, 47	p. 363
παμπησία	Eustath. p. 1502, 48	p. 363
πατρῷος *πάτριος* *πατρικός*	Phot. s. u. *πατρῴων*	p. 368
περίθετος κεφαλή	Eustath. p. 1280, 64	p. 363
πριαμωθῆναι	Eustath. p. 1344, 5	p. 363
προδοσίκομποι	Eustath. p. 710, 13	p. 363
πύραννος	Eustath. p. 1547, 66	p. 364
ῥαφανιδωθῆναι	schol. Lucian. p. 247	p. 387
σκαπέρδα	Eustath. p. 1111, 20	p. 364
σκιμβάζειν	schol. Ar. Nub. 254	p. 384
σπαρίζειν	Eustath. p. 947, 13	p. 356
στέμφυλα	schol. Ar. Equ. 806	p. 384
στοαί	Phot. s. u.	p. 368
στοιχεῖον	schol. Lucian. p. 192	p. 388
στρεψίμαλλοι	Eustath. p. 1638, 17	p. 364
τόρος	Eustath. p. 1533, 10	p. 364
τροπαῖον	schol. Ar. Plut. 453	p. 384
ὑπέρα	Eustath. p. 1534, 5	p. 365
ὑπὸ μάλης	schol. Plat. p. 347	p. 389
ὑποδερίς	Eustath. p. 1847, 26	p. 366
ὑποκρίνεσθαι *ὑποκριτής*	Phot. s. u.	p. 368
φακός *φακῆ*	Ammon. p. 141	p. 372
φατνωτόν *φατνώματα*	Eustath. p. 547, 2	p. 365
φαύζειν	Eustath. p. 962, 49	p. 365
φαῦλος	Eustath. p. 1356, 57	p. 380
φιδάκνη	Phot. s. u. *πιθάκνη*	p. 368
ὡς ἔπος εἰπεῖν	schol. Plat. p. 375	p. 388

ADDENDA.

Cum scribebam p. 246 sqq., parum mihi liquebat, qua uia scholiasta Aeschinis doctrinam Aristophanis grammatici adeptus esset. Tunc ut perperam censerem de ratione, quae inter Aristophanem, Aelium Dionysium, scholiastam intercederet, imprimis me adduxit Nauckii error, quem produnt uerba eius a me p. 247 allata. Aelium Dionysium Aristophanis *περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων* librum exhausisse nunc pro certo habendum est. Etenim quae sunt uerba apud Eustathium p. 971, 30: *λέγει δὲ ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥηθέντα συγγενικὰ* (sc. *Ἀριστοφάνους*) *ἐκγραψάμενος καὶ ὅτι κτλ.* spectant ad Aelium Dionysium paullo ante laudatum, neque minus idem elucet ex Eustathio p. 565, 18—34, ubi simillima atque p. 971, 24 sqq. de cognationis nominibus obseruatio incipit a uerbis: *Ἐν δὲ ἐκθέσει συγγενικῶν λέξεων φερομένων ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ γράφεται καὶ ταῦτα* et ex Etym. Mag. p. 756, 35: *ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ εὗρον σημαίνειν τὴν λέξιν μάμμην κτλ.* Iis, quae suppeditabat Aristophanes, nonnulla de suo Dionysius adiecit, ueluti apud Eustath. p. 648, 26 de uoce *γάλως* (cf. p. 248) et p. 971, 29 de uoce *τήθη* (cf. p. 247). Quae quidem sententia eo quoque sustentatur, quod Photius bis interpretatur uocem *μάμμη*, secundum Aristophanem s. u. *τήθη*, secundum Aelium Dionysium s. u. *μάμμην*. Qua re perspecta manifestum est, nec Photium s. u. *οἰκείαν* nec scholiastam Aeschinis ad I, 126 alium fontem adiisse nisi Aelii Dionysii lexicon.

Corrigendum est

p. 302 u. 5 atticistarum in: atticarum.

LUDOVICI LANGII

DE PRISTINA LIBELLI DE REPUBLICA ATHENIENSIUM FORMA RESTITUENDA COMMENTATIO.

PARS POSTERIOR.

Priore huius commentationis parte, quam in programmate academico pridie Kal. Nov. huius anni edito foras dedimus, unius particulae (3, 1^{m}—9) transpositione continuam paragraphorum viginti septem (1, 1—18. 3, 1^{m}—9) seriem sententiarum nexu apto et perspicuo inter se cohaerentem restituimus. Restant paragraphi viginti sex, quarum traditus ordo est hic: 1, 19. 20; 2, 1—20 cum prima capitis tertii paragraphi primae periodo; 3, 10—13, ex quibus Kirchhoffius[1]) undeviginti particularum, in quas totum libellum discerpsit, novem (II. IV. VII. IX. X. XI. XII. XIII. XIX) constituit.

Atque primi capitis paragraphos 19 et 20, ut ab auctore paragrapho 18 adnecti non potuerunt, ita pro initio novae expositionis haberi non posse iam monuimus.[2]) Ex primis enim paragraphi 19 verbis *πρὸς δὲ τούτοις* additamentum aliquod duabus illis paragraphis contineri manifestum est, quod ad alia similia, quae antea dicta erant, adiciatur. Quaerendum igitur erit, ubi in sequentibus similia inveniantur, quibuscum additamentum illud apte coniungi possit.

Nam quod Kirchhoffius paragraphis illis traditum ante capitis secundi initium locum in particula sua undecima servat, id ita tantum obtinere potuit, ut ex capite secundo et paragraphos 6—8 et paragraphos 11. 12 eximeret easque in particulis nona et decima capitis primi paragraphis 19. 20 antecedere iuberet.[3]) Causa autem, cur ita transponendas paragraphos illas censeret, haec fuit, quod in cap. 2 paragraphis 1—5. 13—16

1) A. Kirchhoff, über die Schrift vom Staate der Athener. Berolin. 1874.

2) V. comment. part. prior. p. 23.

3) Kirchhoff l. c. p. 9 sq. 13 sq. 36. 43.

sermonem esse de exercitu pedestri neglecto deque causis, cur eum sine damno neglegere potuissent Athenienses, credidit, contra paragraphis cap. 2, 6—8. 11. 12. cap. 1, 19. 20 de maritima Atheniensium potentia imperiique maritimi et commodis et adminiculis agi putavit. Atqui iam Rettigius bene monuit illa ratione non posse duas diversi argumenti partes distingui, quia etiam in paragraphis cap. 2, 1—5. 13—16 excepta paragrapho 1 non de exercitu pedestri, sed de imperio maritimo sermo sit.[4]) Sine dubio scriptoris consilium hoc fuit, ut pedestrem exercitum ab Atheniensibus neglegi posse diceret propterea, quod eorum potentia classe niteretur, imperiumque maritimum, quod classe sibi parassent et obtinerent, ea commoda praeberet, ut validiore exercitu pedestri opus eis non esset. Pedestris igitur exercitus minorem apud Athenienses curam esse ideo tantummodo commemoravit, ut adversariorum democratiae vituperatione refutanda transitum faceret ad imperii maritimi rationes describendas.

Nova igitur expositio incipit capitis secundi paragrapho prima[5]), consiliumque scriptoris, de quo antea dixi, neminem fugisset, nisi verba eius paragraphi graviter essent corrupta. Tradita enim sunt haec: *τὸ δὲ ὁπλιτικὸν αὐτοῖς, ὃ ἥκιστα δοκεῖ εὖ ἔχειν Ἀθήνησιν, οὕτω καθέστηκε. καὶ τῶν μὲν πολεμίων ἥττους τε σφᾶς αὐτοὺς ἡγοῦνται εἶναι καὶ μείζους, τῶν δὲ συμμάχων, οἳ φέρουσι τὸν φόρον, καὶ κατὰ γῆν κράτιστοί*[6])

4) Rettig, über die Schrift vom Staate der Athener (Zeitschr. f. d. österr. Gymn. Bd. 28. 1877) p. 251 sqq.

5) Quod enim Rettig l. c. p. 251 paragraphis cap. 1, 19. 20 transitum fieri a sociis ad imperii maritimi rationes exponendas statuit, sine dubio erravit; neque enim cohaerent 1, 19. 20 cum antecedentibus, ut vidimus part. prior. p. 23. Neque magis probanda est ratio Bélotii (la république d'Athènes. Paris. 1880), qui inter 1, 18 et 1, 19 inserit 2, 17.

6) In superlativo cum genetivo pluralis *non partitivo* coniuncto nulla offensio est, cf. Aem. Mueller in Philologi vol. 14 (1859), p. 400, qui locum adscripsit Xenoph. Memor. 3, 3, 10 *ἐὰν οὖν ἐγὼ βέλτιστος ὢν αὐτῶν δῆλος ὦ, ἀρκέσει μοι τοῦτο εἰς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἐμοί*; cf. praeterea Kvičala, über den im Griechischen scheinbar für den Comparativ stehenden Superlativ (Zeitschr. f. österr. Gymn. Bd. 9. 1858. p. 529 sqq.).

εἰσι, καὶ νομίζουσι τὸ ὁπλιτικὸν ἀρκεῖν[7]*), εἰ τῶν συμμάχων κρείττονές εἰσι.* Cum postrema verba, quae sola incorrupta sunt, sententiam exhibeant hanc: 'sociis autem, qui tributum pendunt, *etiam in terra* superiores sunt et arbitrantur *pedestrem exercitum* sufficere, si sociis suis superiores sunt', patet in antecedentibus sermonem fuisse et de *classe*, qua socios in officio continebant Athenienses, et de *maritima* Atheniensium *potentia*, quae notiones nunc in priore parte paragraphi primae desiderantur. Eas autem ut coniectura restituamus, adducimur ea quoque re, quod deinceps in paragrapho secunda *οἱ κατὰ γῆν ἀρχόμενοι* (quales sunt Lacedaemoniorum socii) et *οἱ κατὰ θάλατταν ἀρχόμενοι* (quales sunt Atheniensium socii) distinguuntur. Accedit denique quod iam in initio totius opusculi scriptor dixerat (1, 2): *καὶ οἱ κυβερνῆται καὶ οἱ κελευσταὶ καὶ οἱ πεντηκόνταρχοι καὶ οἱ πρῳρᾶται καὶ οἱ ναυπηγοί, οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει, πολὺ μᾶλλον ἢ οἱ ὁπλῖται*[8]*) καὶ οἱ γενναῖοι καὶ οἱ χρηστοί.* Quid enim magis consentaneum est, quam scriptorem, qui ab illis verbis profectus primum exposuisset iuris omnium, etiam infimorum, civium aequalitatem inde explicari, quod classe Atheniensium potentia niteretur (1, 2—9), deinde ex eadem re et indulgentiam civium erga servos et metoecos (1, 10—13) et severitatem eorum erga socios (1, 14—18) repetivisset, nunc id agere, ut classis revera multo maiora de potentia Atheniensium firmanda et augenda merita esse quam exercitus pedestris ex-

---

Kühner, ausführl. Gramm. der griech. Spr. vol. 2. 1870. p. 22 sq. 335. — Etiam Langlotz, de genetivi graeci cum superlativo coniuncti ratione et usu (Lips. 1876), qui usum illum arctissimis finibus circumscribit, p. 42 duo alia Herodoti (3, 119, 2) et Xenophontis (Oecon. 21, 7) exempla affert, sed neque loci de rep. Athen. neque loci Memorabil. rationem habuit. — Carere igitur possumus Madvigii (advers. critic. vol. 1. Havniae 1870. p. 363) coniectura: *κρατεῖν οἷοί τέ εἰσιν.*

7) Sic ex Curerii et Dobraei coniectura (cf. etiam Cobet, novae lectiones Lugd. Bat. 1858. p. 743 sq.) pro corrupto *ἄρχειν* ab omnibus editoribus scribitur.

8) Ita legendum esse ex Gaisfordi et Kruegeri coniectura pro corrupto *πολῖται* manifestum est.

ponat? Quam expositionem quod ita introduxit, ut a vituperatione, cui pedester exercitus apud adversarios democratiae obnoxius esset, proficisceretur, nihil aliud egit, nisi quod omnino se facturum 1, 1 dixerat; refutata enim adversariorum vituperatione Athenienses vel hac in re, in qua *δοκοῦσιν ἁμαρτάνειν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, εὖ διασῴζεσθαι τὴν πολιτείαν* demonstrat.[9]) Itaque in prima paragraphi primae enuntiatione, quam lacunosam esse Kirchhoffius[10]) cognovit, scripsisse auctorem conicio fere haec: *τὸ δὲ ὁπλιτικὸν αὐτοῖς, ὃ ἥκιστα δοκεῖ εὖ ἔχειν Ἀθήνησιν, οὕτως*[11]) (*ἔχει, διότι διὰ τοῦ ναυτικοῦ, καὶ οὐ διὰ τοῦ ὁπλιτικοῦ, ἡ ἀρχὴ τῆς θαλάττης*) *καθέστηκε*[12]), in sequenti autem, in qua de terrestri Lacedaemo-

9) Cf. comm. part. prior. p. 9 sq.

10) In editione altera (Berol. 1881), quam semper intellegi volo, ubi Kirchhoffii lectiones non apposito paginae numero commemoro, lacunam ante *οὕτω καθέστηκε* statuit eamque explendam conicit dativo (*γνώμῃ*). Quae lectio a Bélotio et a Muellero Struebingio (*Ἀθηναίων πολιτεία*. Die Schrift vom Staate der Athener. Philolog. supplem. vol. 4. Gottingae 1880) approbata sine dubio praeferenda est vulgatae lectioni, quam Wachsmuth (commentatio de Xenophontis qui fertur libello *Ἀθηναίων πολιτεία*. Gottingae 1874) et Mauricius Schmidt (Memoire eines Oligarchen in Athen über die Staatsmaximen des Demos. Jena 1876) in textu retinuerunt, Rettig autem (l. c. p. 252, adn. 2) disertis verbis defendit; vulgata enim lectio ita tantum defendi posset, si *οὕτως* ad sequentia referre liceret, ad quae referri non potest, quia in sequentibus non status pedestris exercitus describitur, sed causa affertur, cur Athenienses minorem curam exercitui pedestri tribuant. Sed ne Kirchhoffii quidem supplementum verum videtur esse, quamquam non negaverim *οὕτω καθέστηκε* in eius lectione significare posse: 'sic constitutum est (ut constitutum est)'; quod enim scriptor 3, 10 dicit: *οἱ δὲ τοῦτο γνώμῃ ποιοῦσιν*, inde non sequitur, ut dativus ille in enuntiatione ferri possit, cuius verbum intransitivum est.

11) *Οὕτως* habent AB.

12) Non est neglegendum ipsum scriptorem paullo post (2, 2) dicere: *πρὸς δὲ καὶ κατὰ τύχην τι αὐτοῖς τοιοῦτον καθέστηκε*, in qua enuntiatione *τι* subiectum, *τοιοῦτον* praedicatum est, uti cum praedicato idem verbum coniungitur 1, 18 *οἱ σύμμαχοι δοῦλοι τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καθεστᾶσι μᾶλλον*. — Ad nostram loci restitutionem cf. Thucyd. 1, 97 *ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τῶν Ἀθηναίων ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη*.

niorum potentia sermonem esse vel ex corruptis verbis manifesto elucet, lacunam post *μείζους*[13]) statuo scribendumque censeo: *καὶ τῶν μὲν πολεμίων ἥττους τε σφᾶς αὐτοὺς ἡγοῦνται εἶναι καὶ μείζους (ἐκείνων ἀεὶ ἔσεσθαι ὁπλιτῶν στρατιάς)*. Quibus optime adnectentur verba: *τῶν δὲ συμμάχων κτλ.*, quae supra exscripsi.

Primam paragraphum si recte constituimus, ex eius sententia non solum §§ 2—5 et 13—16, sed etiam §§ 6—8 et 11. 12 facile repeti possunt, ut solae §§ 9. 10 supersint, quae nulla ratione cum antecedentibus et sequentibus cohaereant.[14]) Sententiae autem singulae se excipiunt ordine hoc:

Praeterea etiam fortunae dono[15]) commodum aliquod eis exstitit tale: cum socii civitatis, quae pedestri exercitu imperium terrestre obtinet, facile se adversus civitatem dominantem coniungere possint, Atheniensium socii, qui quidem insulas incolunt, non possunt copias suas adoriendi eos causa in unum locum congregare, quia eorum domini maris domini sunt (§ 2), qui autem in continenti habitant, eorum potentiores metu, de-

---

13) Cum *ἥττους τε καὶ μείζους* aperte inter se repugnent, plurimi post Heinrichium et Dobraeum *μείζους* in *μείους* mutarunt, ut Cobet (l. c. p. 743), Wachsmuth, Schmidt, Bélot; Aemilius Mueller (l. c. p. 400) verba *καὶ μείζους* orta putat ex dittographia verborum *καὶ νομίζουσι* eisque deletis *ἥττους γε* scripsit; Kirchhoff *ἥττους γε* recipit et deinde pro *καὶ μείζους* scribendum censet *κἂν εἰ μεῖζον ἦν*; Schmidt p. 42 lacunam post *φόρον* statuit conicitque (*καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν κρατοῦντας κἀκείνων κρατήσειν, εἰ*) *καὶ κατὰ γῆν κράτιστοί εἰσιν* (scil. Lacedaemonii); Rettig (l. c. p. 251, adn. 2) et *τε* et *καὶ μείζους* interpolata esse opinatur ex §§ 4 et 5; Müller-Strübing denique deleta particula *καὶ* ante *μείζους* et transposita particula *δὲ* in *τῶν δὲ* ante *τῶν* edidit: *ἥττους γε σφᾶς αὐτοὺς ἡγοῦνται εἶναι* (*κατὰ γῆν*), *μείζους δὲ τῶν συμμάχων, οἳ φέρουσι τὸν φόρον, καὶ* (*τούτων οἳ*) *κατὰ γῆν κράτιστοί εἰσιν*. Cur *μείους* non sit probabile, Müller-Strübing bene exposuit; ceterae autem omnes coniecturae audaciores mihi esse videntur.

14) V. infra.

15) Verba *κατὰ τύχην* non postulant, ut in antecedentibus *γνώμης* vocabulum usurpatum sit, quae Bélotii coniecturam Kirchhoffii defendentis sententia est; nam ratiocinationem Atheniensium in antecedentibus expositam fuisse vel verba *ἡγοῦνται* et *νομίζουσι* ostendunt.

biliores commercii usu [16]) in officio retinentur (§ 3). Accedit quod maris domini agros hostiles facilius vastare possunt, quam ei, qui exercitu pedestri dominantur (§ 4) [17]), et quod potentiam

---

16) Primo oculorum obtutu verba § 3 *αἱ μὲν μεγάλαι διὰ δέος ἄρχονται, αἱ δὲ μικραὶ πάνυ διὰ χρείαν* offendunt lectorem. Itaque iam Weiske verba transposuit ita: *αἱ μὲν μικραὶ πάνυ διὰ δέος ἄρχονται, αἱ δὲ μεγάλαι διὰ χρείαν* eumque secutus est Wachsmuth. Contra Cobet l. c. p. 744 vulgato ordine servato addi voluit particulam *καὶ* ante *διὰ χρείαν*, ut metus pariter omnibus communis esse diceretur. Kirchhoff rursus transpositione locum sanare studuit, sed non adiectiva *μικραὶ πάνυ* et *μεγάλαι* transposuit, sed verba *διὰ χρείαν* et *διὰ δέος*, addiditque ante *διὰ δέος* particulam *καὶ*, ut non metus, sed *χρεία* ad omnes pertinere diceretur. Schmidt autem (l. c. p. 42) partim Weiskium secutus partim Cobeti ratiocinatione commotus scribere voluit: *αἱ μὲν μικραὶ πάνυ διὰ δέος ἄρχονται, πᾶσαι δὲ διὰ χρείαν*. Müller-Strübing denique edidit vulgato ordine servato, sed lacuna, quam inter *μικραὶ* et *πάνυ* esse opinatus est, expleta: *αἱ μὲν μεγάλαι διὰ δέος ἄρχονται, αἱ δὲ μικραὶ (καὶ δι' εὔνοιαν, πᾶσαι δὲ) πάνυ διὰ χρείαν*. Sed locus integer videtur esse, ut post Gustavum Sauppium (in ed. Hahniana Lips. 1838) bene perspexit Bélotius, qui in commentario (p. 101) explicavit: pour contenir les petites villes dans l'obéissance, l'intérêt commercial est un frein assez fort; pour maîtriser les grandes, il faut y ajouter un déploiement de puissance militaire. Nec profecto quisquam de sententia auctoris dubitaturus fuit, si is activa constructione usus esset hac: *τῶν μὲν μεγάλων διὰ δέος ἄρχουσι, τῶν δὲ μικρῶν πάνυ διὰ χρείαν*.

17) Prima § 4 verba: *ἔπειτα δὲ τοῖς ἄρχουσι τῆς θαλάττης οἷόν τ' ἐστι ποιεῖν ἅπερ τοῖς τῆς γῆς ἐνίοτε τέμνειν τὴν γῆν τῶν κρειττόνων* lacunosa esse patet. Zeune *οὐ* inter *ἅπερ* et *τοῖς τῆς γῆς* inseruit; eandem sententiam assecutus est et Kirchhoff, qui post *τοῖς τῆς γῆς* addi vult (*οὐχ οἷόν τε*), et Wachsmuth, qui ex coniectura Hermanni Sauppe scripsit *ἅπερ τοῖς τῆς γῆς (οὐκ) ἔνι*, et Schmidt (l. c. p. 42), qui additis aliis quibusdam supplementis non necessariis scribi vult aut: *ποιεῖν (πάντ' ὅσ)απερ τοῖς τῆς γῆς, (πρὸς δὲ καὶ) ἐνίοτε τέμνειν τὴν γῆν τῶν (κατὰ γῆν) κρειττόνων*, aut *ποιεῖν (τά τε ἄλλα) ἅπερ τοῖς τῆς γῆς (καὶ) ἐνίοτε τέμνειν τὴν τῶν (κατὰ γῆν) κρειττόνων*. Sed iam Gutschmid (Mus. Rhen. vol. 31. 1876. p. 633) monuit *nonnumquam* (*ἐνίοτε*) vel pedestri exercitui licere agros hostis potentioris vastare ideoque *ἐνίοτε* cum enuntiatione relativa coniunxit: *ἅπερ τοῖς τῆς γῆς ἐνίοτε* (scil. *οἷόν τέ ἐστιν*). Nihilo tamen minus Müller-Strübing Kirchhoffii additamentum recepit et cum Schmidtio (*κατὰ γῆν*) ante *κρειττόνων* addidit, quia auctorem opinatus est dicere velle eos, qui pedestri exercitu valeant, maris dominis *mari*

suam in multo longinquioribus regionibus ostendere licet maris quam terrae dominis (§ 5).[18])

---

non posse nocere, eos autem, qui classe valeant, nonnumquam posse *agros* hostis potentioris vastare. Bélot adeo vulgatam lectionem tuendam suscepit. Equidem Gutschmidium verum vidisse nec tamen emendationem loci absolvisse puto; si enim *ἐνίοτε* cum enuntiatione relativa coniungimus, in enuntiatione primaria oppositionis causa requiritur *ἀεί*. Scribo igitur: *ἔπειτα δὲ τοῖς ἄρχουσι τῆς θαλάττης (ἀεὶ) οἷόν τ' ἐστὶ ποιεῖν, ἅπερ τοῖς τῆς γῆς ἐνίοτε, τέμνειν τὴν γῆν τῶν κρειττόνων.* — In sequentibus verbis: *παραπλεῖν γὰρ ἔξεστιν, ὅπου ἂν μηδεὶς ᾖ πολέμιος ἢ ὅπου ἂν ὀλίγοι, ἐὰν δὲ (πλείους) προσίωσιν, ἀναβάντα ἀποπλεῖν* offendit *παραπλεῖν*, quod non 'appellere classem', sed 'praeternavigare' significat (cf. § 5). Itaque Cobet (l. c. p. 744) *ἀποβαίνειν*, Wachsmuth *προσπλεῖν*, Mueller-Struebing *ἐπιπλεῖν*, Bélot *καταπλεῖν* coniecerunt. Sed probabilius est hunc quoque locum lacuna laborare. Ac Cobet quidem l. c. coniecturae suae *ἀποβαίνειν* diffidens proposuit mutato praeterea infinitivo in participium: *παραπλέοντα γὰρ ἔξεστιν (ἀπόβασιν ποιεῖσθαι) ὅπου*, L. Dindorf (in ed. Oxon. 1866) *παραπλεῖν γὰρ ἔξεστιν (ὅπου ἂν πολλοὶ παραβοηθῶσι, καὶ ἀποβαίνειν), ὅπου*, M. Schmidt (l. c. p. 42) *παραπλεῖν γὰρ ἔξεστιν (καὶ ἀποβάντα τέμνειν) ὅπου*. Simplicius et felicius genuinam sententiam restituit Faltin (quaestiones de libello *Ἀθηναίων πολιτεία*. Diss. inaug. Vratislav. 1872. p. 24), cum proposuit: *παραπλεῖν γὰρ (καὶ ἀποβαίνειν) ἔξεστιν, ὅπου.*

18) In § 5 corrupta est enuntiatio: *τὸν δὲ πλέοντα, οὗ μὲν ἂν ᾖ κρειττων, ἔξεστιν ἀποβῆναι ταύτης τῆς γῆς, ἀλλὰ παραπλεῦσαι, ἕως ἂν ἐπὶ φιλίαν χώραν ἀφίκηται ἢ ἐπὶ ἕττους αὑτοῦ.* Coniecturam G. Hermanni *ἀποβῆναι ταύτῃ τῆς γῆς, ἄλλως δὲ παραπλεῦσαι* G. Sauppe in ed. Hahniana recepit; sed *ἄλλως* graece non ita dicitur. Itaque hunc quoque locum lacuna laborare probabilius est. In qua supplenda a vero prorsus aberrasse videntur, qui in enuntiatione *οὗ μὲν ἂν ᾖ κρείττων* comparativum de hoste, non de navigante usurpatum crediderunt: Aem. Mueller (l. c. p. 401), qui scripsit: *ἔξεστι (μὴ) ἀποβῆναι*, et Bélot, qui edidit: *ἔξεστιν ἀποβῆναι ταύτης τῆς γῆς (μηδαμοῖ)*. Ceteri omnes *κρείττων* ad navigantem rettulerunt. Ac iam scriba cod. *C* mutato simul *ταύτης*, recte tamen intellegens verbis *οὗ μὲν ἂν* requiri opposita *οὗ δὲ ἄν*, lacunam coniectura supplevit: *ἔξεστιν ἀποβῆναι ἐνταῦθα τῆς γῆς, (οὗ δ' ἂν μὴ ᾖ, μὴ ἀποβῆναι,) ἀλλὰ παραπλεῦσαι.* Vir doctus in margine exemplaris Vossiani deletis verbis *ταύτης τῆς γῆς* proposuit: *ἔξεστιν ἀποβῆναι, (οὗ δ' ἂν ἥττων, ἔξεστιν ὅλως μηδ' ἐπιβῆναι,) ἀλλὰ παραπλεῖσαι.* Quo supplemento usus Bake (ed. Dind. Oxon. p. LIX) verba *ταύτης τῆς γῆς* restituit, eumque secutus G. Sauppe in ed. Tauchnitiana (Lips. 1866) edidit *(οὗ δ' ἂν ἥττων,) ταύτης τῆς γῆς (ἔξεστιν ὅλως μηδ' ἐπιβῆναι), ἀλλὰ παραπλεῦσαι.* Cobet rursus (l. c. p. 744) eiectis non solum verbis *ταύτης τῆς γῆς*, sed

Huic sententiarum seriei, quam ne Kirchhoffius quidem impugnat, haudquaquam inepte addi paragraphum 6 facile est ad demonstrandum. Cum enim in § 4 de vastandis agris hostilibus sermo fuerit, et expeditiones quoque in longinquiores regiones, quae in § 5 commemorantur, ideo sine dubio commemorentur, quod vastandorum potissimum agrorum hostilium causa suscipiuntur, facilis transitus est a fame, quae agris armorum vi vastatis efficitur, ad famem, quae pestilentia frugum divinitus missa oritur. Bene igitur auctor in § 6 [19]) ad antecedentia addit pestilentiam quoque frugum divinitus missam facilius a maris dominis quam ab eis, qui terrestre imperium exerceant, tolerari eiusque rei causam affert.

Quod vero § 7 cibos quoque delicatiores undique affluere Athenas dicit scriptor et quod § 8 Athenienses propter commercii cum multis hominibus consuetudinem ex omnibus dialectis suam ditavisse omninoque magis universali sermone et victu et vestimento uti quam ceteros Graecos praedicat, primo sane oculorum obtutu satis alienum a maris imperii commodis, quorum vis in bellis gerendis perspicitur, videtur esse.

---

etiam particula *ἀλλά*, proposuit *ἔξεστιν ἀποβῆναι, (οὗ δ' ἂν ἥττων ᾖ,) παραπλεῦσαι*. Probabilius est L. Dindorfii in ed. Oxon. supplementum: *ἔξεστιν ἀποβῆναι, (οὗ δὲ ἥττων, οὐδ' ἐπιβῆναι) ταύτης τῆς γῆς*, aut supplementum, quod Kirchhoff in dissertatione anni 1874 p. 37 proposuit: *ἔξεστιν ἀποβῆναι, (οὗ δ' ἂν ἥττων, μὴ ἀποβῆναι) ταύτῃ τῆς γῆς*. Sed cum in Dindorfiana coniectura negatio *οὐδέ*, in Kirchhoffiana mutatio lectionis *ταύτης* in *ταύτῃ* offendat, equidem scribendum esse censeo: *ἔξεστιν ἀποβῆναι, (οὗ δ' ἂν ᾖ ἥττων, μὴ ἐπιβῆναι) ταύτης τῆς γῆς, ἀλλά*, idemque video nunc Faltino (Phil. Rundschau 1881. p. 1333) placuisse, nisi quod *μηδ'* pro *μὴ* ante *ἐπιβῆναι* scripsit. Gutschmidii (l. c. p. 634) autem coniectura *ἔξεστιν ἀποβῆναι, (τὰ δὲ τῆς σῆς γῆς) ἄλλα παραπλεῦσαι* non solum propter nimium artificium, sed etiam propterea reicienda est, quod verba *οὗ μὲν ἂν ᾖ κρείττων* necessario requirunt membrum oppositum *οὗ δὲ ἂν ᾖ ἥττων*.

19) Lacunosa verba § 6: *ὥστε ἐκ τῆς εὐθηνούσης ἀφικνεῖται τοῖς τῆς θαλάττης ἄρχουσιν*, in quibus subiectum desideratur, bene supplevit M. Schmidt p. 42 insertis verbis (*τὰ ἐπιτήδεια*) ante *ἀφικνεῖται*, probabilius tamen est Muelleri-Struebingii supplementum (*ἄφθονα τὰ ἐπιήδεια*) vel (*ἀφθονία ὧν δέονται*).

Sed iam Rettigius[20]) acute observavit hanc quasi digressionem quandam esse eamque ab ipso scriptore excusari verbis § 7 primis: *εἰ δὲ δεῖ καὶ σμικροτέρων μνησθῆναι.* Nec profecto absonum est hominem optimatem, qui sine dubio laute et opulenter vivere consuevit, in commemorandis eis, quae ad vitam sustentandam necessaria sunt, eorum quoque meminisse, quae opulentiorum hominum vitam ornant, ciborum nimirum delicatiorum ex omnibus regionibus in urbem maris dominam affluentium.[21]) Huic autem commodo, cuius vim in bellis gerendis nullam esse concedendum est, alterum illud, quod in magis universali sermone, vestimento, victu cernitur, non inepte adiungit; eius enim vis, etiamsi in mercatura potissimum agenda perspicitur, tamen in bello quoque gerendo certe non est contemnenda.[22])

Quod autem Rettigius[23]) eadem ratione, qua §§ 7 et 8 tuetur, etiam § 9, in qua de sacrificiis, de festis diebus, de lucis sacris, et § 10, in qua de gymnasiis et balneis sermo est, tutari se posse opinatur, in ea re ei adstipulari non possum. Immo Kirchhoffii[24]) iudicium probo, qui his paragraphis sententiarum ordinem interrumpi optimo iure contendit. Premit quidem Rettigius verbum *εὐωχεῖσθαι* et locutionem *ἐξηῦρεν, οἵῳ τρόπῳ ἔσται ταῦτα* (§ 9), quibus respici putat

20) L. c. p. 255 sq.

21) In § 7 lacuna, cuius indicium est, quod infinitivus *ἠθροῖσθαι* non habet unde pendeat, facillime inserta coniunctione (*ὥστε*) ante *ὅ τι* expletur. Hoc Heinrichii supplementum G. Sauppe (in ed. Tauchn.) et Bélot in textum receperunt. Mueller-Struebing pro (*ὥστε*) recepit (*ἔπειτα δὲ οἷοί τέ εἰσι*) *ὅ τι* cet., quod cur breviori supplemento praeferatur, causa nulla est. Contra haud scio an verum viderit vir doctissimus, quod paullo antea edidit *τρόπους* (*παντοίους*) *εὐωχιῶν*.

22) In paragrapho 8 solus Faltin (diss. inaug. p. 25) haesit nonnullasque sententias intercidisse putavit, quoniam in prima enuntiatione de solo sermone, in altera de sermone et victu et vestimento sermo esset. Addo mihi in fine quoque nonnulla intercidisse videri; debebat enim auctor quamvis breviter significare, quod commodum ex universali illo sermonis, victus, vestimenti habitu ad Athenienses redundaret.

23) L. c. p. 257.

24) L. c. p. 13 sq.

locutionem § 7 *τρόπους εὐωχιῶν ἐξηῦρον*; sed in tanta argumenti diversitate, quanta inter §§ 9. 10 et §§ 7. 8 et inter illas et §§ 11. 12 intercedit, talia vincula nimis debilia sunt, quam quibus sententiae in §§ 9. 10 propositae et cum antecedentibus et cum sequentibus colligari possint.

Unde §§ 9 et 10, quas Kirchhoffius inter 1, 5 et 1, 13 [25]), Schmidtius [26]) inter 1, 13 et 2, 17, Bélotius [27]) inter 1, 12 et 1, 13 inserit, in nostrum locum delatae sint, nunc nondum quaero satisque habeo monere in viginti septem paragraphorum serie, quam in parte huius commentationis priore constituimus, eis locum non esse. Sed paginam, in qua verba illa paragraphorum 9 et 10 admodum corrupta legebantur, eius paginae occupasse locum mihi persuasi, in qua cap. 1 §§ 19. 20 perscriptae erant, quam paginam suo loco motam in falsum locum pervenisse supra vidimus.[28]) Haec enim sententia admodum confirmatur similitudine argumentorum, quae et §§ 6—8 et §§ 11. 12 cap. 2 tractantur, cum eo argumento, de quo cap. 1 §§ 19. 20 agitur. Exponitur enim his paragraphis Athenienses propter frequentia itinera maritima, quae et privatim et publice faciant, quasi sponte sua artem nauticam addiscere eaque re bonos gubernatores fieri, qui vel triremes gubernare possint.[29]) Qui eventus cum in bellis gerendis maximae utili-

25) L. c. p. 42; ipse tamen concedit inter 1, 5 et 2, 9. 10 lacunam maiorem esse.

26) L. c. p. 10 sq.

27) L. c. p. 79, qui mira interpretandi audacia putat verba in fine 2, 10 *καὶ πλείω τούτων ἀπολαύει ὁ ὄχλος* respondere verbis 1, 4 *πανταχοῦ πλέον νέμουσι τοῖς πονηροῖς καὶ πένησι.*

28) V. comm. part. prior. p. 23; cf. supra p. 395.

29) In verbis *ἐμελέτησαν δὲ οἱ μὲν πλοῖον κυβερνῶντες, οἱ δὲ ὁλκάδα, οἱ δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τριήρεσι κατέστησαν*, pro *οἱ δὲ ἐντεῦθεν* scribendum est cum Wachsmuthio *καὶ ἐντεῦθεν*; priores enim duae enuntiationes de exercitatione agunt, tertia de effectu exercitationis. Eandem ob causam Faltin (diss. inaug. p. 20) coniecerat: *οἱ δὲ (πεντηκόντορον καὶ) ἐντεῦθεν*; sed pentecontori notio a loco nostro aliena esse videtur. Gutschmid l. c. p. 633 intellexit quidem effectum exercitationi opponendum esse, sed a vero aberravit, cum scripsit colo post *ὁλκάδα* posito: *οἱ δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τριήρεσι κατέστησαν, οἱ [δὲ] πολλοὶ ἐλαύνειν εὐθὺς οἷοί τε*

tatis sit, apparet apte coniungi huius commodi expositionem et cum eo commodo, quod § 8 expositum erat, et cum eo, quod deinceps §§ 11 et 12 exponitur. Ut enim universali habitu sermonis, victus, vestimenti et in pace et in bello habiliores sunt Athenienses ad usum quorumlibet hominum (§ 8), et ut, cum maris domini sint, soli omnem navium fabricandarum materiam sibi comparare possunt (§§ 11. 12), ita facilitate, qua artem nauticam addiscunt, fit, ut, si classis ornanda sit, numquam civitas inopia bonorum gubernatorum laboret. Itaque iam Kirchhoffius particulis suis IX. X. XI inter se coniunxit 2, 6—8. 11. 12. 1, 19. 20, quippe quas hoc ordine paragraphis 1—5. 13—16 cap. 2 praemitteret.[30]) Nos, qui §§ 6—8 et §§ 11. 12 suis locis non movemus, cap. 1 §§ 19. 20 non post §§ 11. 12, sed ante eas collocamus; nam inter § 8 et 11 turbati ordinis indicium est certissimum, post § 12 nullum. Utrumque autem commodum non minoribus commodis adnumerari, quae in digressione §§ 7. 8 exposita erant, sed ad maiora maris imperii commoda referenda esse, quae scriptor §§ 2—6 exposuerat et deinceps § 13 exponit, vix est quod moneam.

Ceterum negari non potest verbis postremis § 20 cap. 1 non posse continuo adnecti verba prima § 11 cap. 2. Sed hoc meae de harum paragraphorum ordine sententiae vitio verti non potest, quoniam verba prima § 11, ubicunque paragraphum illam collocaveris[31]), manca esse apparebit. Incipit enim § 11 verbis:

εἰσβάντες εἰς ναῦς. Obstat enim, quod auctor sententiam probare vult hanc: *καὶ κυβερνῆται ἀγαθοὶ γίγνονται δι' ἐμπειρίαν τε τῶν πλῶν καὶ διὰ μελέτην.* Cf. Thuc. 1, 143, 1 *νῦν δὲ τόδε τε ὑπάρχει καὶ, ὅπερ κράτιστον, κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν πλείους καὶ ἀμείνους ἢ πᾶσα ἡ ἄλλη Ἑλλάς.* — Cur autem *κατέστησαν* cum Cobeto (l. c. p. 743) in *μετέστησαν* mutemus, nulla causa est.

30) V. supra p. 395 sq.

31) Bélot §§ 11. 12 post 2, 3 collocavit, quia in fine § 3 verba *τῶν ἀρχόντων τῆς θαλάττης* legerentur, ex quibus subiectum enuntiationis primae § 11, quod nunc desideratur, facile suppleri posset, et quia in fine § 3 sententia exposita esset, quae §§ 11 et 12 fusius exponeretur. Sed non cogitavit vir doctus in § 3 de solis sociis, in §§ 11. 12 de omnibus Graecis et barbaris sermonem esse; neque offensio, quae in nudo substantivo *πλοῦτον* inest, collocatione illa tollitur.

τὸν δὲ πλοῦτον μόνοι οἷοί τ᾽ εἰσὶν ἔχειν τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων, in quibus et τὸν πλοῦτον [32]) nude positum et defectus subiecti offendit. Nam πλοῦτον h. l. non dici divitias cuiusvis generis, sed solam rerum ad naves fabricandas necessariarum copiam sequentia ostendunt, in quibus de his solis sermo est. Subiectum autem esse debere οἱ ἄρχοντες τῆς θαλάττης item ex sequentibus apparet, in quibus haec notio cum vi quadam bis ita repetitur, ut eam in antecedentibus disertis verbis propositam fuisse necessario statuendum sit. Has ob causas inter postrema cap. 1 § 20 et prima cap. 2 § 11 verba lacunam statuo eamque explendam censeo verbis fere hisce: (ἔπειτα δὲ οἱ ἄρχοντες τῆς θαλάττης τὸν τῶν πρὸς τὸ ναυπηγεῖσθαι ἐπιτηδείων) πλοῦτον [33]) μόνοι οἷοί τ᾽ εἰσὶν ἔχειν [34]) τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. Fieri etiam potuit, ut plura interciderent; si enim scriptor in fine § 20 accuratius explicare voluit, quam ad iudicandam democratiam haberet vim res illa, quam modo exposuerat, poterat hoc ita facere, ut respiceret sententiam in cap. 1 § 2 propositam, in cuius amplificatione totum de maris imperio locum versari vidimus [35]); potuit igitur scribere: (οὕτως οὖν οὐχ οἱ ὁπλῖται καὶ γενναῖοι καὶ χρηστοί, ἀλλ᾽ οἱ πολλοί εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν τῇ πόλει περιτιθέντες καὶ ἄρχοντας τῆς θαλάττης τοὺς Ἀθηναίους καθιστάντες. τὸν δὲ τῶν πρὸς τὸ ναυπηγεῖσθαι ἐπιτηδείων) πλοῦτον κτλ. Sed mitto haec, de quibus certi quidquam scire non possumus; hoc unum moneo lacunam non ita parvam inter cap. 1 § 20 et cap. 2 § 11 hanc quoque ob rem probabilem esse, quod §§ 19. 20, quae in una pagina sine dubio olim legebantur, decem tantum lineas editionis Kirchhoffianae compleant, ut a grammatico, qui pagi-

---

32) Particula δὲ, quae ante πλοῦτον legitur, a scriba addita cum articulo τὸν videtur esse, postquam antecedentia interciderunt.

33) Faltin (diss. inaug. p. 26) pro πλοῦτον scribere voluit πλοῦν; idem voluerat Pankow (zu Xenophons Schrift vom Staate der Athener. Gnesen 1866. p. 7).

34) Pro ἔχειν Mueller-Struebing scripsit (εἰσάγεσθαι ἔκ τε) τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. Sed nulla causa est, cur in ἔχειν haereamus.

35) V. supra p. 397.

nas illas descripsit, quinque fere lineas, quae aut legi omnino non poterant, aut imperfectam enuntiationem continebant, omissas esse probabile sit.[36]) In ipsis paragraphis 11 et 12 sententiae nullam difficultatem praebent, quamquam verba quaedam paragraphi 12 graviter corrupta sunt.[37])

---

36) Cf. part. prior. p. 11, adn. 26. Etiam §§ 2, 9. 10 decem tantum lineas habent, quod damnum quomodo resarciendum sit, infra videbimus.

37) Verba: *πρὸς δὲ τούτοις ἄλλοσε ἄγειν οὐκ ἐάσουσιν, οἵτινες ἀντίπαλοι ἡμῖν εἰσιν, ἢ οὐ χρήσονται τῇ θαλάττῃ* integra esse putant Boeckh (Staatshaushaltung vol. 1, p. 78) et Aemilius Müller (l. c. p. 401 sq.). Ille vertit: 'Ausserdem wird *man* nicht gestatten, diese Erzeugnisse anderswohin zu verführen, *zu denen*, die *unsere* Gegner sind, oder *man* wird jenen den Gebrauch des Meeres nehmen, falls sie dorthin ausführen'; hic autem: 'Überdies werden *sie* (die Herren der See), die Handelsproducte anderswohin zu führen nicht gestatten, *zu solchen*, welche *unsere* (d. h. der Seeherren) Feinde sind, wenn *sie* (d. h. die handeltreibenden Nationen) sich nicht vom Gebrauch der See ausgeschlossen sehen wollen'. Sed neque *ἄλλοσε οἵτινες* idem est quod *πρὸς ἄλλους οἵτινες*, neque tanta subiectorum mutatio vel neglegentissimo scriptori condonari potest; imprimis fieri non potest, ut idem subiectum in enuntiatione primaria tertia verbi persona notetur, in enuntiatione secundaria autem pronomine primae personae *ἡμῖν*. Atque harum difficultatum una tantum tollitur, si cum Wachsmuthio pro *ἐάσουσιν* scripserimus *ἐάσομεν*. Idem iam coniecerat Schneider, qui praeterea *οἵ τινες* in *εἴ τινες* et *ἤ* in *οὔ* mutavit vertitque: 'praeterea ad alios transvehi et importari non patiemur, *si quos* forte *hostes* habemus, *qui quidem ipsi* usu maris carent interclusi'. Quae sententia etsi non tam absurda est, quam ea, quam Zeune mutato *οὐ* in *οὖ* effecit (praeterea si qui *hostes* nobis sunt, hi non sinent illas res alium in locum importari, quam *ubi* sunt maris domini), quam Zeunii sententiam Gustavo Sauppio (in utraque editione) placuisse miror, tamen vel propter mutationum multitudinem reicienda est. Facillima loci emendatio est ea, quam Bélot proposuit; mutavit enim *ἐάσουσιν* in *ἐάσονται*, quod passivo sensu usurpari constat (Thucyd. 1, 142), et vertit (p. 104 sq.): 'J'ajoute, que si nos *rivaux* veulent importer ces produits autre part qu'à Athènes, ou nous empêcherons ce commerce, ou pour le faire, ils ne se serviront pas de la voie de mer'. Nam quod Kirchhoff *ἡμῖν* in *ἐκεῖ* corrigit, praeterea autem alterum membrum ab *ἤ* incipiens intercidisse putat (l. c. p. 44), non satis est probabile. Neque probabiliora sunt supplementa Schmidtii et Muelleri Struebingii, quorum ille l. c. p. 43 coniecit: *οὐκ ἐάσουσιν (οἷ ἂν μὴ συμφέρῃ αὐτοῖς· ὅθεν τούτων τι εἰσαξόμενοι ἢ ἀπορήσουσιν) οἵτινες ἀντίπαλοι ἡμῖν εἰσιν ἢ οὐ χρήσονται τῇ θαλάττῃ*, hic autem edidit:

Iam § 13 auctor redit ad ea commoda, quibus propter ipsam classis agilitatem maris domini superiores sint eis, qui exercitu pedestri valeant, quorum enumerationem ipse commemorata propter famem agrorum vastatione ortam etiam fame divinitus missa § 6 interpellaverat, qua re rursus commotus erat, ut deinceps §§ 7 et 8 a proposito quodammodo digrederetur; a qua digressione non statim ad illa commoda reverterat, sed primum alia nonnulla enarraverat (1, 19. 20. 2, 11. 12), quae facilius ad sententiam paragraphorum 7 et 8 adiungi videbantur. In paragrapho autem 13 inest haec sententia: 'Praeterea in omni continenti aut paeninsula prominens est aut insula in vicinia est aut fretum, ut maris dominis inde eos, qui continentem incolunt, damnis afficere gravissimis liceat', neque negari potest hanc sententiam per se spectatam potius cum § 5 coniungendam quam septem paragraphis ab ea separandam fuisse.[38]) Nihilo tamen minus eum quoque ordinem sententiarum, quem a scriptore institutum esse videmus, sicut

---

πρὸς δὲ τούτοις ἄλλοσε ἄγειν οὐκ ἐάσουσιν· 'οἵτινες ἀντίπαλοι ἡμῖν εἰσιν ἢ (οὐ χρήσιμοι), οὐ χρήσονται τῇ θαλάττῃ', quasi auctor in media expositione Athenienses loquentes induxisset. Ceterum quod Bélot verba, de quibus agitur, transposuit, ut post ἀλλὰ τὸ μὲν τῇ τὸ δὲ τῇ in fine paragraphi legerentur, mihi quidem non videtur esse necessarium. — Sequentia quoque verba: καὶ ἐγὼ μὲν οὐδὲν ποιῶν ἐκ τῆς γῆς πάντα ταῦτα ἔχω διὰ τὴν θάλατταν corrupta sunt. Participium quidem ποιῶν, quod Kirchhoff Schneiderum secutus in πονῶν mutat, non tentaverim; nam hyperbole dicendi in utraque locutione eadem inest. Cum autem οὐδὲν ποιῶν ἐκ τῆς γῆς ferri non possit, quoniam absurdum esset dicere *nihil* ex *sua* terra *efficere* Athenienses — id quod bene sensit Schneider —, vitium potius in τῆς γῆς inesse puto. Itaque iam Mueller-Struebing scripsit ἐκ πάσης γῆς collato Thucyd. 2, 38 ἐσέρχεται διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα. Sed facilius erit corrigere mecum ἐκ τῆς (τῶν ἄλλων) γῆς. — Quod denique Kirchhoff edidit διὰ τὴν (ἀρχὴν τὴν κατὰ) θάλατταν, eo additamento cum Muellero Struebingio oppositionis, quae inter notiones γῆ et θάλαττα interest, vim infringi puto.

38) Quae Kirchhoffii sententia est; v. supra p. 395. Rettig l. c. p. 253, adn. 1, ut iure § 13 a § 5 separatam esse demonstret, § 13 de bello gerendo intellegendam esse negat verbaque scriptoris ad praedationes potius maritimas referri vult. Sed etiam in §§ 11. 12 de eo commodo sermo est, quod ad bellum gerendum plurimum valet.

inde a § 6 usque ad § 12 satis explicatur, ita in transitu quoque a § 12 ad § 13 ex eius cogitandi ratione posse explicari puto. Neque enim absonum est conicere scriptorem, qui in fine totius expositionis commemoraturus erat unum deesse Atheniensibus, scilicet quod non insulam, sed paeninsulam cum continenti cohaerentem incolerent (§§ 14—16), de industria eam sententiam, quam § 13 exponit, in finem totius expositionis reiecisse, quoniam huic commodo, quod maris dominis inde quod hostes continentem incolunt evenit, optime opponitur incommodum illud unum, quo ipsi Athenienses laborant, quia ipsi continentem habitant. Ne autem species oriatur, quasi § 13 ad sola proxime antecedentia referenda sit, verba eius spatio maiore a fine § 12 separanda esse censeo, id quod apte etiam in initio § 7 et rursus in initio § 19 cap. 1 post 2, 8 collocatae fiet, contra in initio § 12 non erit necessarium.

Paragraphus 14 incipit verbis *ἑνὸς δὲ ἐνδεεῖς εἰσιν*, in quibus *ἑνὸς* sine dubio maiorem vim habet, si omnia illa commoda, quae inde a 2, 2 enarrantur, antea commemorata erant, quam si sola ea antecederent, quae §§ 3. 4. 5. 13 exponuntur. Dicit autem scriptor, si Athenienses insulam incolentes maris domini essent, eis non fore timendum, ne hostilis incursionis metu agris suis divites timerent paratioresque essent hostibus se summittere (§ 14)[39]; praeterea autem ne id quidem

39) Construi non possunt verba § 14: *ὑπῆρχεν ἂν αὐτοῖς ποιεῖν μὲν κακῶς, εἰ ἐβούλοντο, πάσχειν δὲ μηδὲν, ἕως τῆς θαλάττης ἦρχον, μηδὲ τμηθῆναι τὴν ἑαυτῶν γῆν μηδὲ προσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους.* Caute I. Dindorf in ed. Oxon. 'scribendum potius *αὐτῶν*, *nisi quid excidit*'; minus caute Kirchhoff non solum *αὐτῶν* correxit, sed etiam (propter collocationem inusitatam) *γῆν* omisit. Nam revera excidisse aliquid, scil. verbum metuendi, sequitur ex § 15, ubi de *altero* timore (*ἑτέρου δέους*) sermo est. Erraret autem, si quis metuendi verbo carere nos posse censeret, quia metuendi notio in verbis sequentibus *νῦν δὲ . . . ὑπέρχονται τοὺς πολεμίους μᾶλλον* inesset; verbum enim *ὑπέρχεσθαι* usurpatur non de metuentibus, sed de eis, qui se demittunt ad obsequium erga aliquem. Cf. Xen. de rep. Lac. 8, 2 *ἐν δὲ τῇ Σπάρτῃ οἱ κράτιστοι καὶ ὑπέρχονται μάλιστα τὰς ἀρχὰς καὶ τῷ ταπεινοὶ εἶναι μεγαλύνονται.* Plat. Crit. 53 E *ὑπερχόμενος δὲ βιώσει πάντας ἀνθρώπους καὶ δουλεύων.* Concedendum

timendum fore, ne optimates hostibus portas urbis aperirent aut propter spem in hoste positam seditionem moverent (§ 15).[40] Sed cum insulam non incolant, nunc imperio maris fretos Athenienses bona sua in insulis deponere Atticamque terram vastari

---

quidem est divites Athenienses, qui demittere se ad obsequium hostium dicuntur, metu id facere, ideoque metuendi notionem quasi latentem esse in enuntiatione illa; attamen qui esset eorum metus, sine dubio antea dicendum fuit, quam (metu ducti) nimis humiliter se gerere erga hostes dicerentur. Itaque legendum esse censeo: *πάσχειν δὲ μηδέν, ἕως τῆς θαλάττης ἦρχον, μηδὲ* (*φοβηθῆναι μὴ*) *τμηθῆναι τὴν ἑαυτῶν γῆν μηδὲ προσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους*, 'neque metuere, ne ipsorum terra vastetur aut omnino hostes in se recipiat'. Accusativi quidem cum infinitivo constructio apud verba timendi rarissima videtur esse, a libelli tamen auctore non aliena, quippe qui in § 15 dixerit: *καὶ ἑτέρου δέους ἀπηλλαγμένοι ἂν ἦσαν, μηδέποτε προδοθῆναι τὴν πόλιν ὑπ' ὀλίγων, μηδὲ πύλας ἀνοιχθῆναι, μηδὲ πολεμίους ἐπεισπεσεῖν.* — In sequentibus post *νῦν δὲ* lacunae signum posuit Kirchhoff sententiamque requirit (l. c. p. 45): 'so aber müssen sie ihr Gebiet durch den Feind verheeren lassen'. Atqui Rettig (l. c. p. 254, adn. 1) monuit in alacriore sententiarum progressu omisisse scriptorem, quae per se paterent. Mueller-Struebing non solum post *νῦν δὲ* cum Kirchhoffio lacunam statuit, quam tamen non explet, sed etiam verba paragraphi 16 omnia, additis verbis (*τῶν πολεμίων εἰσβαλλόντων*) ante *τάδε ποιοῦσιν*, verbis *οἱ γεωργοῦντες* praemisit, qua transpositione rursus commotus est, ut pro *οἱ γεωργοῦντες* ederet (*καὶ*) *οἱ* (*μὲν*) *γεωργοῦντες*. Sed cur ea, quae scriptor in § 16 dicit, ante alterius timoris commemorationem dicenda fuerint, difficile est intellectu.

40) In § 15 verba *μηδ' αὖ στασιάσαι τῷ δήμῳ μηδὲν*, quae post interrogationem parentheticam *πῶς γὰρ νῆσον οἰκούντων ταῦτ' ἂν ἐγίγνετο*; a verbis *ἑτέρου δέους ἀπηλλαγμένοι ἂν ἦσαν* pendent, integra mihi videntur esse; *τῷ δήμῳ* enim dativus incommodi est a *στασιάσαι* pendens, *μηδὲν* autem significat: 'nulla pars civium', ut neque cum Faltino (diss. inaug. p. 27) *μηδένα*, neque cum Kirchhoffio ex Weiskii coniectura *μηδένας* praeferendum sit. In sequentibus autem verbis *νῦν μὲν γὰρ εἰ στασιάσειαν*, quamquam singularis *μηδὲν* praecedit, pluralis verbi non offendit, quia *κατὰ σύνεσιν* intellegendus est, neque pronomen indefinitum *τινες*, quod Kirchhoff inseruit, requiritur. Mueller-Struebing autem quod propter tautologiam, quam invenisse sibi visus est in enuntiationibus *εἰ στασιάσειαν*, *ἂν στασιάσειαν*, in protasi edidit *εἰ στασιασείσειαν* (optativum verbi desiderativi fingens), non vidit tautologiam nullam esse, quod in apodosi vis sententiae in participio *ἐλπίδα ἂν ἔχοντες ἐν τοῖς πολεμίοις* posita est.

sinere probe scientes, si terram commiserarentur, democratiae bonis se privatum iri (§ 16).[41])

Si ea, quae hucusque disputavimus, recte disputata sunt, alteram iam seriem continuam sedecim paragraphorum (2, 1—8. 1, 19. 20. 2, 11—16) effecimus, in qua sententiae eo nexu decurrunt, quo melior fortasse excogitari potuit (digressionem enim, quam sibi permisit scriptor in §§ 7. 8, vitare potuit, si alium ordinem instituisset), qui tamen a scriptoris optimatis ingenio non abhorrere videtur. Eam autem seriem unius tantum particulae transpositione effecimus, paragraphorum scilicet 19. 20 capitis primi, quas in locum paragraphorum 9. 10 capitis secundi substituimus.

Hanc vero seriem magna cum probabilitate continuare nos posse existimo, si cap. 3 paragraphos 10—13, quas alieno loco collocatas esse constat[42]), cap. 2 paragrapho 16 adnectimus. Nam eiusdem capitis § 17, in qua de re aliqua sermo est, qua democratia oligarchiae praestet, non posse adnecti paragrapho 16 ostendunt prima eius verba: ἔτι δὲ (τὰς) συμμαχίας καὶ τοὺς ὅρκους ταῖς μὲν ὀλιγαρχουμέναις πόλεσιν ἀνάγκη ἐμπεδοῦν, unde colligitur ante hanc rem alias res enarratas esse, quibus democratia oligarchiae praestaret. Quod cum recte intellexisset Kirchhoffius[43]), impugnare non debuit Rettigius[44]) argumento nimis arguto. Nec minus recte Kirchhoffius intellexit cap. 3 §§ 10. 11 adnectendas esse cap. 2 §§ 13—16[45]), quamquam in ea re erravit, quod post 3, 10. 11

41) Cf. Thucyd. 1, 143, 5 εἰ μὲν γὰρ ἦμεν νησιῶται, τίνες ἂν ἀληπτότεροι ἦσαν; καὶ νῦν χρὴ ὅτι ἐγγύτατα τούτου διανοηθέντας τὴν μὲν γῆν καὶ οἰκίας ἀφεῖναι, τῆς δὲ θαλάσσης καὶ πόλεως φυλακὴν ἔχειν κτλ.

42) V. part. prior. p. 11.

43) L. c. p. 14 sq.

44) L. c. p. 259 sq.; putat enim continuari antecedentem de maris imperii praestantia expositionem ita, ut nunc pro notione civitatis, quae imperio maritimo nitatur, democratiae vocabulum, pro notione civitatis, quae imperio terrestri potens sit, oligarchiae vocabulum substituatur.

45) L. c. p. 26. 38. 45 sq.; constituit enim ex 3, 9. 10 tertiam decimam particulam, cui antecedunt 2, 13—16 duodecimam particulam efficientes. Prorsus a vero aberrarunt et Rettig l. c. p. 416, qui 3, 10. 11 ante 3, 1^{m}—9 collocat, et Bélot, qui eas paragraphos post 1, 13 inserit.

collocat ea, quae de sociis dicuntur cap. 1 §§ 14—18. Ut autem cap. 3 §§ 10. 11 adnectendas ei expositioni credam, quae § 16 clauditur, hac potissimum causa adducor, quod, cum in § 15 dixisset scriptor seditiones optimatium periculosas fieri posse Atheniensibus, quippe qui non insulam sed continentem incolerent, cap. 3 paragrapho 10 formula *δοκοῦσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ τοῦτο* [46]) *οὐκ ὀρθῶς βουλεύεσθαι, ὅτι κτλ.* ad excusandam eam rationem transit, qua Athenienses, si aliae civitates seditionibus agitentur, uti soleant. Transit igitur ad novam quidem rem, sed ita transit, ut, cur ad hanc potissimum rem nunc transeat, satis perspicuum sit. Quod autem Athenienses *τοὺς χείρους αἱροῦνται ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς στασιαζούσαις*, ita excusat, ut primum eam sententiam democratiae quam maxime propriam, quam iam in cap. 1 §§ 4. 5 [47]) magis generali ratione exposuerat, repetat et ad Atheniensis applicet (§ 10) [48]),

---

46) Dativum *μοι*, qui post *τοῦτο* in manuscriptis traditur, recte sine dubio Morum secutus sustulit Kirchhoff. Hoc enim pronomen, quod valde premunt ei, qui dialogi reliquias in libello nostro contaminatas esse credunt (Cobet l. c. p. 739 et Wachsmuth l. c. p. 9), mero scribae codicis archetypi errori deberi multo probabilius est, quam indicium esse pristinae dialogi formae. Nec probabile est ipsum scriptorem *τοι* (ut Weiske coniecit et G. Sauppe in utraque editione edidit), aut *σοι* (ut Faltin diss. inaug. p. 3 coniecit), aut *ἐνίοις* (quod proposuit Schmidt), aut *αὖ* (quod Mueller-Struebing edidit) scripsisse.

47) V. part. prior. p. 14.

48) In verbis § 10 *ἐν οὐδεμιᾷ γὰρ πόλει τὸ βέλτιστον εὔνουν ἐστὶ τῷ δήμῳ, ἀλλὰ τὸ κάκιστον ἐν ἑκάστῃ ἐστὶ πόλει εὔνουν τῷ δήμῳ*, difficultas inest; nam alterius enuntiationis eadem sententia est, ac si scriptor dicat: *τὸν δῆμον εἶναι εὔνουν τῷ δήμῳ*. Hanc difficultatem L. Dindorf in ed. Oxon. et G. Sauppe in ed. Tauchn. ita sustulerunt, ut verba *ἀλλὰ τὸ κάκιστον ἐν ἑκάστῃ ἐστὶ πόλει εὔνουν τῷ δήμῳ* tamquam interpolata uncis includerent; sed etsi in codd. ABC omissa sunt, tamen ea retinenda esse censeo, quia propter homoioteleuton facile omitti potuerunt, et libellus ab interpolationibus fere liber est. Itaque cum Kirchhoffio post prius *δήμῳ* inserendum arbitror (*τῷ Ἀθηναίων*) vel (*τῷ Ἀθήνησιν*), quod additamentum sine iusta causa etiam post alterum *δήμῳ* repetivit Mueller-Struebing. Insertis illis verbis, quibus non de *δήμῳ* quolibet, sed de *δήμῳ* Atheniensium sermonem esse demonstratur, prorsus concidit tautologiae crimen, quod Bake (in Dind. ed. Oxon. p. LXVI) movit; nam non repetitur

deinde autem ex historia rerum gestarum tria exempla proferat, quae doceant, si quando Athenienses rationem, quam democratiae natura postulat, secuti non essent, id eis maximo semper damno fuisse (§ 11).[49])

Iam vero prima verba paragraphi 12 cap. 3 non posse adnecti postremis verbis paragraphi 11 inde apparet, quod verba *ὑπολάβοι δέ τις ἂν ὡς οὐδεὶς ἄρα ἀδίκως ἠτίμωται Ἀθήνησιν*, conclusionem exhibent, §§ autem 10 et 11 nihil continent, unde illa conclusio apta sit. Excidisse igitur aliquid ante § 12 sine ulla dubitatione statuendum est.[50]) Quod autem inter 3, 10. 11 et 3, 12. 13 ullum posse cogitari transitum negavit Kirchhoffius[51]), qua in re eum non solum Schmidtius[52]), sed etiam Rettigius[53]) et Bélotius[54]) secuti sunt, caute ita negavit, ut conditionem adderet, nisi satis magna particula expositionis inter 3, 11 et 3, 12 intercidisset. Nam ipse con-

---

nude sententia in §§ 4. 5 capitis primi exposita, sed ita repetitur, ut ad rem specialem applicetur. Cf. part. prior. p. 14.

49) Tria illa exempla exposuit eruditissime Kirchhoff, über die Abfassungszeit der Schrift vom Staate der Athener. Berlin 1878. p. 3 sqq., quem Bélot frustra impugnat. — Verba prima § 11 *ὁποσάκις δ' ἐπεχείρησαν αἱρεῖσθαι τοὺς βελτίστους, οὐ συνήνεγκεν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐντὸς ὀλίγου χρόνου ὁ δῆμος ἐδούλευσεν ὁ ἐν* (codd. *μὲν*) *Βοιωτοῖς* lacunosa sunt. Lacunam tamen non cum Kirchhoffio post *αὐτοῖς*, neque cum Wachsmuthio post *ἐντὸς ὀλίγου χρόνου*, neque cum Cobeto l. c. p. 748 et ante verba *ὁ μὲν Βοιωτοῖς* et post ea, sed cum Madvigio (adv. crit. vol. 1. p. 364) post *ἀλλ'* statuendam esse censeo. Probabile enim est scriptorem, qui duo alia exempla introduxit formula *τοῦτο δὲ ὅτε*, in primo quoque dixisse *ἀλλὰ* (*τοῦτο μὲν, ὅτε ....*). — In exemplo a Milesiis petito post *χρόνου* cum Wachsmuthio (*οὗτοι*) inserendum puto, ut de optimatibus sermonem esse dilucide significetur. Quod autem Bélot in eadem periodo *ἀπέκοψαν* pro *κατέκοψαν* scripsit, non animadvertit typothetae in editione Schmidtii errorem, non codicum lectionem se sequi.

50) Id iam Bake (v. ed. Dind. Oxon. p. LXVI) et Faltin (diss. inaug. p. 36) intellexerunt.

51) L. c. p. 26 sq. Collocat autem 3, 12, 13 (part. II) post 1, 1—3.

52) Inserit 3, 12. 13 inter 3, 3 et 3, 8.

53) L. c. p. 416 sq. Collocat 3, 12, 13 post 1, 9.

54) Bélot etiam in collocatione earum paragraphorum Kirchhoffium sequitur.

cedit, si statuendum esset inter 3, 11 et 3, 12 satis magnam particulam intercidisse, posse quoque transitum aliquem excogitari, dolendumque est, quod hanc viam ingredi vir doctus noluit.[55]) Nos quidem ipsum hoc statuendum esse nobis persuasimus cum ob alias causas, quas supra exposuimus, tum potissimum propterea, quod verba § 12: *ἀλλ' οὐκ ὀλίγων δεῖ τῶν ἐπιθησομένων*[56]) *τῇ δημοκρατίᾳ τῇ Ἀθήνησιν* demonstrant auctorem etiam nunc in eo sententiarum nexu versari, quem cap. 2 § 15 praeparaverat et deinde cap. 3 §§ 10. 11 persecutus erat. Itaque hoc loco unam paginam vel duas[57]) intercidisse statuimus, et ut idoneum ad §§ 12. 13 transitum efficiamus, scriptorem conicimus perrexisse fere sic: ʿSane timendum est, ne aliarum civitatium optimates, si quando Athenis seditiones oriantur[58]), Atheniensium optimatibus faveant. Sed illud periculum non adeo magnum est; democratia enim tam firma et stabilis constituta est, ut optimates Athenienses iam pridem desierint adversus populum inter se coniurare[59]) malintque aut in otio vivere aut popularium factionibus nisi potentiam in re publica nancisci. Hae autem popularium factiones democratiae multo minus periculosae sunt, quam oligarchiae optimatium factiones, quae invicem se ita impugnant, ut multi optimates iure civitatis privati interdum in exilio vivant et peregre circumspiciant, quomodo in civitatem reverti possint; nam si quando ex duabus popularium factionibus invicem se impugnantium seditio imminere videtur, alterius factionis dux civitatis iure non privatus ostracismo[60]) ex Attica abire iubetur, quod quidem institutum ex Clisthenis

55) V. part. prior. p. 7.

56) Cur Schmidt l. c. p. 42 aut *τῷ ἐπιθησομένῳ* aut *τὸν ἐπιθησόμενον* scribendum esse dicat, causam non intellego.

57) Sufficiet una, nam in initio quoque § 12 enuntiationem imperfectam omissam esse a grammatico, qui paginas papyraceas transcripsit, propterea probabile est, quod §§ 12. 13 undecim tantum lineas editionis Kirchhoffianae complent, v. part. prior. p. 11 et supra p. 406 sq.

58) Quas oriri posse concesserat auctor 2, 15.

59) Cf. de prioribus temporibus Plut. Arist. 13. Thucyd. 1, 107.

60) Cf. part. prior. p. 7.

temporibus praestantissimum democratiae conservandae remedium semper fuit'. Quae sententiae si aliqua cum probabilitate auctori libelli tribuentur, non solum conclusio illa: *ὑπολάβοι δέ τις ἂν ὡς οὐδεὶς ἄρα ἀδίκως ἠτίμωται Ἀθήνησιν* optime explicatur, sed etiam capitis secundi paragraphum 17 referendam esse apparet ad eandem sententiarum seriem, cuius partes disiunctae sunt 3, 10. 11 et 3, 12. 13. Sicut enim in eis, quae auctorem dixisse coniecimus, res aliqua exposita est, qua democratia oligarchiae sine dubio praestat, scilicet quod minus obnoxia est violentis seditionibus et rerum publicarum mutationibus quam illa, ita alias quoque res addere potuit, quibus democratia oligarchiae praestaret, inter easque eam, de qua 2, 17 agit.

Concedo haec omnia, quae de sententiis inter 3, 11 et 3, 12 amissis exposui, haudquaquam certa, sed in coniectura posita esse; attamen coniecturam meam non supprimendam esse duxi, quia sine coniectura omnino non poterit restitui pristinus ordo libelli, et mea coniectura aliquanto saltem probabilior videbitur esse quam Kirchhoffii ceterorumque de pristino ordine libelli coniecturae.

Ceterum si reputaveris homini optimati sine dubio optimates paucos, qui iudicio populi civitatis iure privati sunt, omnes iniuria damnatos videri, populares vero multos, qui in eadem conditione fuerunt, omnes iuste ac merito, in ipsis §§ 12. 13 ordo sententiarum te non offendet. Est enim hic: 'Sunt quidem iniusto iudicio civitatis iure privati nonnulli, sed pauci tantummodo, quorum numerus non sufficit ad seditionem movendam (§ 12). Nam qui iusto iudicio civitatis iure privati sunt, poenam patienter ferunt [61]) neque moliuntur quicquam adversus rempublicam. Quomodo tandem [62]) iniusto iudicio civitatis iure multos pri-

61) Verba *οὐδὲν ἐνθυμεῖσθαι* recte explicavit Schneider, neque necesse est addere cum Moro post *οὐδὲν* (*κακὸν*) vel (*νεώτερον*), aut cum Cobeto (l. c. p. 749) (*δεινόν*).

62) Particula *οὖν* in interrogatione *πῶς ἂν οὖν ἀδίκως οἴοιτό τις ἂν πολλοὺς ἠτιμῶσθαι Ἀθήνησιν, ὅπου ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἄρχων τὰς ἀρχάς*; non concludendi vim habet, sed respondet fere Latinorum *tandem*. Cf. supra

vatos esse crediderit quis Athenis, ubi ipsi populares potissimum magistratibus funguntur.[63]) Propter iniuste enim gestos magistratus iniusteque in republica dicta et facta civitatis iure privantur homines Athenis. Quae reputantem intellegere oportet nullum a civitatis iure privatis esse periculum democratiae, quae Athenis est (§ 13).[64])

Quomodo deinceps auctor libelli ab ea re, qua oligarchiae democratiam praestare eum dixisse conieci in lacuna illa, quae inter 3, 10 et 3, 11 est, exposita post § 13 pervenerit ad illam rem, qua oligarchiae democratiam praestare dicit 2, 17 [65]), utrum unam an plures alias res similes in medio exposuerit, certo dici non potest; hoc unum autem mihi videtur certum esse ex transitus formula ἔτι δὲ [66]), capitis 2 § 17 non ipsis verbis postremis cap. 3 paragraphi 13 adnectendam esse, sed postremum potius membrum eius enumerationis fuisse. Paragraphi autem 17, cuius verba admodum corrupta sunt, sententia haec est, ut auctor oligarchiam necesse esse perstare in foederibus et sacramentis dicat[67]), democraticas autem civitates facilius posse

---

1, 7 εἴποι δέ τις ἄν· τί ἂν οὖν γνοίη ἀγαθὸν αὐτῷ ἢ τῷ δήμῳ τοιοῦτος ἄνθρωπος; et Xen. Mem. 3, 11, 15 ἐάν γε, νὴ Δί', ἔφη, πείθῃς με σύ· Πῶς οὖν ἄν, ἔφη, πείσαιμι σε; — Articulum τοὺς ante πολλοὺς ex Schneideri sententia iure delevit Kirchhoff; neque enim οἱ ὀλίγοι et οἱ πολλοί inter se opponuntur, sed ὀλίγοι ἀδίκως ἄτιμοι et πολλοὶ δικαίως ἄτιμοι. Neque causa erat, cur Mueller-Struebing pro ἂν τοὺς scriberet εἰκότως.

63) Cf. cap. 1, 2. 3.

64) Bene Mueller-Struebing post ἀπὸ τῶν ἀτίμων inseruit (τῷ δήμῳ τῶν) Ἀθηναίων; sed cum Ἀθήνησιν traditum sit, praefero (τῷ δήμῳ τῷ).

65) Capitis secundi paragraphos 17 — 19 (particulam suam VII) Kirchhoff post particulam VI, quae constat §§ 6—9 capitis primi, collocat (l. c. p. 14. 43); Schmidt 2, 17—20 in fine prioris suae partis collocat post 2, 9. 10; Bélot denique vocabulis ἔτι δὲ τὰς συμμαχίας permotus est, ut 2, 17 insereret post 1, 18.

66) Cf. 3, 1m ἔτι δὲ καὶ τάδε τινὰς ὁρῶ μεμφομένους Ἀθηναίοις, quibus ultima pars eorum, quae de sociis exponuntur, incipit.

67) Verba § 17 ἦν δὲ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις, ἢ ὑφ' ὅτου ἀδικεῖ ὀνόματα ἀπὸ τῶν ὀλίγων οἳ συνέθεντο, quae Kirchhoff in ed. altera intacta reliquit, cum in ea editione, quam commentationi anni 1874 adiecit,

solvere foedera et sacramenta, quia liceat in democratia culpam decreti publici singulis quibusdam hominibus imputare decretumque illud posteriore decreto irritum facere.[68])

---

ante ἢ ὑφ' ὅτου corruptelae signum posuisset, sine dubio lacunosa sunt, ut vidit L. Dindorf in ed. Oxon., qui tamen in eis redintegrandis operam perdi caute dixit. Missa igitur faciamus omnia ea virorum doctorum conamina, quae non lacunae supplementis neque eis solis, sed etiam omissione particulae ἤ aut verborum traditorum mutationibus locum restituunt, quae omnia Wachsmuth enumeravit, nisi quod Gutschmidii coniecturam omisit, qui (l. c. p. 634) non feliciter proposuit: ἦν δὲ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις, [ἢ] ὑφ' ὅτου ἀδικεῖ ὠνόμασται ἀπὸ τῶν ὀλίγων σοι, οἳ συνέθεντο. Lacunarum locum idem Wachsmuth et ante ὑφ' et post ὅτου indicavit, eas tamen explere noluit. Schmidt autem (l. c. p. 41) proposuit: ἦν δὲ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις ἢ (παραβαίνωσι τοὺς ὅρκους, οὐκ ἔστιν) ὑφ' ὅτου ἀδικεῖ(σθαι φαίη ἄν τις ἄλλου, ἢ ὧν ἐξειδέναι πᾶσιν οἷόν τε τὰ) ὀνόματα ἀπὸ τῶν ὀλίγων, οἳ συνέθεντο. Rettig contra l. c. p. 259, adn. 1 omisso ἤ et mutato ὅτου in ὅτων, scribere voluit: ἦν δὲ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις (οὐκ ἔξεστιν ἄλλων) ὑφ' ὅτ ω ν ἀδικεῖ(ται), ὀνόματα (προβάλλεσθαι οὐδ' ἀπωθεῖσθαι αἰτίαν) ἀπὸ τῶν ὀλίγων οἳ συνέθεντο. Bélot denique omisso ἤ edidit: ἦν δὲ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις, (πυθομένων συμμάχων) ὑφ' ὅτου ἀδικίαν (πάθοιεν, οὐκ ἔστιν ἄλλα) ὀνόματα (προβάλλεσθαι) ἢ ἀπὸ τῶν ὀλίγων οἳ συνέθεντο. Probabilius quam haec omnia Muelleri Struebingii prioris lacunae supplementum est, quippe qui (mutato sine causa δὲ in γὰρ) ediderit: ἦν γὰρ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις ἢ (ὑπερβαίνωσι τοὺς ὅρκους, γιγνώσκει ὁ ἀδικούμενος) ὑφ' ὅτου ἀδικεῖ(ται). Quod autem alteram supplevit: ὑφ' ὅτου ἀδικεῖ(ται. ὁμώμοται γὰρ κατ') ὀνόματα ὑπὸ τῶν ὀλίγων, οἳ συνέθεντο mihi non placet, quia traditum ἀπὸ in ὑπὸ mutavit. Itaque propono Rettigii vestigia ex parte secutus: ὑφ' ὅτου ἀδικεῖ(ται. οὐ γὰρ ἔξεστιν ἄλλων) ὀνόματα (προβάλλεσθαι οὐδ' ἀπωθεῖσθαι τὴν αἰτίαν) ἀπὸ τῶν ὀλίγων, οἳ συνέθεντο.

68) Sequentia quoque § 17 verba: ἄττα δ' ἂν ὁ δῆμος συνθῆται, ἔξεστιν αὐτῷ (Kirchhoff addere vult τῷ) ἑνὶ ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῷ λέγοντι καὶ (Kirchhoff ἢ) τῷ ἐπιψηφίσαντι ἀρνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις, ὅτι οὐ παρῆν (Kirchhoff παρῇ) οὐδὲ ἀρέσκει οἵ γε (Kirchhoff ἔμοιγε) τὰ συγκείμενα πυνθάνονται ἐν πλήρει τῷ δήμῳ aperte partim corrupta partim lacunosa sunt. Omnes autem virorum doctorum explicationes et coniecturae, quae eo tendunt, ut auctor dicat aut ipsum populum posse negare se adfuisse, aut unicuique civium vel τοῖς ἄλλοις licere negare se adfuisse in decreto de foederibus faciendo, ideo reiciendae sunt, quod populus certe, si decretum fecit, negare non potest se decretum fecisse, quamvis multorum autem singulorum civium negationibus eius generis decretum populi irritum

Praeter duas igitur series continuas viginti septem et se decim paragraphorum effecimus tertiam quinque paragraphorum, quae ut secunda primae, ita ipsa secundae adnectitur,

---

reddi non potest. Itaque reicienda est non solum Kirchhoffii lectio, sed etiam Aemilii Muelleri (l. c. p. 403): *ἔξεστιν αὐτῷ ἑνὶ ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῷ λέγοντι καὶ τῷ ἐπιψηφίσαντι ἀρνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ὅτι οὐ παρῆν οὐδὲ ἀρέσκει οἷ γε ἃ συγκείμενα πυνθάνονται ἐν πλήρει τῷ δήμῳ* et Wachsmuthii: *ἔξεστιν ἑκάστῳ τινὶ ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῷ λέγοντι καὶ τῷ ἐπιψηφίσαντι ἀρνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις, ὅτι οὐ παρῆν οὐδὲ ἀρέσκει οἷ γε, ἃ συγκείμενα πυνθάνονται ἐν πλήρει τῷ δήμῳ* et Schmidtii: *ἔξεστιν αὐτῶν ἑνὶ (ἑκάστῳ) ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῷ λέγοντι καὶ τῷ ἐπιψηφίσαντι ἀρνεῖσθαι (ἐν) τοῖς ἄλλοις, ὅτι οὐ παρῆν οὐδὲ ἀρέσκει οἷ γε τὰ συγκείμενα*, et Bélotii, qui a Schmidtio ea tantum re discedit, quod ἢ pro *καὶ* scripsit et commate ante *τοῖς ἄλλοις* posito hunc dativum cum *παρῆν* construit. Contra aliquid veri inest in Muelleri Struebingii lectione: *ἔξεστιν αὐτῷ, ἑνί (τινι) ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν, τῷ λέγοντι ἢ τῷ ἐπιψηφίσαντι, ἀρνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ἅτι „οὐ παρῆν οὐδὲ ἀρέσκει ἔμοιγε ἃ συγκείμενα πυνθάνομαι ἐν (οὐ) πλήρει τῷ δήμῳ“*. Nam hoc sine dubio recte sensit vir doctus populi decreta irrita fieri non potuisse, nisi demonstrari posset, *ἄνευ πληθύοντος τοῦ δήμου* (cf. C. I. A. vol. I, n. 57, p. 34) ea esse decreta. Qua re commotus, cum ceteras Muelleri Struebingii mutationes probare nequeam, propono: *ἔξεστιν αὐτῷ* (scil. *τῷ δήμῳ*) (*λύειν αὖθις ψηφίσματι*) *ἑνί, ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῷ λέγοντι καὶ τῷ ἐπιψηφίσαντι*, (*καὶ*) *ἀρνεῖσθαι, τοῖς ἄλλοις* (scil. quae antea decreta erant) *ὅτι οὐ* (*πλήρης*) *παρῆν οὐδὲ ἀρέσκει οἷ γε τὰ συγκείμενα* (*τότε*). — Quae sequuntur *πυνθάνονται ἐν πλήρει τῷ δήμῳ, καὶ εἰ μὴ δόξαι εἶναι ταῦτα, προφάσεις μυρίας ἐξηύρηκε τοῦ μὴ ποιεῖν ὅσα ἂν μὴ βούλωνται*, Kirchhoff lacunosa esse intellexit et ante *πυνθάνονται* et post *μὴ δόξαι* lacunae signo posito. Ac priorem lacunam l. c. p. 43 verbis explevit his: (*ὅθεν πολλάκις τίνα ἐστὶ τὰ συγκείμενα*) *πυνθάνονται ἐν πλήρει τῷ δήμῳ*. Sed acute Bélot eos, qui *πυνθάνονται*, non cives Athenienses, sed legatos civitatis violatae esse intellexit; quod tamen ipse edidit: *κἂν πυνθάνωνται ἐν πλήρει τῷ δήμῳ εἰ μὴ δόξαι εἶναι ταῦτα*, probare non possum, quia additamentum (*πυθομένων συμμάχων*), quod in priore enuntiatione Bélot inseruerat (v. adn. 67), probare non poteram. Itaque propono: (*εἰ δὲ οἱ τῶν ἀδικουμένων πρέσβεις διὰ τί οὐκ ἐμμένουσι ταῖς συνθήκαις*) *πυνθάνονται, ἐν πλήρει τῷ δήμῳ* (*αὖθις περὶ τῶν πρόσθεν δοξάντων βουλεύει ὁ δῆμος*) *καὶ εἰ μὴ δόξειε* (*τῷ δήμῳ σύμφορα*) *εἶναι ταῦτα, προφάσεις μυρίας ἐξηύρηκε τοῦ μὴ ποιεῖν ὅσα ἂν μὴ βούλωνται*. Additamentum (*τῷ δήμῳ σύμφορα*) Kirchhoffio debetur, idque mihi probabilius visum est. quam coniectura Wachsmuthii *μεῖναι* pro *εἶναι*, aut additamenta Schmidtii (*κύρια*) et

duabus autem maioribus lacunis tam graviter mutilata est, ut divinare tantummodo potuerimus, qualis in eis fuerit progressus sententiarum. Lacunae autem illae duarum minimum paginarum interitu ortae videntur esse. Hanc quoque seriem transpositione effecimus unius tantummodo particulae (3, 10—13), cuius transponendae necessitas insuper eo nitebatur, quod post finem libelli reiecta erat.

Iam restant capitis secundi §§ 9. 10 et §§ 18—20 cum clausula, quae in initio capitis tertii est. Ac paragraphos 9 et 10 neque primae[69]) neque secundae neque tertiae seriei modo constitutae fuisse partem ex diversitate argumenti sequitur. Agitur enim in eis de sacrificiis, de diebus festis, de lucis sacris (§ 9) et deinde de gymnasiis balneisque (§ 10). Iam vero si reputaverimus § 18 agi de comoedia, quae festorum Dionysi praeter tragoediam pars erat praecipua, capitis 2 paragraphos 9. 10 et 18 eiusdem expositionis partes fuisse negare vix poterimus. Quod autem consilium in ea expositione secutus sit auctor, non difficile est intellectu. Sine dubio enim democratia ab adversariis hanc quoque ob causam vituperabatur, quod pecuniam publicam splendido festorum apparatu magnificentiaque templorum aedificiorumque publicorum nimis largiter profunderet.[70]) Itaque eius quoque rei ratio auctori exponenda erat, idque in capitis secundi §§ 9 et 10 ita fecit, ut pauperes et humiles, quos sui commodi studiosos iam 1, 3. 13. 15. 16. 17 perstrinxerat, ex suae voluptatis augendae studio

---

Muelleri Struebingii (*πρόσφορα*). Si quis autem crediderit nimis multa nos ad redintegranda verba § 17 supplevisse, eum reputare velim in editione Kirchhoffiana paragraphum illam complere duodecim lineas et dimidiam, ut non improbabile sit trium fere linearum et dimidiae verba in ea pagina intercidisse. Cf. part. prior. p. 11, adn. 26, et supra p. 406 sq. 414, adn. 57.

69) Kirchhoff l. c. p. 13. 42 eas post 1, 5, Schmidt l. c. p. 10. 13 post 1, 13, Bélot post 1, 12 collocat.

70) Cf. de aedificiis Thucyd. 2, 13, 3 et de festis 2, 38, 1 *καὶ μὴν καὶ τῶν πόνων πλείστας ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ ἐπορισάμεθα, ἀγῶσι μέν γε καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες.* Egit de hac pecuniae publicae largitione Boeckh, Staatshaushaltung der Athener, vol. I. 1851. p. 281 sqq. (de aedificiis), p. 293 sqq. (de diebus festis).

hoc facere doceret. Ipsum initium huius de largitione publicae pecuniae expositionis §§ 9. 10 facere non potuerunt; nam novas expositiones auctor semper ita incipit, ut a vituperatione adversariorum proficiscatur.[71]) Itaque probabile est etiam in huius expositionis initio fuisse formulam: *δοκεῖ δὲ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων καὶ ἐν τῷδε κακῶς βουλεύεσθαι* vel similem scriptoremque rem, quae vituperabatur, verbis significasse fere his: *ὅτι τὰ κοινὰ χρήματα εἰς τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς οἰκοδομίας ἀφειδῶς δαπανᾷ*. Sed statim post hanc transitus formulam quin §§ 9. 10 locum habuerint, hanc ob causam vix dubium est, quod duae res, in quibus pecuniae publicae largitio maxime cernitur, dies festi (§ 9)[72])

---

71) Cf. 1, 14. 16. 3, 1m. 2, 1. 3, 10.

72) Verba § 9 graviter corrupta sunt. Traditur enim: *θυσίας δὲ καὶ ἱερὰ καὶ ἑορτὰς καὶ τεμένη γνοὺς ὁ δῆμος ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἑκάστῳ πενήτων θύειν καὶ εὐωχεῖσθαι καὶ κτᾶσθαι ἱερὰ καὶ πόλιν οἰκεῖν καλὴν καὶ μεγάλην, ἐξηῦρεν, ὅτῳ τρόπῳ ἔσται ταῦτα.* Lenibus correcturis, quales sunt Bélotii, qui post *κτᾶσθαι ἱερά* inseruit (*τε*), ut *πόλιν* obiectum esset verbi *κτᾶσθαι*, infinitivus autem *οἰκεῖν* adiectivis accuratius definiendis inserviret, aut Bakii (l. c. p. LIX) et Cobeti (l. c. p. 744), qui pro *πόλιν* scribunt *οἰκίαν*, aut censoris editionis Weiskianae, qui pro *οἰκεῖν* proposuit *ποιεῖν*, aut Kirchhoffii, qui pro *κτᾶσθαι* edidit *ἵστασθαι*, aut Gutschmidii, qui probata hac mutatione ante *εὐωχεῖσθαι* inserendum dixit (*δεῖ*) (l. c. p. 634), difficultates, quae maxime in ratione cernuntur, quae inter accusativos et infinitivos intercedit, non tolluntur. Neque sufficit, quod paullo audacius Schmidt l. c. p. 41 pro priore *ἱερά* edidit *ἱερεῖα* et verba *καὶ ἑορτὰς καὶ τεμένη* uncis inclusit et deinde *καὶ* (*βουλόμενος*) *ἵστασθαι ἱερὰ καὶ πόλιν οἰκεῖν* proposuit, aut quod Mueller-Struebing, qui pro *ἱερά* utroque loco edidit *ἱερεῖα*, ante *πόλιν* inseruit (*δεῖ*) et pro *μεγάλην* correxit *μεγαλοπρεπῆ*, aut quod Dindorf in ed. Oxon. et ante *κτᾶσθαι* et post *κτᾶσθαι* lacunam statuit. Immo cum quattuor infinitivorum *θύειν* ad *θυσίας*, *εὐωχεῖσθαι* ad *ἑορτάς* (sicut iam Weiske intellexit), *κτᾶσθαι* ad *τεμένη* referendus sit, quartus autem *πόλιν οἰκεῖν* ipsa verborum collocatione a tribus illis distinctus sit, *ἱερά*, quod iam Schneider priore loco pro spurio habuit, posteriore autem de templis intellexit, priore loco pro glossemate vocis *θυσίας* habeo, posteriore male repetitum iudico lectionemque propono hanc: *θυσίας δὲ* [*καὶ ἱερὰ*] *καὶ ἑορτὰς καὶ τεμένη γνοὺς ὁ δῆμος ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἑκάστῳ τῶν πενήτων θύειν καὶ εὐωχεῖσθαι καὶ κτᾶσθαι* [*ἱερὰ*] *καὶ* (*βουλόμενος*) *πόλιν οἰκεῖν καλὴν καὶ μεγάλην, ἐξηῦρεν, ὅτῳ τρόπῳ ἔσται ταῦτα.* — Posteriorem huius enuntiationis partem auctor explicat § 10, priorem verbis statim sequentibus: *θύουσιν οὖν δημοσίᾳ μὲν*

et aedificia publica (§ 10) [73]), summatim in §§ 9. 10 coniunctae sunt. Quas singulas deinceps accuratius expositas esse ita, ut primum de ceteris aedificiis (veluti de Erechtheo, de Parthenone, de propylaeis), deinde de festis egerit auctor, inde colligo, quod postremo loco comoediam, quam in apparatu Dionysiorum commemorare debuit, commemorat. Transitus autem illius formulam sive totam sive posteriorem partem in ipsa illa pagina fuisse, in qua §§ 9. 10 legebantur, ideo probabile est, quod hae paragraphi decem tantummodo lineas editionis Kirchhoffianae continent.[74]) Paginam igitur totam inter 2, 17 et 2, 9. 10 intercidisse statuamus non erit necesse.

Quomodo auctor a §§ 9. 10 ad § 18 eiusdem capitis pervenerit, quae aedificia, quos festos dies singillatim commemoraverit, nulla coniectura extricari poterit. Probabile est tamen eum in festis potissimum enarrandis satis copiosum fuisse, quoniam festorum dierum multitudinem 3, 2 et 8 ipse vituperaverat, neque liturgias, quibus divites vexari se querebantur, neglexisse, quoniam eas quoque in alia sententiarum serie bis 1, 13 et 3, 4

ἡ πόλις ἱερεῖα πολλά (in quibus ἡ πόλις rursus glossema videtur esse, quamquam Kirchhoff l. c. p. 43 inde collegit de phylarum quoque festis sermonem fuisse), ἔστι δὲ ὁ δῆμος ὁ εὐωχούμενος καὶ διαλαγχάνων τα ἱερεῖα. Post quae optimo iure Kirchhoff lacunae signum posuit; ipsam tamen lacunam explere non est conatus. Cum εὐωχούμενος ad εὐωχεῖσθαι, διαλαγχάνων τὰ ἱερεῖα ad θύειν referatur, desit autem, quod tertio infinitivo κτᾶσθαι (scil. τεμένη) respondeat, in lacuna explenda a vero sine dubio aberravit Mueller-Struebing, qui novae enuntiationi § 10 καὶ γυμνάσια etc. antecedere iubet verba (ἔπειτα δὲ τεμένη τε), eos lucos τεμένη dici arbitratus, qui ante gymnasia et palaestras sint. Mihi potius tale quid supplendum videtur, quale est (καὶ περιπατῶν ἐν τοῖς τεμένεσι). — Quod glossematis textum corruptum dixi, de ea re cf. part. prior. adn. 28. 43.

73) In § 10, qua explicantur verba καὶ (βουλόμενος) πόλιν οἰκεῖν καὶ μεγάλην, posterius ἰδίᾳ tamquam male (ut supra ἱερά) repetitum cum Cobeto l. c. p. 745 et Dindorfio in ed. Oxon. delere malim, quam cum Kirchhoffio mutare in δημοσίᾳ; nam hac mutatione efficitur pleonasmus intolerabilis: ὁ δὲ δῆμος αὐτὸς αὑτῷ οἰκοδομεῖται δημοσίᾳ παλαίστρας πολλάς.

74) V. part. prior. p. 11 et supra p. 406 sq. 414, adn. 57. 419, adn. 68. Supplementa § 9 (v. adn. 72), compensantur glossematis, quae eicienda erant.

tetigerat, imprimis autem de ludis scenicis, de theoricis, quae Pericles instituerat [75]), de splendore denique Dionysiorum magnorum egisse, quorum tempore socii ad tributa solvenda Athenas veniebant et splendore urbis, cui subditi erant, percutiebantur. Quod si ita progressus est, ut urbis splendorem publicae pecuniae largitione illa democratiae propria auctum esse postremo loco demonstraret, non solum largitionis illius sed etiam democratiae universae defensionem, quam invitus quidem ut optimas, attamen non caecus ad eius praestantiam susceperat, optime eum persecutum esse concedamus necesse est.

Plures igitur paginas intercidisse inter 2, 9. 10 et 2, 18 verisimile est; quot interciderint, dici non potest. In eis autem, quae § 18 proxime antecedebant, de tragoedia sermonem fuisse puto; sicuti enim § 18 auctor dicit: *κωμῳδεῖν δ' αὖ καὶ κακῶς λέγειν τὸν δῆμον οὐκ ἐῶσιν*, ita Euripidis imprimis tragoediarum ratione habita [76]) tragicos poetas non raro *τὸν δῆμον ἐπαινεῖν καὶ εὖ λέγειν* dicere poterat. Quae si in antecedentibus dixerat, nullam difficultatem in initio § 18, cuius verba satis integra sunt [77]), praebet particula *αὖ*.

Paragrapho autem 18 continuo adnectitur § 19, eaque Kirchhoffii quoque sententia est, qui in particula sua septima maiorem certe § 19 partem cum § 18 conectit.[78]) Nam quod in § 18 auctor plerumque (*ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*) divites aut nobiles aut potentes cives a poetis comicis irrideri dicit, raro

---

75) Plutarch. Pericl. 9. Cf. Boeckh l. c. p. 304 sqq.

76) Etsi Supplices, quae fabula in hypothesi *ἐγκώμιον Ἀθηναίων* appellatur, post Niciae demum pacem acta videtur esse, tamen iam ante Olymp. 88, 4 (425/4), quo anno libellus scriptus est, instituta Atheniensium laudandi occasiones Euripides certe non neglexerat; cf. imprimis Heraclidae, quam fabulam inter annos 430 et 427 actam esse Wilamowitzius (analecta Euripidea. Berol. 1875. p. 151 sq.) argumentis satis probabilibus demonstravit.

77) Pronomen indefinitum *τις*, quod Kirchhoff post *πλούσιος* addidit, non videtur esse necessarium; probabilius est, quod pro *ἰδίᾳ δὲ κελεύουσιν* coniecit *ἰδιώτας δὲ κελεύουσιν* (scil. *κωμῳδεῖν καὶ κακῶς λέγειν*) et quod paullo infra *ἔσται* pro *ἐστίν* edidit.

78) L. c. p. 15 sq. 43.

contra pauperes et populares, hos autem non irrideri, nisi *διὰ πολυπραγμοσύνην καὶ διὰ τὸ ζητεῖν πλέον τι ἔχειν τοῦ δήμου* poetis comicis ansam irridendi praebeant, sine dubio iam in mente habet eandem civium distinctionem, qua in § 19 utitur, ut nulla causa sit, cur particula *οὖν*, quae in initio § 19 est, indicari negemus conclusionem, quae apte adnectatur postremis § 18 verbis: *ὥστε οὐδὲ τοὺς τοιούτους ἄχθονται κωμῳδουμένους*. Quod autem Kirchhoffius[79]) hanc conclusionem ad solam paragraphum 18 pertinere negat maiorisque expositionis clausulam ea contineri dicit, non dubito quin recte dixerit; sed inde non sequitur, ut §§ 17. 18. 19 post 1, 9 transponendae sint, ubi sententiarum ordinem sanum interrumpunt; nam cum conclusio illa § 19 ipsum finem totius libelli proxime antecedat, per se patet non solum ex eis, quae § 18 dixerat auctor, sed etiam ex eis, quae in initio libelli (1, 1—9) exposuerat, quorum qui § 18 legit sine dubio statim meminerit, concludere auctorem scire humiles perbene, qui inter *χρηστοὺς* et *πονηροὺς* cives sibi *ἐπιτήδειοι καὶ σύμφοροι* sint, qui non sint.[80])

Ceterum non solum maior § 19 pars paragrapho 18 adnectenda, sed ne postrema quidem eius enuntiatio: *καὶ τοὐναντίον γε τούτου ἔνιοι, ὄντες ὡς ἀληθῶς τοῦ δήμου τὴν φύσιν, οὐ δημοτικοί εἰσί* cum eis, quae in § 20 sequuntur, a §§ 18 et 19 disiungenda est. Quod enim Kirchhoffius sola illa postrema § 19 enuntiatione et § 20 clausulam totius opusculi, quae prima capitis tertii enuntiatione continetur[81]), praeparari censuit[82]), maiorem autem § 19 partem cum §§ 17. 18 inter capitis primi § 9 et 10 inseruit, duobus argumentis nititur, quae infirma mihi videntur esse. Primaria enim causa, cur ea ratione paragraphos illas inter particulam suam VII et XIX distribueret, haec fuit, quod finem libelli praeparari opinatus est §§ 8^{m}—9 capitis tertii, qua de re longe aliter

79) L. c. p. 16.

80) Rettig l. c. p. 402 sqq. haec ex parte quidem recte cognovit, sed falsa quoque immiscuit.

81) V. part. prior. p. 8 sqq.

82) L. c. p. 43.

statuendum esse iam supra demonstravimus.[83]) Altera causa Kirchhoffii haec fuit, quod nullum vinculum inter priorem partem § 19 et postremam illam enuntiationem, cuius verba supra adscripsi, intercedere putavit.[84]) Ipse tamen intellexit ante postremam illam enuntiationem lacunam[85]) statui posse, in qua sermo fuerit de nobilibus, qui popularium partes sequerentur. Quod autem ne hac quidem sententia suppleta conexum cum antecedentibus restitui opinatus est, meo quidem iudicio erravit. Excogitari enim potest supplementum, quod et cum antecedentibus et cum sequentibus apte conectatur. Verba enim § 19 sunt haec: *φημὶ*[86]) *οὖν ἔγωγε τὸν δῆμον τὸν Ἀθήνησι γιγνώσκειν οἵτινες χρηστοί εἰσι τῶν πολιτῶν καὶ οἵτινες πονηροί· γιγνώσκοντες δὲ τοὺς μὲν σφίσιν αὐτοῖς ἐπιτηδείους καὶ συμφόρους φιλοῦσι, κἂν πονηροὶ ὦσι, τοὺς δὲ χρηστοὺς μισοῦσι μᾶλλον. οὐ γὰρ νομίζουσι τὴν ἀρετὴν αὐτοῖς πρὸς τοῦ σφετέρου ἀγαθοῦ*[87]) *πεφυκέναι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ (σφετέρῳ)*[88]) *κακῷ*. In quibus vocabula *χρηστὸς* et *πονηρὸς*

83) V. part. prior. p. 24 sqq.

84) L. c. p. 16 sq. Argumentatio, qua Rettig l. c. p. 404 sq. Kirchhoffium impugnat, non sufficit.

85) Lacunam iam Weiske statuit, qui supplevit (*πιστεύουσι δὲ ὑπὸ τῶν χρηστῶν μισεῖσθαι τοὺς δημότας, κακῶς τοῦτο γνόντες*), quod Schneider approbavit. Sed haec certe sententia non est ea, quae sequenti enuntiatione requiritur.

86) Cum codices ABC *φημὶ οὖν* praebeant, *Ab φημὶ μὲν οὖν*, de lectione autem *BC* non constet, *φημὶ οὖν* legendum censeo cum Kirchhoffio, non *φημὶ μὲν οὖν* cum Cobeto (l. c. p. 746), G. Sauppio (in ed. Tauchnitiana), Wachsmuthio; neque enim illud *μὲν* respondet particulae *δὲ*, quae est post *γιγνώσκοντες*. Post *γιγνώσκειν* autem ne cum Schneidero, quem secutus est Kirchhoff, inseram *μέν*, impedior ea re, quod auctor tum pergere debuit: *γιγνώσκοντας δὲ φιλεῖν*, non *γιγνώσκοντες δὲ φιλοῦσιν*.

87) Cum codices *πρὸς* habeant, tutius est dativum *σφετέρῳ ἀγαθῷ* cum Hertleinio (annales phil. nov. vol. 78, p. 214) in genetivum mutare (id quod G. Sauppe in ed. Tauchn. fecit), quam cum Kirchhoffio *πρὸς* in *ἐπί*.

88) Pro *ἀλλ' ἐπὶ τῷ κακῷ* Cobet (l. c. p. 746) proposuit *ἀλλ' ἐπὶ κακῷ*; probabilius est (*σφετέρῳ*), quod Kirchhoff inseruit; possis eodem iure supplere (*τοῦ δήμου*).

non prorsus synonyma sunt vocabulis *γενναῖος* et *δημοτικός* aut vocabulis *πλούσιος* et *πένης*, sed ita ut etiam verae virtutis (eius scil. quae ex optimatis iudicio vera virtus est) et verae nequitiae notiones non prorsus obscurentur.[89]) Quae si reputaverimus, concedendum est auctorem ita pergere potuisse, ut diceret fere haec: (*οὐδὲ ἀγνοοῦσιν φύσει μὲν εἶναι τοὺς πολίτας ἢ γενναίους ἢ ἀγενεῖς, αἱρέσει δὲ ἢ δημοτικοὺς ἢ οὐ δημοτικούς· εἰσὶ γοῦν γενναῖοί τινες, οἳ τὰ τοῦ δήμου εἵλοντο*) *καὶ τοὐναντίον γε τούτου ἔνιοι, ὄντες ὡς ἀληθῶς τοῦ δήμου τὴν φύσιν, οὐ δημοτικοί εἰσι.* Commendatur eiusmodi supplementum — nam verba ipsa non praesto — quod hac ratione et transponendae[90]) enuntiationis et mutandorum[91]) verborum traditorum necessitas vitatur, verbaque, uti tradita sunt, modo ea recte interpunxeris[92]), bonam sententiam praebent. Accedit,

---

89) Eadem res est 1, 7 *οἱ δὲ γιγνώσκουσιν, ὅτι ἡ τούτου* (scil. *τοῦ πονηροῦ*) *ἀμαθία καὶ πονηρία καὶ εὔνοια μᾶλλον λυσιτελεῖ ἢ ἡ τοῦ χρηστοῦ ἀρετὴ καὶ σοφία καὶ κακόνοια*, de quibus cf. part. prior. p. 20, adn. 70b.

90) Transposuit enuntiationem, de qua agitur, Schmidt (l. c. p. 41) in paragraphum 18 post verba *πλέον τι ἔχειν τοῦ δήμου*, lacuna simul inter *ἔνιοι* et *ὄντες* significata (p. 29), quam transpositionem rectissime refutavit Kirchhoff (Abfassungszeit. 1878. p. 22); Mueller-Struebing contra eam mutato insuper *καὶ* in *καίτοι* in § 20 transposuit post verba *συγγνώμη ἐστίν*; Bélot denique eam in ipso fine paragraphi 20 post participium *ὀλιγαρχουμένῃ* collocat.

91) Aemilius Mueller (l. c. p. 403) proposuit: *καὶ τοὐναντίον γε τούτου ἔνιοι γνόντες* (quod solus habet B) [*ὡς ἀληθῶς*] *τοῦ δήμου, τὴν φύσιν οὐ δημοτικοί εἰσι*, sed nulla causa est cur verba *ὡς ἀληθῶς* pro spuriis iudicentur; G. Sauppe in edit. Tauchn. *γνόντες* recepit. Gutschmid autem (annal. phil. nov. vol. 95. p. 749 et mus. Rhen. l. c. p. 634 sq.) post *ἔνιοι* inseri vult (*ἔγγυοι*).

92) Falso comma ante *τὴν φύσιν* ponitur a Schneidero, G. Sauppio (in ed. Hahniana), Cobeto (l. c. p. 740), Dindorfio, Aem. Muellero (v. adn. 91), Gutschmidio (l. c. p. 634), Kirchhoffio, Wachsmuthio, Rettigio (l. c. p. 404 sq.). Nam si *τὴν φύσιν* cum *οὐ δημοτικοί εἰσι* coniungimus, *τὴν φύσιν* de indole ingenii et morum intellegendum esset, neque apta evaderet oppositio inter *ὡς ἀληθῶς* et *τὴν φύσιν*. Atque *τὴν φύσιν* sine dubio ad originem spectat, ut post Morum et Zeunium recte intellexit aptisque exemplis probavit Bélot (p. 116 sqq.); si autem *τὴν φύσιν* cum prioribus coniungimus, nulla offensio est in *ὄντες ὡς ἀληθῶς τοῦ δήμου*

quod tale quid excidisse etiam propterea probabile est, quod auctor in § 20 pergit: *δημοκρατίαν μὲν ἐγὼ αὐτῷ μὲν τῷ δήμῳ συγγιγνώσκω· αὐτὸν γὰρ εὖ ποιεῖν παντὶ συγγνώμη ἐστίν· ὅστις δὲ μὴ ὢν τοῦ δήμου εἵλετο ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει οἰκεῖν μᾶλλον ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ, ἀδικεῖν παρεσκευάσατο καὶ ἔγνω, ὅτι μᾶλλον οἷόν τε διαλαθεῖν κακῷ ὄντι ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ.* Neque nimium spatium complet supplementum nostrum, nam cum §§ 18. 19. 20 cum prima capitis tertii enuntiatione viginti septem lineas editionis Kirchhoffianae compleant, eamque ob rem verisimile sit eas in duabus paginis fuisse[93]), vel trium linearum spatio maius poterit esse supplementum.

Quod paragrapho denique 20 apte adnectitur ipsa clausula, quae in initio capitis tertii nunc legitur, de ea re inter Kirchhoffium et me nulla dissensio est.[94])

Ut iam brevi conspectu comprehendamus eum libelli ordinem, quem ab ipso scriptore profectum esse demonstrare studuimus, totius libelli dispositio ex consilio scriptoris fuisse videtur haec:

Propositio rei probandae cap. 1, 1.

Pars 1. Ex civitatis maritimae marisque dominae natura et iustam esse omnium civium iuris aequalitatem et necessariam civium erga servos et metoecos indulgentiam demonstratur cap. 1, 2—13.

Pars 2. Ex eadem re explicatur severitas, qua cives Athenienses in sociis regendis utuntur, cap. 1, 14—18. cap. 3, 1^{m}—9.

τὴν φύσιν, quippe quae verba significent: '*qui re vera origine sua*' (non nobiles sed) *δημοτικοί sunt* (aut, ut Morus interpretatus est, *e familia plebeia oriundi*). Quam interpretationem ineptam dixit Cobet l. c., sed nullam aliam ob causam, quam quod pro vocabulo *δημοτικός* male substituit vocabulum *πένης*; ridens enim dicit 'quasi vero quisquam *πένης τῇ φύσει*, non *τῇ τύχῃ*, posset esse'.

93) V. part. prior. p. 11 et supra p. 406 sq. 414, adn. 57. 419, adn. 68. 421.

94) V. part. prior. p. 8 sqq. p. 24.

Pars 3. Ex eadem re mala pedestris exercitus conditio ita excusatur, ut classis imperiique maritimi praestantia plenissime enarretur atque illustretur cap. 2, 1—8. cap. 1, 19. 20. cap. 2, 9—16.

Pars 4. Ex democratiae porro ratione explicatur, quod in civitatibus seditione agitatis Athenienses populares adiuvant, ipsi autem minus obnoxii sunt seditionibus violentis, qua re non sola praestare democratiam oligarchiae additis nonnullis aliis rebus exponitur cap. 3, 10. 11 ... 12. 13 ... cap. 2, 17.

Pars 5. Ex democratiae denique ratione etiam pecuniae publicae largitio explicatur, quae fit et in diebus festis magnifice celebrandis et in magnificis aedificiis publicis aedificandis, quibus rebus non solum humilium voluptati prospicitur, sed etiam urbis splendor augetur, cap. 2, 9. 10 ... 18.

Peroratio. Ex omnibus apparet populum probe distinguere eos, qui sibi utiles sint, ab eis, qui sibi adversentur. Atque diligit potissimum humiles, odit autem nobiles, quia illi, etsi mali sunt, utiles democratiae sunt, hi autem, etsi boni sunt, democratiae adversantur. Quamquam nonnulli nobiles a populi partibus stant, nonnulli contra populares a nobilium partibus. Atque ipsis quidem humilibus democratia condonanda est, si quis autem nobilis democratiam oligarchiae praefert, iniusta molitur. Quae exponuntur cap. 2, 19. 20.

Epilogus. Itaque id, quod probandum erat, probatum esse dicit auctor cap. 3, 1—1^{m}.

Ex hoc autem conspectu simul apparet nos quattuor tantummodo particulas transposuisse:

primam 3, 1^{m}—9 post 1, 18
alteram 3, 10—13 post 2, 16
tertiam 2, 9. 10 post 2, 17
quartam 1, 19. 20 post 2, 8.

Octo igitur paginas, quae his particulis complebantur, loco suo motas esse coniecimus; nonnullas alias, quarum numerus de-

finiri non potest, prorsus intercidisse statuimus tribus tantummodo restituti ordinis locis:

inter 3, 11 et 3, 12
inter 3, 13 et 2, 17
inter 2, 10 et 2, 18.

Speramus igitur fore ut nos quoque praestitisse videamur, quae in initio disputationis promisimus.[95])

95) V. part. prior. p. 7 sq.

Druck von J. B. Hirschfeld in Leipzig.

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

SECHSTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1883.